



CIMELIA 8019

Cim. P. 4488

8019.

Quis furabitz librum istum
Non Videbit Jesum Christum

MISSALE VARMIENSE.

DILIGENTER RECOGNITVM

ET CORRECTVM.



Opera & sumptibus Reuerendiss. Domini MARTINI CROMERI, Varmiensis Episcopi, editum,

CRACOVIAE,

In Officina Typographica Lazari.

M. D. LXXXVII.

Bibl. Jag.

DE REVERENDISSIMO DOM[illegible]
D. MARTINO CROMERO
Episcopo Varmieñ.

M. BASILIVS GOLINIVS

Ad Lectorem.



QVI noſtrum toto celebretur nomen vt orbe.
Laudata Latio præſtitit hiſtoria:
Publica tot libris auxit qui commoda ſcriptor,
Quos omni genius vult ſupereſſe die:
Præſule quo mactam ſenſit ſe Eccleſia, cuius
Linguarum aſſeruit cognitione fidem.
Nunc vide, quo proprium donauit codice Clerum;
Debitus vt DOMINO laudibus iret honos.
Cura in commiſſo cuius ſtetit omnis ouili,
Vel quantam nolens impius hoſtis amet.
Dignus ob hoc pectus longam producere vitam.
Edoctum tales promere mentis opes.

MARTINVS CROMERVS
DEI GRATIA EPISCOPVS VARMIENSIS,

Venerabilibus Dilectis in Christo Fratribus, Cathedralis & Collegiatæ Ecclesiarum, dudum memoratæ diœceseos nostræ Varmieñ. Prælatis & Canonicis, Parochis & Vicarijs atq. Clericis in maioribus [illegible]dinibus constitutis,

SALVTEM IN DOMINO.

Bineunte ætate nostra, sedulò dedimus operam, vt Reipublicæ patriæ nostræ charissimæ, & Ecclesiæ Dei, cùm alijs honestis rationibus, tùm commentando & scribendo, in profanis & sacris literis, pro virili nostra portione seruiremus & accommodaremus. Iam autem senio ingraueſcente, debilitati ac defecti viribus animæ & corporis, ad ea nos contulimus, quæ ad officia & ministeria Ecclesiastica & Sacerdotalia pertinent, & adiutoribus vsi quibusdam sacri ordinis viris literatis, & eiusmodi functionibus probè exercitatis, primùm Agenda (quæ vocant) deinde Breuiaria nostræ Diœceseos bene limata, quoâd fieri potuit, ad exemplar matris communis S. Romanæ Ecclesiæ edidimus. Emisimus etiam ante ea Catecheses & Institutiones fidei nostræ Christianæ, breuiusculas, & rudiores, Latina, Germanica & Polonica lingua, ad vsum simpliciorum, non modò Sacerdotum, verùmetiam profanorum siue secularium hominum, accommodatas. Ad extremum cùm Missalia (vt vocant) magna ex parte diœcesis hæc desideraret, & quæ pauca extant, mendosa & minus exquisita essent, absoluturi opus pium, ea quoq; accuratius excussimus, & recognouimus, & magno sumptu in lucem edidimus. Sperantes cùm vobis omnibus non ingratum, tùm Deo Optimo Maximo acceptum laborem hunc, & sumptus nostros fore. Accipietis igitur studium hoc nostrum vnà cum opere, lætis frontibus & manibus, & in eo omnes & singuli, in publico iuxtà ac priuatim, sedulò ac deuotè, vt par est, officiumq. vestrum postulat, potiùs quàm pœnarum timore versabimini: nosq; & adiutores nostros, & socios horum laborum, pijs precibus Deo commendabitis. Valete, Heilsbergæ Calend: Ianuarij: Anno Domini 1587.

Sacerdoti, dignè celebraturo Missam.
ADMONITIO.

I. Corint. 4.

Sic nos existimet homo vt ministros Christi,
& dispensatores mysteriorum Dei.

Tu quicunque voles Missam celebrare Sacerdos,
Sis memor, & tota deuotus mente reuolue
Qualia sit Christus pro te certamina passus.
Velato capite tibi risum signat: amictus
Linea veste, nota quòd sit delusus in alba.
Vincla representant sua, cingula, stola, maniplus:
In casula noscas, quòd purpura significatur.
Caluariæ memorare locum dum pergis ad aram:
Et recolas Christum, dum pergeret ad moriendum.
Hæc sic cuncta piè memorando, pectora tunde.

ALIA.

Si quis ad altare dignè cupias celebrare,
Cor prius absterge, sic mundior ad sacra perge.
In domini mensa quid tractes, sedulò pensa.
Viuere siue mori confert, quod porrigis ori.
Ægris & sanis est sana refectio panis.
Sed Christi panis non est sanus nisi sanis.
Indignè sumis, si non sumis reuerenter,
Vel non catholicè, aut habens mortale scienter.

ALIA.

Iram, odium, rixas, rancorem pelle sacerdos:
Pelle inimicitias, pelleque desidiam.
Casta placent superis, tu casto corpore, casta
Mente Deum tractes: sit procul atra lues:
Sit procul & luxus; sanctorum sancta sacerdos
Dum petis, horrendum fit procul omne malum.

RVBRICAE GENERALES MISSALIS.

MIſſa quotidiè dicitur, ſecundùm ordinem officij diei, de feſto Totoduplici, vel Duplici, ſeu ſemiduplici, vel feſto ix. lect: vel iij. lect: de Dominica vel Feria: de Vigilia, de octaua: Sabbathis de B. Maria: & extra ordinē officij, Votiua, vel quæcunq; ſpecialis, aut pro defunctis.

De Totoduplici.

MIſſa dicitur de feſto Totoduplici illis diebus, quibus in Calendario ponitur hæc nota, Totumduplex. Præterea in Paſchate Reſurrectionis Dominicæ, & duobus ſequentibus diebus: die Aſcenſionis Domini, Dominica Pentecoſtes, & duobus ſequentibus diebus: feſto Trinitatis, Corporis Chriſti, Transfigurationis Domini, Dedicationis Eccleſiæ, ſeu Anniuerſarij dedicationis illius, & Patroni cuiuſq. Eccleſiæ. In his dicitur vna tantùm oratio, niſi aliqua memoria fieri debeat. Alia omnia dicuntur, vt in proprijs Miſsis ſignatur.

De Duplici & Semiduplici.

MIſſa de duplici vel ſemiduplici dicitur, quando in Calendario ponitur hæc vox, Duplex, vel Semiduplex. Nulla in vtroq; horum feſtorum differentia habetur, quòad dicendam Miſſam, niſi in cantu Kyrie &c. Dicitur vna oratio vel plures, ſecundùm ordinem officij ſeu Breuiarij. Præterea in diebus & Dominicis infra octauas ſolennes, ac ipſis octauis diebus ſolēnibus, tenetur vt Semiduplex, licet in Calendario ſignatum ſit ix. lect. & dicitur Miſſa ſicut in die feſti principalis: niſi ſupradictorū aliquod propriam Miſſam, ſeu ſpeciale aliquid in ea, habuerit. Excipitur hic Octaua dies Paſchæ, id eſt, Dominica in Albis, quæ eſt Duplex, & octaua dies Natiuitatis Domini, id eſt, feſtum Circumciſionis, quod eſt Totumduplex. Inſuper in feſto ix. lect: infra octauam ſolennem occurrente, fit Miſſa vt de Semiduplici.

De Feſto ix. lectionum.

MIſſa dicitur de feſto ix. lectionū, vbi in Calendario ſignatur hæc nota, ix. lect: Gloria in excelſis dicitur. Orationes tres, niſi iuxta exigentiam officij plures dici debeant.

De Feſto iij. lectionum.

MIſſa dicitur de feſto iij. lect: quando in Calendario ponitur hæc nota, iij. lect: & non occurrit feria Aduentus, Quadrageſimæ, Quatuor temporum, Rogationū, aut octaua, vel Sabbathum quo de B. Maria fieri conſueuit. Gloria in excelſis non dicitur, niſi tempore paſchali: quo tunc Kyrieeleyſon de alternantibus, Sanctus, Agnus Dominicaliter, Ite miſſa eſt ſicut infra Octauam ſimplicem canuntur. Orationes dicuntur tres, & ſi opus fuerit, plures. Tempore Septuageſimæ, non dicitur Tractus, nec tempore Paſchali ſecundum Alleluia. Ideò & Sequētia ſiue Proſa, nullo tem-

lo tempore dicitur.

De Dominica.

MIssa dicitur de Dominica, quando officium fit de Dominica. Sed non omni tempore tunc Gloria in excelsis dicitur, sicuti nec omnibus Dominicis Gloria patri ad Psalmum. Introitus, vt infrà suis locis demonstrabitur. Verùmtamen in parochialibus Ecclesiis, Dominicis nullo festo Semiduplici aut maiore impeditis, tempore Paschali, à Dominica in octaua Paschæ vsq. ad Ascensionem, principalis Missa, (quæ & maior & summa appellatur) dicitur de Resurrectione Domini, Missa Dominicali per alium sacerdotem (vbi plures habentur) priuatim, vel loco Maturæ dicta; & nihilominus in aliquam vacantem eius hebdomadæ feriam, in qua commodè expleri possit, translata principaliter dicenda; seruato feriarum ordine, qui notatur in proprio temporis post octauam paschæ. Idem fit Dominica infra octauam Ascensionis; in qua plerumque dicitur Missa de Ascensione, Missa Dominicali in feriam vj. proximè sequentem post octauam (si vacauerit) dilata, & vt supràdicenda. Similiter ab octaua Corporis Christi vsq. ad Aduentum, Dominicis vacantibus, quando in officio noua historia non cantatur, consueuit principalis Missa dici de S. Trinitate, sicut in festo Duplici, cum orationibus competentibus sicut in festo ix. lect: In villanis etiam Ecclesijs ex necessitate per quandam indulgentiam toleratur passim, vt Dominicis vacantibus ab octaua Corporis Christi vsq. ad Aduentum, vel ob Gradualium defectum, vel propter inscitiam cantus, Missa cantetur de S. Trinitate, non obstante noua historia officij. Atq. præmissa omnia de consuetudine Ecclesiarum parochialium intelligantur.

¶ Cæterùm in Dominica, occurrente per annum festo Semiduplici, vel maiore, cui Dominica cedere consueuit; aut Vigilia Natiuitatis Dom[illegible] vbi [illegible]ures sacerdotes habentur, dicunt[illegible] Missæ, vna scilicet principalis de festo [illegible] officio diei, altera de Dominica.

¶ Quando Missa Dominic[illegible] in sua Dominica propter impedimentum principaliter dicta non fuit, expletur & dicitur in aliqua feriarum hebdomadæ, vbi id commodius fieri potest. Et tunc fit de ea, sicut inferiùs. Sed per Aduentum, si dicatur in sua Dominica, semel infra hebdomadam repetitur. Si nó di[illegible]n sua Dominica, bis infra he[illegible]adam peragitur, si fieri potest. Similiter tempore Paschali Missa Dominicæ, etiamsi dicta fuerit in propria Dominica, repetitur bis infra hebdomadam, si tot vicibus locus fuerit. De hoc vide latiùs Rubricas in proprio temporis post Dominicam primam Aduentus: post octauam Epiphaniæ; post Dominicam in octaua paschæ; post Dominicam ab octaua Corporis Christi.

¶ Si ante Septuagesimam, vel ante Aduentum plures, paucioresúe fuerint Dominicæ, quàm sint officia Dominicalia: quæ in orationibus, Epistola, & Euangelio duntaxat consistunt: quomodo tum Missæ expleri aut repeti debeant, signatur in memoratis locis de tempore.

¶ Orationes regulariter dicuntur tres. Cætera proprijs locis notantur.

De Feria, & Vigilia.

MIssa de feria dicitur, quando non occurrit festum, vel octaua, vel Sabbathum, in quo fit officium de B. Maria.

¶ In ferijs tamen Quadragesimæ, Quatuor temporum, Vigiliarum, feria ij. & iiij. Rogationum, occurrente festo ix. lect: vel maiore, quoniam in officio duæ homiliæ leguntur, in Ecclesijs Collegiatis, (id est, in quibus plures sunt sacerdotes) dicuntur duæ Missæ, vna de festo principaliter, altera de feria seu Vigilia, pro prima Missa. Similiter si in feria Quatuor temporũ occurrat Vigilia, dicatur vna Missa de fe-

ria,& alte[illegible] de Vigilia:quæ quidem altera in defe[illegible]ium sacerdotum,saltem per com[illegible]orationem in Missa feriali expleatur.

¶ Quan[illegible]o feria propriam Missam non habuerit, [illegible]e quo, & qualiter in vnaquaq. feria hebdomadæ per annum Missa dicenda sit,dicetur in Rubrica de Votiuis; & notatur in proprio temporis post Dominicam primam Aduentus: post octauam Epiphaniæ: post Dominicam in octaua paschæ: post Dominicam ab octaua Corporis Christi:& signatur post commune sanctorum, ante Missas votiuas & speciales.

¶ Missa de Vigilia dicitur, quãdo in matutino homilia de Vigilia legitur, ad minus pro vna lectione. Item (licet homilia nulla legatur in matutino) dicitur pridie S. Thomæ Apostoli,& pridie SS.Simonis & Iudæ, si Dominica, aut Sabbathũ, aut feria quatuor temporum non impediat. Si tamẽ Sabbatho in solenni commemoratione B.Mariæ concurrat Vigilia,etiam si propriam homiliam habeat,dicitur principalis Missa de B. Maria, cum memoria Vigiliæ.

¶ Si festum habens Vigiliam,id est,homiliam & Missam,celebretur feria ij.Missa Vigilię(sicut & eius homilia in officio) anticipatur sabbatho præcedẽti.Nisi eodem sabbatho occurrat solennis cõmemoratio B. Mariæ. Tunc enim fit,vt modò dictum est. Missa verò Vigiliæ Natiuitatis Domini & Epiphaniæ nunquam anticipatur, sicut nec officium illius.

¶ Missa Vigiliæ in Aduentu occurrentis,dicitur cum memoria de Aduentu.

¶ In Vigilijs, quæ veniunt infra octauam,Missa dicitur de Vigilia cum memoria octauæ.

¶ In Missa feriæ & Vigiliæ, Gloria in excelsis non dicitur extra tempus paschale.Orationes dicuntur tres,& si opus fuerit,plures. Excipitur Vigilia Natiuitatis Domini,& Epiphaniæ,vt suis locis. Toto verò tempore paschali non dicitur Missa de Vigilia,nisi inVigilia Ascensionis.Missa enim Vigiliæ Paschæ & Pentecostes, ad sequens festum principale refertur.

De Missis Votiuis
B. Mariæ, & aliis.

IN Sabbathis nõ impeditis festo ix.lect: vel maiori, aut octaua, feria Quatuor temporum, & Quadragesimæ, aut Vigilia Natiuitatis Domini,Epiphaniæ & Pentecostes, Missa principalis dicitur de B. Maria. Alioqui dicitur secundùm officiũ diei.Si tamẽ sabbatho fiat officium de B. Maria,& homilia de Vigilia alicuius sancti pro tertia lectione imponatur. Missa dicitur de eadem Vigilia, cum memoria B.Mariæ. Nisi fuerit solennis commemoratio B.Mariæ: tunc enim Missa de ea dicitur cum memoria Vigiliæ.

¶ In Aduentu autem & tempore paschali,licet officium non fiat de B. Maria in sabbatho, Missa tamẽ principalis dicitur de ea cum memoria de tempore: nisi fuerint Quatuor tempora,Vigilia Natiuitatis Domini,vel Pentecostes,aut octaua, vt suprà:vel nisi tempore paschali agatur de Sanctis,Sabbatho. In Aduentu etiã feria ij. & aliquando alijs ferijs infra hebdomadam, dicitur Missa principalis de B. Maria,prout notatur in proprio temporis post Dominicam primam Aduentus.

¶ Alijs diebus infra hebdomadã, quando fit officium de feria,propriam Missam non habente,quales sunt feriæ extra Quadrageſimam, & extra dies Quatuor temporum,Rogationum,Vigiliarum:& quando Missa Dominicę precedentis in aliqua feriarum non fuerit explenda, seu resumenda:principalis Missa regulariter dicitur,feria ij. pro defunctis, feria iij. de Angelis,feria iiij.pro Peccatis,feria v.de Spiritu sancto(& in Aduentu de Spiritu sancto,& de corpore Christi alternis hebdomadis)feria vj.de S.Cruce, de quo require latiùs Rubricam post commune san-

ctorum ante Missas Votiuas.

¶ Missæ Votiuæ in Diœcesi Warmiensi sunt triplices. Aliæ enim sunt Feriales, quæ suis feriis assignatæ principaliter infra hebdomadã dicuntur: de quibus proximè dictum est. Et in his de B. Maria sab batho, & aliis diebus semper dicitur Gloria in excelsis, præterquàm per Aduentũ, quando de ea in Missa maiore minus solenniter agitur: & à Dominica Septuagesimæ, vsq. ad diem Cinerum. Per quod tamen tempus, si votiua de S. Maria ex rationabili causa principaliter dicatur, quãdo non de tempore, sed de festo ix. lect: seu maiore fit officium, dicitur etiam Gloria in excelsis. Consueuit quoq. dici in votiuis de sancto Spiritu, S. Trinitate, Corpore Christi, & de Angelis: præterquàm per Aduentum, & à Septuagesima vsq; ad Cinerũ: per ferias enim Quadragesimæ huiuscemodi Missæ votiuæ dici non consueuerunt. De S. Cruce dicitur Gloria in excelsis tempore paschali, sicuti & in aliis votiuis festiuitatum Domini & Sanctorũ, per id tempus. Hoc genere comprehenduntur quæuis votiuæ & Missæ speciales, quas sacerdotes pro sua quisq. deuotione priuatim dicunt: in quibus tamen Gloria in excelsis non dicitur, nisi fuerit aliqua expræmissis, & nisi temporibus expressis. Aliæ votiuæ sunt ordinariæ, & in dies certos perpetuò institutæ, quales sunt de S. Trinitate, Corpore Christi, B. Maria &c. Hæ cùm peragantur in parochialibus Ecclesiis, ferè sicut in festo duplici, aut semiduplici, & plerumq; cum organo; quocũque tempore admittunt cantum Gloria in excelsis; sed Credo non dicitur, nisi illo die in principali Missa dicatur. In omnibus præmissis dicuntur plures orationes. Aliæ votiuæ sunt extraordinariæ, pro re graui, & pro publica Ecclesiæ causa ad vnum momentum, vel ad certas vices procuratæ, seu ab Episcopo edictæ, in quibus vna tantùm Oratio, & Credo semper dicitur, omniaq. solenniter sub tono totodu plici peraguntur. Si talis votiua pro gratiarum actione fiat, fere semper Missa de S. Trinitate dicitur: Præfatio autem in quibusùis votiuis, in quibus habetur, propria dicitur: omissis in medio præfationis de Spiritu sancto, verbis, hodierna die.

¶ Missæ votiuæ, & quæcunq. aliæ speciales, pro arbitrio sacerdotis priuatim dici possunt extra maiorẽ hebdomadã, & quocunq. die per annum non celebratur festum semiduplex, vel maius. Id verò passim non fiat, nisi rationabili de causa, vt quòad fieri potest Missa cum officio diei congruat. Neq. in die animarum aliæ Missæ, quàm pro defunctis dici consueuerũt.

De Missis defunctorum.

FEria secunda cuiusq. hebdomadæ, in qua officium fit de feria, (nisi Missa Dominicæ præcedentis explenda, aut resumenda fuerit.) Missa principalis dicitur pro defunctis. Quæ si ex rationabili causa omittatur, & eius loco dicatur alia, imponitur memoria pro defunctis penultimo inter orationes loco. Excipitur totum Aduentus, Quadragesimæ, ac Paschale tempus: quibus temporibus non dicitur Missa principalis pro defunctis. Nisi in die Depositiõis defuncti, & in Anniuersario pro defunctis: quibus casibus dicitur etiam Missa principalis pro defunctis, in feriis propriam Missam habentibus, & festis iij. & ix. lect: ac etiã semiduplicibus & duplicibus non celebribus. Sed tunc in Collegiatis Ecclesiis dicatur altera Missa de officio diei.

¶ In Dominicis diebus, & festis celebribus non dicuntur priuatæ Missæ pro defunctis. Verùm in parochialibus Ecclesiis Diœcesis Warmiensis, passim ex inueterata quadam consuetudine, Dominicis & festis celebribus (dummodò non fuerit totum duplex) celebrantur solennes depositionis defuncti, & anniuersariorum, ac fraternitatum exequiæ, propter maiorem frequentiam populi, qui tunc eiusmodi

officiis

officiis in[illegible]esse teneatur, ob fraternitatũ & contub[illegible] communitatem. Quod tamen m[illegible]oratis diebus in oppidanis Ecclesiis, [illegible]bi vnus tantùm sacerdos fuerit, loco [illegible]incipalis Missæ fieri non permittitur.

¶ In die Commemorationis omnium fidelium Defunctorũ & in die depositionis, ac in solenni anniuersario defuncti, dicitur vna tantùm oratio: in aliis Missis plures: In fraternitatum & contuberniorum exequiis dicuntur orationes; Deus veniæ, Deus cuius misericordiæ, Fidelium Deus. In aliis dicuntur pro exigentia, & qualitate officij.

De translatione festorum.

IN dicendis Missis de festis occurrentibus, seruetur ordo Breuiarij, De Translatione festorum.

¶ Sicubi est festum patroni Ecclesiæ, quod transferri deberet, celebritas verò illius vnà cum officio in loco, secundùm Rubricam Breuiarij stare potest: dicatur principalis Missa de eo ipso festo, & altera de tempore.

De Cõmemorationibus.

COmmemorationes seu memoriæ, in Missis fiunt sicut in officio: præterquàm in totoduplici festo per Aduentum occurrente. Licet enim in officio illius memoria de tempore fiat, in Missa tamen nulla fit commemoratio: nisi Dominica fuerit, aut feria Quatuor temporum. Et generaliter in toto duplici per annum nõ fit memoria de tempore ad Missam, nisi de eo legatur homilia in matutino pro vltima lectione.

¶ De festo iij. lect: & de memoria in Calendario signata, commemoratio, sicut in officio festi Totiusduplicis, ita & in Missa ipsius omittitur.

¶ De Dominica fit memoria, quando in ea dicitur Missa de festo Semiduplici aut maiore, aut octaua solenni; vel quando quàuis alia de causa de Dominica Missa non dicitur.

¶ De octaua fit memoria, quando infra octauam fit de aliquo festo, aut de dominica. Verùmtamen in festo Totoduplici omittitur memoria de octaua, præterquã in festis infra octauam Natiuitatis Domini occurrentibus, in quibus fit memoria, de octauis.

¶ De feria fit memoria in Aduentu, Quadragesima, Quatuor temporibus, Rogationibus & Vigiliis, quando Missa dici debet de festo ix. lect: vel maiore. Excipitur festum Totumduplex in Aduentu, in quo ad Missam non fit memoria de feria Aduentus, sicuti nec de alia quàuis feria per annum, quæ propriam homiliam non habet.

¶ Sed in ecclesiis Collegiatis, vbi plures sacerdotes quotidie celebrant, in Feriis, Rogationibus, & Vigiliis prædictis, dicuntur duæ Missæ, vna de festo, altera de feria, Rogationibus & Vigilia prædictis, absq. vlla vtrorumq; commemoratione. Enimuerò quando duas Missas (vt præfertur) dici contingit, potest in altera omitti memoria alterius.

¶ A Dominica Septuagesimæ vsq. ad Cinerum, & ab octaua Paschæ vsq. ad Dominicam Rogationum, licet in officio Festorum iij. & ix. lect: Semiduplicium, & Duplicium, fiat memoria de tempore; in Missis tamen principalibus eorundem (præsertim si celebria fuerint) exigente pluralitate aliarum orationum, huiusmodi memoria omitti potest: nisi Dominica fuerit, de qua semper fit memoria.

¶ Quando infra hebdomadam dicuntur Missæ votiuæ, post primam orationem semper dicatur oratio eius de quo fit officium. Potest tamen omitti extra Aduentum, & in ferijs propriam homiliam non habentibus per annum.

¶ Quando fit memoria de feria quatuor temporum, pro feriæ memoria dicitur prima oratio, quæ cõcordat cum officio.

¶ In faciendis memoriis seruetur Ru-

brica Breuiarij De ordine memoriarum, nimirum vt fiat memoria de ſolenni octaua,& die octauo minus ſolenni ante Dominicam;niſi loco ſuo aliter ſignetur. De Dominica ante feſtum ix. lectio : & diem infra octauam minus ſolennem : de feſto ix.lect:ante diem infra quamcunq. octauam,præter Dominicam : de quacunque octaua & quatuor temporibus, ante B. Virginem in Sabbathis: de Dominica & Rogatiõibus,& B. Virginæ in Sabbathis, ante feſtum iij.lect:& ante memoriam in Calendario ſignatam.Niſi in feſtis S.Crucis:quæ tunc fit ante commemorationem de Dominica ſeu de tempore. De feſto iij. lect: ante feriam à Septuageſima vſq. ad diem Cinerum : & ab octaua Paſchæ vſq. ad Dominicam Rogationum. Idem de feſto iij.lect:& de memoria in Calendario ſignata, ante orationes votiuas : quarum numero habentur orationes de S. Cruce tempore Paſchali, & de S. Trinitate Dominicis diebus ab octaua Corporis Chriſti vſq.ad Aduentũ,& de Corpore Chriſti Dominicis Aduentus,& poſt octauã Epiphaniæ. De quibus oratio (ſi nulla octauæ,aut Dominicæ,aut feſti ſeu memoriæ in Calendario ſignatæ commemoratio occurrat)dicatur ſecundo loco. De feria tempore Aduentus,ante octauam. Si imponenda ſit oratio pro defunctis, ſemper ſit penultimo loco. In aliis memoriis à prædictis ſeruetur dignitas orationum, vt de Spiritu Sancto ante B. Mariam : de Angelis ante Apoſtolos, & ſimiliter in aliis.

¶ In Miſsis defunctorum,nulla fit commemoratio pro viuis,etiamſi oratio eſſet communis pro viuis & defunctis.

¶ Quando dicuntur plures orationes, ante primam dicitur Dominus vobiſcum, poſtea Oremus. Quæ ſi ſua concluſione terminetur,& alia dici debeat, ante eam aliam dicitur Oremus. Excipiuntur hîc feriæ quartæ ante ordinationum tempora, & Sabbatha Quatuor temporũ,ac etiam dies Paraſceues,Sabbathũ ſanctum,& Vigilia Pentecoſtes,in his quibus in ſuis locis.

¶ De Concluſione orationum dicetur in Rubr: De orationibus.

De Introitu,Kyrieeleiſon & Gloria in excelſis.

INtroitus ſemper eodem modo dicitur cum Gloria patri, vt in ordinario, præterquàm tempore paſsionis, & in Miſsis defunctorũ,vt etiam ibi annotatum eſt.

¶ Kyrieeleiſon dicitur nouies poſt Introitum alternatim cum miniſtro, id eſt, ter Kyrieeleiſon, ter Chriſteeleiſon, ter Kyrieeleiſon.

¶ Gloria in excelſis dicitur quandocunque in Matutino dictum eſt Canticum, Te Deum,& de officio diei Miſſa dicitur; præterquàm in Miſſa feriæ Quintæ in Cœna Domini, celebrante Epiſcopo: in qua tunc Gloria in excelſis dicitur. Enimuerò Miſſa Sabbathi ſancti,in qua Gloria in excelſis dicitur, ad ſequens feſtum Reſurrectionis Domini pertinet.

¶ In Miſsis votiuis, quibus & quando dicatur, dictum eſt ſuprà de Miſsis votiuis.

¶ In Miſſa defunctorum nunquam dicitur,ſicuti nec in Miſsis ſpecialibus,quales ſunt pro peccatis pro infirmis,tempore belli, tempore tribulationum, pro euitanda mortalitate &c.

¶ Vbi moris eſt, Maturam ſeu primam Miſſam dici de B.Maria per annũ, in Dominica Septuageſimæ, & deinceps vſque ad Paſcha, non dicitur Gloria in excelſis, niſi in illis diebus, quibus in officio diurno,Te Deum dicitur.

De Orationibus.

IN feſtis Totisduplicibus dicitur vna tantùm oratio: præterquàm in feſtis infra octauam Natiuitatis Domini venientibus: & niſi quando propria homilia de tempore dicitur in matutino pro vltima lectione per annum.

¶ In Duplicibus & Semiduplicibus dicitur vna [redacted]res orationes, secundùm ordinem officij; nisi necessitas postulet, præter ordinem officij dici plures, veluti pro pluuia, serenitate, euitanda mortalitate &c. A Septuagesima tamen vsq. ad Cinerum, & ab octaua paschæ vsq. ad Dominicam Rogationum, (præsertim si fiat de festo celebri) sicuti & tempore paschali de S. Cruce, oratio de tempore omitti potest, licet de vtroq. memoria fiat in officio: & nisi in [redacted]ario aliter signetur locis suis.

¶ In festis ix. lect: dicuntur tres orationes, nisi secundùm ordinem officij dicendæ sint plures.

¶ In Duplicibus & Semiduplicibus per Aduentum secunda oratio dicitur de Aduentu: tertia non dicitur, nisi fuerit infra octauam S. Andreæ: cuius oratio non omittitur. In festo ix. lect: idem seruatur, nisi quòd semper tertia dicitur, vel de S. Andrea, si fuerit infra octauam illius; vel, Deus, qui de beatæ.

¶ In festis ix. lect: occurrentibus ab octaua Epiphaniæ vsq. ad Purificationem, secunda oratio, Deus qui salutis: tertia, Ecclesiæ.

¶ In festis ix. lect: post Purificationem vsq. ad Septuagesimam, secunda oratio de votiua feriali: tertia, Ecclesiæ. A Septuagesima verò vsq. ad Cinerũ, secunda de Dominica præcedenti, aut votiua feriali: tertia, A cunctis. Sabbatho non omittatur oratio, Concede nos famulos, pro secunda.

¶ In Duplicibus & Totisduplicibus à feria iiij. Cinerũ vsq. ad Dominicam Palmarum, secunda de Quadragesima. In festis verò ix lect. à prædicta feria vsq. ad Dominicam Passionis, etiam tertia, A cunctis: nisi aliquod eorum venerit sabbatho Quatuor temporum, aut sabbatho ante Dominicam Pasionis. Tunc enim tertia dicitur pro Papa. Et à Dominica pasionis vsq. ad Palmas, tertia, Ecclesiæ.

¶ In festis ix. lect: Semiduplicibus, & Duplicibus occurrentibus, in diebus Rogationum, secunda de Rogationibus: tertia, pietate.

¶ In festis ix. lect: ab octaua Corporis Christi vsq. ad Aduentum, si non sit facienda memoria occurrentis simul alicuius sancti in Calendario, secunda de votiua feriali, tertia ad libitum; vel post primam orationem reliquæ ad libitum.

¶ In festis ix. lect: infra octauas occurrentibus, secunda de octaua, tertia quæ secundo loco in Missa diei infra octauam diceretur.

¶ Infra octauas Paschæ & Pentecostes, quando Missa dicitur de octaua, vna oratio dicitur: excepto sabbatho Quatuor tẽporum Pentecostes, quo ad vltimam orationem alia dicitur pro Papa, sub vna conclusione.

¶ Infra alias octauas per annum (præter Dominicam infra octauas solennes) & in quibuscunq. Vigiliis sanctorum, dicuntur tres, vna de die, secunda de S. Maria, tertia Ecclesiæ: nisi loco suo aliter signetur. Sed infra octauas S. Mariæ, & in Vigilia, & infra octauam festi Omnium sanctorum, secunda dicitur, Deus qui corda fidelium: tertia non mutatur; nisi occurrat memoria de octaua, aut aliquo sancto. Talis enim memoriæ oratio tunc secundo loco dicitur, & tertia de Spiritu sancto.

¶ Dominicis infra octauas solennes dicuntur duæ, vna de octaua, secunda de Dominica; nisi tertia etiam dici debeat secundùm ordinem officij. Dominica infra octauam Natiuitatis Domini dicuntur plures: Dominica infra octauam Epiphaniæ & Ascensionis dicuntur duæ, prout in proprijs locis.

¶ In die octaua solenni dicitur vna tantùm oratio, nisi aliqua memoria facienda sit secundùm ordinem officij.

Dominicis infra octauas minùs solennes, veluti infra octauam S. Ioannis Baptistæ,

ante festum SS.Petri & Pauli: & infra octauam S. Laurentij ante festum Assumptionis;quando Missa dicitur de Dominica,dicuntur tres,vna de Dominica, secunda de octaua, tertia si non occurrit memoria de sancto,dicatur de S.Trinitate.

¶ In Dominicis per annum quando fit de Dominica,dicuntur tres, vt in ordinario assignatur. Excipitur Dominica Palmarum,in qua vna tantùm dicitur.

¶ In festis iij. lect: & ferijs per annum dicuntur tres, vt in festis ix. lect: Possunt etiam dici quinq. vel septem ad libitum.

¶ In ferijs quatuor temporum, & vbi plures leguntur lectiones;huiusmodi plures Orationes dicuntur post vltimam oratione ante Epistolam. Quæ enim vltimam diei orationem præcedunt,singillatim cum lectionibus dicuntur, vt suis locis in proprio Missarum de tempore.

¶ Sabbathis quatuor temporũ per annum, & sabbatho ante Dominicã Passionis Domini, quando fit de tempore, aut festo ix lect: vltima oratio dicitur pro Papa. Quæ etiam dicitur feria iiij. maioris hebdomadæ, nisi imponenda sit oratio de sancto pro secunda.

¶ In Missis votiuis, quando dicuntur pro re graui,vel pro publica Ecclesiæ causa,vna tantùm oratio dicitur; sin aliter, plures dicuntur,sicut in festis ix. lect:quæ tamen si nõ Feriales, sed secundi generis, id est, Ordinariæ fuerint, sub vna conclusione terminantur, illis diebus quibus in Missa principali vnum tantùm Oremus dicitur.

¶ Sed in votiuis B.Mariæ, quando plures orationes dici debent, secunda dicitur,Deus qui corda fidelium;tertia ad libitum.Si fuerit solennis Cõmemoratio sabbatho,dicũtur nihilominùs tres oratiões: quarum prima per se terminatur. Tempore Aduentus in Missa matutina,seu matura B.Mariæ,prima,Deus qui de beatæ,secunda de officio diei,pro tertia regulariter dicitur,Conscientias nostras.

¶ In votiuis quand[illegible]lures [illegible]rationes dicendæ sunt,si occurrat [illegible]ria alicuius sancti,ea ponitur secundo l[illegible]co,& pro tertia dicitur, quæ aliâs secun[illegible]o loco dicenda erat.

¶ Dominicis tempore paschali ab octaua paschæ vsq. ad Ascensionem, quando Missa de Dominica dicitur, secunda oratio, Deus qui per vnigenitum: tertia si nõ occurrat memoria de sancto, dicitur de S. Cruce.

¶ Si de Resurrec[illegible]catur, secunda de Dominica,[illegible]a vt suprà. Si de festo Duplici aut Semiduplici agatur,secunda iuxta ordinem officij erit, Deus qui per vnigenitum,tertia de Dominica.Tunc verò dicuntur duæ Missæ,vbi id fieri potest. Si verò duæ Missæ dicantur,poterit principalis oratio omitti de altera Missa, & alia tunc dici suo loco secundùm ordinem officij.

¶ Dominicis ab octaua Corporis Christi vsq. ad [illegible]duentum, quando dicitur de Dominica,secunda Oratio de S. Trinitate,tertia,A cunctis,vel ad libitum. Quando verò in parochialibus ex more fit Missa de S.Trinitate,secunda dicitur de Dominica,tertia vt suprà. Sed vtroque casu hoc obseruetur,vt si occurrat memoria de octaua aut sancto facienda, illa dicatur secundo loco;& pro tertia ea,quæ secundo dicenda erat.

¶ Dominicis Aduentus, & ab octaua Epiphaniæ vsq. ad Purificationem,secunda dicitur,Deus qui nobis sub sacramento(si non occurrat memoria alicuius sancti;alioquin enim omittitur, & eius loco dicitur de sancto) tertia,de B.Maria.

¶ Dominicis à Purificatione vsque ad Dominicam tertiam Quadragesimæ inclusiuè, secunda vt proximè dictum est, tertia,A cunctis.

¶ Dominica quarta Quadragesimæ,secunda vt suprà: tertia pro confitentibus, Omnipotens s: D. confitentibus tibi: vel, Ecclesiæ.

¶ Dominica Passionis Domini, secunda vt suprà dicta de passione Domini, Domine Iesu Christe fili.

¶ In feriis Quadragesimæ infra hebdomadam, orationes dicuntur, vt in die Cinerum, & feria ij. post Dominicam Iudica assignantur.

¶ Pro defunctis Oratio semper penultimo loco imponitur, In Missis autem defunctorum dicuntur Orationes, vt dictũ est suprà in Rubr: de Missis defunctorum.

¶ In Semiduplicibus & maioribus, ac infra octauas solennes per annum, & Dominicis tempore paschali, omnes Orationes Missæ (quarum tamen non sint plures tribus) sub vna conclusione terminantur. Alioqui si plures orationes dici debent, siue alij fuerint dies à supràdictis, prima semper concluditur per se: & responso Amen, dicitur iterum Oremus, & reliquæ subiunguntur ex ordine, ac sub vna conclusione, quæ vltimæ orationi conueniat, terminantur.

¶ Duplicatæ orationes, quæ in quibusdam festis ad horas sub vna conclusione dicuntur, velut SS. Fabiani & Sebastiani, ac Sixti & sociorum martyrum, pro vna oratione habentur.

¶ In conclusione orationum hic modus seruatur. Si oratio dirigatur ad patrem, concluditur, Per Dominum nostrũ &c. Si ad filium, Qui viuis & regnas cum Deo patre. Si in principio Orationis fiat mentio filij, concluditur, Per eundem. Idem seruatur, si in oratione B. Maria nominetur Dei genitrix. Si in fine orationis filij fiat mentio, Qui tecum viuit. Si facta sit mentio Spiritus sancti, in conclusione dicitur, In vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus &c. Si in conclusione dicendum sit, Per eundem, & in eadem oratione facta sit etiam mentio spiritus sancti, dicatur etiam, In vnitate eiusdem Spiritus sancti &c. Quãdo plures Orationes sub vna cõclusione dicuntur, conclusio omnium simul capiatur, quæ vltimæ orationi congruat. Alia quoq; in dicendis Orationibus seruentur: quæ superiùs de commemorationibus, & sparsim in alijs Rubricis dicta sunt.

De Epistola, Graduali, Alleluia, Tractu, Sequentia, seu Prosa, & Euangelio.

POst vltimam orationem dicitur Epistola: qua finita, à Ministris dicitur, Deo gratias. Post Epistolam dicitur Graduale; quod semper dicitur, præterquàm tẽpore paschali. Nam à Sabbatho in Albis non dicitur Graduale, sed dicuntur duo Alleluia cum suis versibus, tam in officio de tempore quàm de Sanctis. Et primum Alleluia dicitur semel ante versum: & dicto versu, non repetitur, sed statim secundum Alleluia subiungitur: quod bis dicitur ante versum, & post dictum versum, tertiò.

¶ Sed notandum, quòd tempore Paschali non omnibus diebus, nec in quibus libet Missis duo Alleluia cum suis versibus dicuntur. Quando enim Prosa non dicitur, vnum tantùm Alleluia dicitur, vt in ferijs, festis iij. lect: & quando Missa præcedentis Dominicæ infra hebdomadam resumitur minùs solẽniter, & quando Missa dicitur de Angelis feria iij. Dominicis verò & festis Semiduplicibus, ac maioribus, & secunda vel alia feria infra hebdomadam, quando Missa Dominicæ resumitur aut expletur solenniter, & in Votiuis de Spiritu sancto. S. Trinitate, Corpore Christi, S. Cruce, & B. Maria, dicuntur duo Alleluia cum suis versibus modo supra scripto.

¶ Missa autem Dominicæ solenniter expleri aut resumi dicitur, quando Kyrie Paschale in ea canitur, duo Alleluia cum suis versibus, & Prosa dicitur sicut in Dominica, omisso tamen Credo. Sed minùs solenniter peragi dicitur, quando Kyrie de alternantibus canitur, vnum tantùm Alleluia, & nulla Prosa dicitur.

¶ Primum Alleluia ſemper eſt de eo de quo fit Miſſa: ſecundum pro tempore de Reſurrectione Domini, vel Aſcenſione. Excipitur hebdomada Pentecoſtes, vt ſuis locis in proprio temporis. In Miſsa autem alicuius ſancti, ſeu Votiua, quando ſpecialiter non ſignatur, de quo ſecundũ Alleluia dici debeat: generaliter de Apoſtolis & Euangeliſtis dicitur ſecundum, In die Reſurrectionis, de Martyribus, Chriſtus reſurgens;de Confeſſoribus,Nõ ne cor noſtrum; de Virginibus & Viduis, ſicut; de B. Maria, Angelus Domini. Idq; ſiue vnus, ſiue plures ſancti fuerint. De S. Cruce,Surrexit Dominus de ſepulchro.Si dicatur etiam per hoc tempus Miſſa votiua de Spiritu ſancto,S. Trinitate,aut Corpore Chriſti, ſecundum Alleluia erit, In die reſurrectionis. Atq; præmiſſa intelligantur de tempore paſchali, quod eſt inter Octauam Paſchæ & Aſcenſionem. Alioquin enim poſt Aſcenſionem pro ſecundo Alleluia dicitur, Dominus in Sina. Si in hebdomada Pentecoſtes aliqua votiua fiat, pro ſecundo Alleluia dicitur, Veni ſancte ſpiritus.

¶ A Septuageſima vſq; ad Sabbatum ſanctum in Miſſa non dicitur Alleluia: neque dicitur in Quatuor temporibus, & Vigilijs per annum.Excepta Vigilia Natiuitatis Domini, & Epiphaniæ,ſi venerint in Dominica:& Vigilia paſchæ, Aſcenſionis, & Pentecoſtes, ac Quatuor temporibus Pentecoſtes. Nec dicitur in feſto Innocẽtum,niſi venerit in Dominica.

¶ A Septuageſima vſq; ad Paſcha, eius loco dicitur Tractus:qui Tractus per prædictum tempus in quibusdam ferijs non dicitur, vt ſuis locis ponitur. neq; in ferijs Septuageſimæ vſq; ad diem Cinerum, ſi repetatur Miſſa Dominicæ.Sin autem expleatur eadem Miſſa, ex eo quòd fortè in eadem præcedenti Dominica feſtum Purificationis celebratum fuit,dicitur etiam Tractus in feria. In Miſsis feſtorum iij. lectionum, Tractus nullo tempore dicitur.

¶ Dicto Alleluia quan[illegible]i debet, cũ ſuo verſu, & repetito Allelui[illegible]i fuerit feſtum ix lect: vel maius, vel [illegible]ctaua, aut Votiua de B. Maria,ſeu de S. [illegible]rinitate,dicitur Proſa:ac etiam in Votiuis de Spiritu ſancto,Corpore Chriſti,& S, Cruce tempore Paſchali. Nam in his tribus Votiuis, ſi ſint feriales, ſuis diebus infra hebdomadam extra tempus Paſchale Proſa non dicitur.

¶ Infra Octauas P[illegible]f[illegible]dicitur à principio,vel pars illius tantùm,ab eo verſu,qui notatur in proprio Miſsæ. Dominica verò infra Octauam & Octauo die, ſemper dicitur integra.Poſt Proſam nunquam repetitur Alleluia,ſed ante Proſam tantùm.

¶ Tempore Paſchali quando duo Alleluia dicuntur, ſemper dicitur Proſa.

¶ Poſt Graduale,ſeu Alleluia, ſeu Tractum, dicta vel omiſſa Proſa pro qualitate officij & temporis,ſequitur Euangeliũ. Et in principio dicitur, Dominus vobiſcũ Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Deinde,Sequentia, vel Initium ſancti euangelij ſecundũ N. Reſp: Gloria tibi Domine. In fine euangelij à miniſtris dicitur,Laus tibi Chriſte. Poſtea ſi dicendũ eſt, dicitur Credo.

De Symbolo, ſeu Credo.

Symbolum dicitur poſt Euangelium in omnibus Dominicis per annum, etiamſi in illis fiat de feſto,aut Votiua de S. Trinitate, aut alijs feſtiuitatibus Domini, vel ſanctorum. Item in omnibus feſtiuitatibus Domini,videlicet, Natiuitatis in omnibus tribus Miſsis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes,Trinitatis,Corporis Chriſti, Transfigurationis, & per octauas earundem feſtiuitatum Octauam habentium. Item in omnibus feſtis B. Mariæ & per Octauas eorum, ſi Octauæ habeantur. Et generaliter in omni Totoduplici feſto, ac per Octauas ſolẽnes.Item feria quinta in Cæna Domini,Epiſcopo celebrante. In feſtis In

uentionis & Exaltationis S. Crucis. In omnibus festis Apostolorum & Euangelistarum, ac per octauas eorum, vbi octauæ habentur. Et in Cathedra S. Petri. Infra octauam S. Andreæ, si occurrat ante Aduentum: alioqui sub Aduentu non dicitur, ne quidem Octauo die. In festo S. Ioannis ante portam Latinam, S. Barnabæ, & S. Petri ad vincula. In festis Conuersionis, & Commemorationis S. Pauli. In festis quatuor Doctorum, videlicet, Gregorij, Ambrosij, Augustini, Hieronymi. In die Octauo S. Ioannis Baptistæ, & S. Laurentij. In festis S. Mariæ Magdalenæ, & S. Annæ. In festo S. Michaelis. In Dedicatione Ecclesiæ, & anniuersario illius, & per Octauam. In festo patroni cuiuslibet Ecclesiæ; & in Ecclesia seu Capella vbi habetur corpus, vel insignis reliquia Sancti, de quo agitur. Et in solenni Officio B. Mariæ sabbathis. Itẽ in omnibus festis, de quibus in Dominicis & infra Octauas solennes Missa dicitur. Item dicitur in Missis votiuis, quæ solenniter pro re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa celebrantur. Et in votiuis quæ fiunt de festiuitatibus Domini, aut B. Virginis, aut sanctorum, illis diebus, quibus in principali Missa diei dicitur. Et in solennibus primitiis nouitij sacerdotis.

De Offertorio, Secretis, Præfatione, & Canone.

POst Symbolum, vel si non fit dicendũ, post Euangelium, dicitur Dominus vobiscum: deinde Offertorium. Postea fit Oblatio cũ orationibus, vt in Ordinario. Finita Oblatione dicuntur Orationes Secretæ, secundùm numerum & ordinem Orationum, quæ palàm ante Epistolam dictæ sunt. Sed ante primam orationem Secretam, non dicitur Dominus vobiscũ: nec aliquid aliud: sed dicto, Suscipiat Dominus sacrificium, absolutè dicuntur: neq; enim ante secundam Orationem dicitur, Oremus. Terminantur autem sub vna aut duabus Conclusionibus, vt dictum est suprà in Rubrica de orationibus. Et secretò dicuntur vsq; ad illa verba in Conclusione: Per omnia secula seculorum: quæ clara voce proferũtur: & incipitur Præfatio. Præfationes autem dicuntur, vt in Ordinario notatum est. Et quæ tempore Paschali, & infra Octauas propriæ per annum assignantur, dicuntur etiam in Dominicis & festis, quæ illis temporibus celebrantur: nisi illa festa propriam præfationem habeant: & nisi in proprio Missæ aliter signetur. In Quadragesima etiam tempore Passionis, præfatio eodem modo dicitur: nisi quòd Præfatio, Qui corporali ieiunio, Dominicis diebus non dicitur.

¶ In Missis votiuis dicitur etiam Præfatio propria, si propriam habeant. Et quando aliqua votiua pro publica Ecclesiæ causa solenniter celebratur, dicitur in cantu solenni, sicut in Totoduplici festo.

¶ Sanctus & Agnus in Missa cantu celebrata, respondet per annum præmisso cantui Kyrieeleison. Sic quando dicitur Kyrieeleison de alternantibus, Sanctus & Agnus canuntur Dominicaliter. Ite missa est, sicut per octauã simplicem. Tempore Paschali, quando fit cum Kyrie Paschali, Sanctus & Agnus canuntur secundùm qualitatem festi aut officij, scilicet vt Duplex, Semiduplex, ix. lectionum; licet in parochialibus eius temporis peculiaria habeantur.

¶ Post Præfationem incipitur Canon Missæ secretò: in quo seruentur omnia, vt in Ordinario. Vbi vero Communicantes, Infra actionem, vel alia variari contingit; suo loco in propriis Missis annotatur.

De Cõmunione, & Complendis, Ite missa est, vel Benedicamus Domino: de Benedictione, & Euangelio S. Ioannis.

EXpedito Canone, & aliis omnibus vsq; ad Communionem: eaq; peracta, dicitur Communio, & Orationes

post Communionem, (quæ Complendæ vocantur) eodem modo & ordine,vt in principio Missæ:& repetito,Dominus vobiscum, dicitur, Ite Missa est, vel Benedicamus Domino,pro temporis ratione.

¶ Ite missa est,dicitur,quandocunq. dicitur Gloria in excelsis.Tempore Paschali, quando officium Missæ fit cum Kyrie eleison Paschali, Ite missa est semper canitur sub nota Christeeleison. Cùm non dicitur,Ite missa est; eius loco dicitur,Benedicamus Domino. Resp. Deo gratias.

¶ In Misis Defunctorum, dicitur, Requiescant in pace, Resp. Amen.

¶ Dicto Placeat,datur Benedictio:quæ à Celebrante semper datur in Missa, præterquàm in Misis Defunctorum. Deinde dicitur Euangelium S. Ioannis, In principio,præmisso Dominus vobiscum, & Initium,vt moris est: quod Euangelium nunquam prætermittitur in Missa, nisi quando fit de festo in aliqua Dominica,vel feria, quæ habet Euangelium proprium: tunc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia Missa Natiuitatis Domini dicitur Euangelium de Epiphania, Cùm natus esset Iesus.

De Ordinanda Missa ex supradictis Rubricis.

SVpradictis Rubricis cognitis, si quis velit ordinare Missam diei,recurrat ad Ordinarium Missarum de Tempore, vel de Sanctis, secundùm qualitatem officij. Si proprium nõ habeat, recurrat ad Commune Sanctorum. Si de feria agendum sit, & propria Missa non fuerit de feria, Missa præcedentis Dominicæ, quando expleri aut repeti debet, dicatur omisis Gloria in excelsis, & Credo; præterquàm tempore Paschali, in quo semper dicitur, Gloria in excelsis. Quando verò Missa Dominicæ huiusmodi non explenda, nec repetenda fuerit in feria vacante, dicatur votiua ferialis.

¶ Si dicenda sit Missa votiua,requiratur post Commune Sanctorum suo loco. Si plures orationes dicendæ sint, requirantur post votiuas Missas, suo loco de singulis rebus singulæ.

¶ Si pro Defunctis dicenda sit Missa,habetur post Missas speciales, & orationes ad diuersa, circa finem Missalis.

¶ Ordinarium totius Missæ cum Præfationibus, Canone,& aliis dicendis,habetur suo loco,cum proprio Missarum de Tempore.

RITVS SERVANDVS in Celebratione Missæ.

De Præparatione Sacerdotis Celebraturi.

SACERdos celebraturus, seruatis ijs quæ superiùs dicta sunt, quoad præuiam Confessionem, & Horas Canonicas; Matutino saltem absoluto,orationi aliquã tulum vacet, & orationes inferiùs positas pro temporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locum in Sacristia, vel alibi præparatum, vbi paramenta,aliaq; ad celebrationem necessaria habentur: accipit Missale, perquirit Missam, perlegit, & signacula ordinat ad ea, quæ dicturus est. Postea lauat manus,dicens orationem inferiùs positam. Deinde præparat Calicẽ, ponens super eius os Purificatorium: & super illud Patenam cum Hostia, quam tegit parua Palla,& velo serico; super Velo ponit Bursam seu capsam coloris paramentorum, intus habens Corporale plicatum.

¶ Quibus ita dispositis,accedit ad paramenta,vbi calceatus pedibus, & indutus vestibus sibi conuenientibus, quarum exterior saltem talum pedis attingat: induit se,dicens ad singula singulas orationes inferiùs positas.

¶ Ac primùm accipiens Amictum, seu Humerale, circa extremitates & cordulas, osculatur in medio,& ponit super caput, & mox declinat ad collum,& eo cir-

cum circa vestium collaria tegens, ducit cordulam sub brachiis, & circumducens per dorsum ad ventrem reducit, & ligat.

¶ Tum Alba induitur caput, submittēs deinde manicam dextram brachio dextro, & sinistram sinistro imponens: Albā ipsam corpori adaptat, eleuat antè, & à lateribus hinc inde, & Cingulo per ministrum à tergo sibi porrecto, se cingit: Minister eleuat Albam supra cingulum circum circa; vt honestè dependeat, & tegat vestes: ac eius fimbrias diligenter aptat, vt ad latitudinem digiti vel circà, supra terram æqualiter fluat.

¶ Sacerdos accipit Manipulum, osculatur Crucem in medio, & imponit brachio sinistro.

¶ Deinde ambabus manibus accipiens Stolam, simili modo deosculatur, & impo nit medium eius collo, ac transuersando eam ante pectus in modum crucis, ducit partem à sinistro humero pendentem ad dextram: & partem à dextro humero pen dentem ad sinistram. Sicq; vtramq. partem Stolæ extremitatibus cinguli hinc in de ipsi cingulo coniungit.

¶ Postremò accipit sacerdos Planetā, seu Casulam.

De ingressu Sacerdotis ad Altare.

SAcerdos omnibus paramentis indutus, accipit in manu sinistra Calicem vt suprà præparatum, & Bursam seu Capsam manu dextra super Calice tenens, capite cooperto accedit ad Altare, Ministro cum Missali, & aliis ad celebrandum necessariis præcedente. Procedit autem oculis demissis, incessu graui, erecto corpore. Si verò contigerit eum transire ante altare maius, capite cooperto faciat ad illud reuerentiam: si ante locum Sacramenti, genu flectat: si ante Altare vbi celebretur Missa, in qua eleuatur Sacramentum; similiter genu flectat, & detecto capite illud adoret.

¶ Cùm peruenerit ad Altare, stans ante illud in infimo gradu, caput detegit, biretum ministro porrigens: & Altari, seu Imagini crucifixi desuper positæ, profundè inclinat. Si autem in eo sit Tabernaculum sanctissimi Sacramenti, genu flectens debitam facit reuerentiam. Tunc ascendit ad medium Altaris: ibi ad cornu Euāgelij sistit Calicem: extrahit Corporale de Bursa, seu Capsa: quod extendit in medio Altaris, & super illud Calicem velo coopertum collocat. Si in Altari paramenta accepit, hoc idem facit antequam descendat ab Altari Missam inchoaturus.

¶ Si est consecraturus plures Hostias pro Communione facienda, quæ ob quātitatem super Patena manere non possint: locet eas super Corporale ante Calicem; aut in aliquo calice, vel vase mundo consecrato eas ponit retro post Calicem, & alia Patena cooperit.

¶ Collocato Calice in altari, accedit ad cornu Epistolæ, Missale super cusino seu eius loco, tereli ligno pro more cuiusq; loci, ad hoc præparato, aperit, reperit Missam, & signacula suis locis accommodat. Deinde rediens ad medium Altaris, facta primùm Cruci reuerentia, descendit ad gradum infimum Altaris pro Missa inchoanda.

¶ *In Missa solenni Calix, Missale, & alia necessaria præparantur, antequam Sacerdos veniat ad Altare. Ipse autem procedit cum ministris; ferens Crucem seu reliquias manibus suis: & cum peruenerint ad infimum gradum Altaris, ibi medius inter Diaconum à dextris, & Subdiaconum à sinistris, antequam ascendat ad Altare, facit cum ipsis (vt infrà) Confessionem.*

De principio Missæ, & Confessione facienda.

SAcerdos quamprimùm descenderit ad infimum gradum Altaris, conuertit se ad ipsum Altare: vbi stans ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto ca-

pite, facta prius Cruci vel Altari reuerentia, erectus incipit Missam.

¶ *Si autem celebraturus sit conum Episcopo suo, in loco residentiæ, seu iurisdictionis ipsius: stans in infimo gradu Altaris à cornu Euangelij, ante ipsum Episcopum, vbi genuflexus expectat: dato signo facit profundam reuerentiam Episcopo, & versus ad Altare incipit Missam.*

¶ *Si autem solenniter celebrat conum Episcopo in Ecclesia suæ iurisdictionis, stans à sinistris Episcopi, facit cum eo Confessionem, & alia seruat, vt in Ceræmoniali Romano, & in Pontificali ordinantur.* Stans igitur Celebrans in infimo gradu Altaris vt suprà, producens manu dextra à fronte ad pectus signum crucis, dicit intelligibili voce. In nomine Patris,& Filij,& Spiritus Sancti, Amen. Et postquàm id dixerit, nō debet aduertere quemcunq: in alio Altari celebrantem, etiamsi Sacramentum eleuet: sed continuatè debet prosequi Missam suam vsq. ad finem. Cùm seipsum signat, sinistram ponit infra pectus: in aliis benedictionibus cùm est ad Altare,& seipsum non benedicit; sed oblata, vel aliquid aliud, ponit eam super Altari. Seipsum benedicens, vertit ad se palmam manus dextræ, & omnibus illius digitis iunctis & extensis, à fronte ad pectus, & ab humero sinistro ad dextrum signum crucis format. Si verò aliis, vel rem aliquam benedicit; paruum digitum vertit ei cui benedicit, ac benedicendo totam manum dextram extendit, omnibus illius digitis pariter iunctis & extensis: quod in omni benedictione obseruatur.

¶ Postquàm dixerit In nomine Patris, &c. vt suprà, iungit manus ante pectus, pronuncians clara voce Antiphonam. Introibo ad Altare Dei. Minister retrò post eum ad sinistram genuflexus, & in Missa solenni ministri hinc inde stantes, prosequuntur: Ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam. Deinde Sacerdos eodem modo incipit, & prosequitur cum ministro vel ministris alternatim Psalmum: Iudica me Deus, vsque ad finem, cum Gloria Patri. Quo finito repetit Antiphonam Introibo cū ministris, vt suprà. Qui Psalmus nunquam prætermittitur, nisi in Missa Defunctorum,& in Missis de tempore à Dominica Passionis inclusiuè vsque ad Sabbathum sanctum exclusiuè; in quibus semel tantùm dicta Antiphona, Introibo, cum ministris, vt suprà, Sacerdos statim subiungit Ver. Adiutorium nostrum &c. vt infrà. Cùm in fine Psalmi dicit, Gloria patri &c. caput cruci inclinat. Repetita Antiphona Introibo, dextra manu producens signum crucis à fronte ad pectus, dicit Ver. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Res. Qui fecit cælum & terram. Deinde caput seq; profundè Altari inclinans, dicit, Confiteor Deo, vt in Ordinario. Cùm dicit, mea culpa, ter pectus dextra manu percutit;& prosequitur eodē modo stans inclinatus, donec à ministro vel ministris dictum sit, Misereatur. Cùm dicitur à ministris Confiteor, se erigit.

¶ *SI est coram Legato Sedis Apostolicæ in loco eius legationis, aut coram Episcopo in eius Diœcesi constituto: vbi dicit,* Vobis fratres, *dicat,* Tibi pater: *similiter in fine, vbi dicit,* vos fratres, *dicat,* Te pater: *quod dicens profundè inclinat. Cùm ministri,& qui interfunt (etiamsi ibi fuerit Legatus Sedis Apostolicæ) respondent,* Confiteor, *dicunt* Tibi pater: *&* Te pater.

¶ Facta à circumstātibus Confessione, celebrans stans respondet: Misereatur vestri, &c.Deinde producens manu dextra à fronte ad pectus signum crucis, dicit: Indulgentiam. &c. Et stans capite inclinato prosequitur: Deus tu conuersus, & quæ sequuntur in Ordinario, clara voce vsque ad Orationē, Aufer à nobis, &c. quam dicit secretò.

¶ *Et tunc si coram Legato, aut Episcopo Diœcesano celebret: facta profunda reuerentia, accedit ad infimum gradum ante me-*

dium Altaris & ibi dicit ; Aufer à nobis, *&c. vt suprà.*

De Introitu, Kyrieeleison, & Gloria in excelsis.

Dicto, Aufer à nobis, &c. Celebrans iunctis manibus accedit ad medium Altaris: vbi stans capite inclinato,& iunctis manibus super Altare positis,ita vt digiti parui duntaxat frontem seu medium anterioris partis tabulæ, seu mensæ Altaris tangant, residuo manuum inter Altare, & se retento, pollice dextro super sinistrum in modum crucis posito(quod semper obseruatur cùm manus iunctæ super Altare ponuntur) secretò dicit, **Oramus te Domine** &c. Quo dicto,osculatur Altare in medio, manibus extensis hinc inde super Altare positis: (quod in omni deosculatione Altaris obseruatur:) sed post consecrationem pollices ab indicibus nõ disiunguntur. Osculato Altari accedit ad cornu sinistrum Altaris,id est Epistolæ: vbi stans versus Altare,& producens à frõte ad pectus signum crucis, incipit intelligibili voce **Introitum** Missæ : & prosequitur iunctis manibus. Cùm repetit Introitum,non signat se vt priùs: & eo repetito, iunctis manibus ante pectus accedit ad medium Altaris, vbi stans versus illud, similiter manibus iunctis, dicit simili voce ter**Kyrieeleison** : ter **Christeeleisõ** :& iterùm ter**Kyrieeleison** : alternatim cũ ministris. Si minister, vel qui intersunt, Celebranti non respondeant,ipse solus nouies dicit.Dicto vltimo **Kyrieeleisõ**: Sacerdos ibidem vt prius stans , & manus extendens, eleuansq. & iungens, voce prædicta incipit,si dicendum sit, **Gloria in excelsis**. Cùm dicit **Deo**, caput cruci inclinat: quo erecto, stans iunctis manibus,vt priùs, prosequitur vsq. ad finem. Cùm dicit, **Adoramus te : Gratias agimus tibi : Iesu Christe : Suscipe deprecationem nostram** : & iterũ **Iesu Christe**: caput cruci inclinat. Cùm dicit in fine: **Cũ Sãcto Spiritu** : seipsũ à frõte ad pectus signat:interim perficiens **In gloria Dei patris.Amen.**

In Missa solenni sacerdos cũ ministris, videlicet Diacono à dextris ipsius Celebrantis , & Subdiacono à dextris Diaconi stantibus, prosequitur **Introitum & Kyrieeleison** . *Cum verò intonat hymnum* **Gloria in excelsis**, *Diaconus & Subdiaconus , vnus post alium stant à tergo Celebrantis : postea ascendunt ad Altare , & hinc inde stantes vt suprà , cum Celebrante hymnum submissa voce prosequuntur vsq. ad finem.*

De Oratione.

Dicto Hymno **Gloria in excelsis** , vel si non sit dicendus,eo omisso; Celebrãs osculatur Altare in medio, manibus hinc inde super illo vt suprà extensis: tùm iunctis ante pectus manibus,demissis ad terram oculis ,vertit se ad manum sinistram, hoc est, ad latus dextrum versus populũ: & extendens ac iungens manus ante pectus vt priùs , dicit voce prædicta, **Dominus vobiscum**:Resp.**Et cum Spiritu tuo** : iunctis vt priùs manibus reuertitur per eandem viam ad librum : vbi extendens & iungens ante pectus manus , caputque cruci inclinans, dicit **Oremus** : tũ extendit manus ante pectus, ita vt palma vnius manus respiciat alteram , & digitis simul iunctis,quorum summitas humerorum altitudinẽ distantiamq. non excedat: quod in omni extensione manuum ante pectus seruatur. Stans autem vt suprà , extensis manibus dicit **Orationẽ** . Cùm dicit, **Per Dominum nostrum** , iungit manus. Si aliter concluditur Oratio:**Qui tecum** , vel, **Qui viuis**, cùm dicit **in vnitate**, iungit manus. Cùm nominatur nomen **Iesus**, caput versus crucem inclinat. Cùm in oratione nominatur nomen B. Mariæ, vel Sanctorum,de quibus Missa dicitur,vel fit Commemoratio , item in Oratione pro Papa, quando nominatur,caput inclinat.Si plures orationes sunt dicendæ, idem in eis in voce, extensione manuum , & capitis in-

 clina-

clinatione, quod ſuprà dictum eſt, obſeruatur.

¶ Si Altare ſit ad orientem verſus populum, celebrans verſa facie ad populum, non vertit humeros ad Altare, cùm dicturus eſt, Dominus vobiſcum, Orate fratres: Ite miſſa eſt vel daturus Benedictionem; ſed oſculato Altari in medio, ibi expanſis & iunctis manibus vt ſuprà, ſalutat populum, benedicit &c.

¶ In quatuor temporibus, vel aliâs quãdo dicendæ ſunt plures orationes cum Prophetiis, dicto Kyrieeleiſon in medio Altaris, reuertitur ad cornu Epiſtolę: vbi ſtans ante librum extenſis & iunctis ante pectus manibus, & caput cruci inclinans dicit Oremus, & (ſi dicendum eſt) Flectamus genua; & illicò manibus ſuper Altare extẽſis; vt ſeipsũ ad Altare ſuſtineat, genu flectit, & ſine mora ſurgit: ſtatimq; eadẽ voce dicitur à miniſtro Leuate: & manibus extenſis dicit orationẽ vt ſuprà; & in concluſione iungit. Dum autem legit Prophetiam, manus tenet ſuper librum vel altare poſitas.

¶ *In Miſſa ſolenni cùm dicitur* Dominus vobiſcum *&* Oratio, *Diaconus & Subdiaconus ſtant retro poſt Celebrantem.* Flectamus genua *dicitur à Diacono, à Subdiacono verò,* Leuate, *illo primùm genuflectente, hoc primùm ſurgente.*

De Epiſtola, Graduali, vſque ad Offertorium.

Dictis Orationibus, Celebrans poſitis ſuper librum vel ſuper Altare manibus, ita vt palmæ librum tangant, vel (vt placuerit) librum tenens, legit Epiſtolam intelligibili voce.

¶ *Si ſolenniter celebret, legat demiſſa voce cum miniſtris: ſimiliter* Graduale *&* Euangelium.

¶ Lecta Epiſtola reſpondetur à miniſtris Deo gratias: & ſimiliter ſtans vt priùs, proſequitur Graduale, Alleluia & Tractum, ac Proſam ſi dicẽda ſint. Quibus dictis, Celebrans ſi priuatim celebret, ipſemet ſeu miniſter portat librum Miſſalis ad alteram partem Altaris in cornu Euangelij: & dum tranſit ante medium Altaris, caput cruci inclinet: & miſſale ſic locat, vt poſterior pars libri reſpiciat ipsũ cornu Altaris, & non ad parietem, ſiue ad partem eius contra ſe directam. Locato Miſſali in Altari, Celebrans redit ad medium Altaris, & ibi ſtans profundè inclinatus, iunctis manibus ante pectus, leuatisque ad Deũ oculis, ſecretè dicit Munda cor meum, &, Dominus ſit in corde meo, &, Iube Domine, vt in Ordinario.

¶ Quibus dictis, vadit ad librum Miſſalis, vbi ſtans verſus illum iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce, Dominus vobiſcum ℟ Et cum ſpiritu tuo. Deinde pollice dextræ manus ſigno crucis ſignat, primò librum ſuper principio Euangelii, quod eſt dicturus; poſtea ſeipſum in fronte, ore, & pectore, dicens: Sequentia, vel, Initium ſancti Euangelij &c. ℟ Gloria tibi Domine. Tunc iunctis iterum vt priùs manibus, ſtans vt ſuprà, proſequitur Euangelium vſque ad finem. Quo finito, Miniſtri reſpondent. Laus tibi Chriſte: & Celebrans eleuans parumper librum, oſculatur Euangelium dicens: Per Euangelica dicta deleantur noſtra delicta, præterquàm in Miſſis Defunctorum, & maioris hebdomadæ, in quibus non oſculatur: & niſi celebret coram Epiſcopo in eius reſidentia: quo caſu defertur ei oſculandus liber, & ipſe Celebrans tunc non oſculatur.

¶ Dicto Euangelio, ſtans in medio Altaris verſus crucem, eleuans & iungens manus, caputque cruci inclinans, incipit, (ſi dicendum ſit) Credo: Cùm dicit in vnum Deum, caput cruci inclinat: quo erecto, ſtans ibidem iunctis ante pectus manibus, vt prius, proſequitur vſque ad finem. Cum dicit Ieſum Chriſtum caput cruci inclinat. Cùm dicit, Et incarnatus eſt, vſq; ad, Homo factus eſt incluſiuè, genuflectit. Cùm dicit, Et vi-

tam venturi sæculi Amen, producit sibi manu dextra signum crucis à fronte ad pectus.

¶ *In Missa solenni Subdiaconus, post finem vltimæ orationis, super pulpito competenti spatio ante gradus Altaris ad hoc præparato, & directè versus medium Altaris collocato legit* Epistolam: *qua lecta, redit ad locum suum.*

Interea, vel cùm tempus sit, Diaconus accipit Missale Celebrantis, defert ad cornu Euangelii in altare, ibi ministrans Celebranti, qui post lectum Euangelium Subdiacono ministrante thuribulum cum nauicella, benedicit incensum, & imponit in thuribulum. Deinde Diaconus dicit Munda cor meum, *genuflexus ante Altare; & accepta benedictione à celebrante, vadit præcedente cum thuribulo præparato inter duos cærofenarios Subdiacono, ad pulpitũ Euangelii non directè versus Altare, sed versus cornu dextrum obliquè locatum. vbi assistentibus sibi post librum seu pulpitum in capitè eiusdem, cærofenariis hinc inde singula candelabra accensa tenentibus, dicit,* Dominus vobiscum, *iunctis manibus. Cùm dicit,* Sequentia, *etc. signat librum, frontem, os, & pectus: Postea accepto thuribulo à Subdiacono retro post ipsum stante, librum ter incensat, hoc est, in medio, à dextris, & à sinistris: & reddito thuribulo à quo id accepit, prosequitur* Euangelium *iunctis manibus, Subdiacono interim post Diaconum ad duos tresue passus continuè fumigante. Interim celebrans stat iunctis manibus à cornu Epistolæ versus Euangelium. Quo finito, osculatur Sacerdos librum à Diacono sibi delatum, dicendo:* Per Euangelica dicta deleantur nostra delicta. *Si sit coram Episcopo in sua residentia, liber defertur ad Episcopum, vt suprà: & ille incensatur, more solito. Postea celebrans stans in medio Altaris versus crucem incipit (si dicendum sit)* Symbolum, *stantibus post eum Diacono & Subdiacono: deinde ad Altare accedentibus, & cum eo prosequẽtibus; vt dictũ est, ad* Gloria in excelsis.

De Offertorio, & aliis vsq; ad Canonem.

DIcto Symbolo vel si non sit dicendum, dicto Euangelio, Celebrans osculatur Altare in medio, & iunctis manibus ante pectus, ibidem à manu siniſtra ad dextram vertit se ad populum, & extendens ac iungens manus, dicit, Dominus vobiscum. & iunctis manibus reuertitur per eandem viam ad medium Altaris; vbi extendens & iungens manus, caputque cruci inclinans, dicit, Oremus; tum iunctis, vt prius, manibus, dicit Offertorium: & omnia, quæ vsque ad finẽ Missę in medio Altaris dicenda sunt, dicit ibidem stans versus ad Altare, nisi vbi aliter ordinatur.

¶ Dicto Offertorio, discooperit calicem, & ad cornu Epistolæ sistit, & amota parua Palla, seu plica, desuper Hostiam, accipit Patenam cum Hostia; & ambabus manibus vsque ad pectus eam eleuatam tenens, oculis eleuatis ad Deum, dicit Suscipe sancte pater &c. Si fuerint aliæ Hostiæ non super Patenam, sed super Corporale; vel in alio vase pro communione populi consecrandæ, calicem illum seu vas dextra discooperit, & intentionẽ suam etiam ad illas offerendas & consecrandas dirigens, dicit vt suprà Suscipę, &c. vt in Ordinario. Quo dicto faciens signum crucis cum dicta Patena, ponit Hostiam super Corporale circa medium anterioris partis Corporalis ante se, & Patenam ad manum dextram aliquantulum subtus Corporale. Si autem adsit vas seu calix cum aliis Hostiis, cooperit patena ipsa.

¶ Deinde accipit calicem, purificatorio extergit; & accipiens ampullam vini de manu ministri, ponit vinum in calicẽ: deinde producit signum crucis super ampullam aquæ, & dicit, Deus, qui humanæ substantiæ, imponens parum aquæ

in calice prosequitur da nobis per huius aquæ & vini mysterium. Si verò celebrat pro Defunctis, non facit signum crucis super aquam; sed imponit absque benedictione, dicens orationem vt suprà.

¶ Imposita aqua in calice, & finita oratione prædicta, accipit calicem discoopertum: & stans ante medium Altaris, ipsũ ambabus manibus eleuatum tenens, videlicet, cum sinistra pedem, cum dextra autem nodum infra cuppam, intentis ad Deum oculis offert, dicens, Offerimus tibi Domine &c. Qua oratione dicta, facit signũ crucis cum calice super Corporale, & ipsum in medio post Hostiam collocat, & Palla cooperit. Deinde iunctis manibus super Altare positis, capite inclinato dicit secretò: In spiritu humilitatis, &c. Postea eleuans oculos, manusque expandens, & statim iungens ante pectus (quod semper facit, quando aliquid est benedicturus) dicit. Veni sanctificator, &c. Cùm dicit, & benedic, signat manu dextra communiter super Hostiam & Calicem.

¶ Tunc iunctis ante pectus manibus accedit ad cornu Epistolæ; vbi stans ministro aquam fundente lauat manus, id est, extremitates digitorum pollicis & indicis, dicens Psalmum, Lauabo inter innocentes, cum Gloria patri &c. qui versus Gloria patri prætermittitur in Missis Defunctorum, & in Missis à Dominica de pasione vsq; ad Sabbathum sanctum exclusiuè.

¶ *In Missa solenni dicto* Oremus, *Diaconus & Subdiaconus accedunt ad Altare à cornu Epistolæ. Diaconus amouet calicem, detegit, dat Patenam cum Hostia celebranti: Subdiaconus extergit calicem purificatorio, Diaconus imponit vinum: Subdiaconus interim ampullam aquæ ostendens celebranti, dicit:* Benedicite pater reuerẽde: *qui facto versus eam signo crucis, dicit orationẽ,* Deus qui humanæ *etc. Interim Subdiaconus infundit paulũm aquæ in calicem. Diaconus illum celebranti dat, & pedem calicis tangens, seu brachium dextrum celebrantis sustentans, cum eo dicit,* Offerimus tibi Domine. *etc. Postea positum in Altari vt suprà, Palla cooperit: Subdiacono deinde ponit in dextra manu Patenam, quã cooperit extremitate velicius ab humero pendentis: qui vadit post celebrantem ante medium Altaris, & ibi stat in loco conuenienti.*

¶ *Dicto* Veni sanctificator, *vt suprà, celebrans ponit incensum in thuribulum, ministrante Diacono nauiculam, dicens:* Per interceſsionem *&c. vt in Ordinario. Deinde accepto thuribulo per manum Diaconi incensat Oblata, ter ducens thuribulum super calicem & hostiam simul, in modum crucis; & ter circùm calicem & hostiam, scilicet bis à dextra ad sinistram, & semel à sinistra ad dextrã, dispensans verba in qualibet incensatione, hoc modo. In prima incensatione* Incensum istud: *In secunda à te benedictum: In tertia,* ascendat ad te Domine. *In quarta, &* descendat super nos: *In quinta & sexta,* misericordia tua. *Deinde incensat Altare dicens:* Dirigatur Domine oratio mea *etc. vt in Ordinario. Fit autem incensatio Altaris hoc modo. Facta in medio altaris cruci reuerentia, eam ter incensat; deinde reliquias si adsint, primùm quæ à dextris sunt: deinde quæ à sinistris, cuique bis ducens thuribulum: postea imagines, vel earum loco candelabra, semel singulus thuribulum ducens, primùm à cornu Epistolæ, & illus postremam partem inferiorem altaris: deinde superiorem, scilicet tabulam Altaris; & procedens ante crucem, facta ei reuerentia, incensat alias imagines seu candelabra in cornu Euangelij, & illius postremam partem Altaris inferiorem & superiorem tabulæ: deinde totam anteriorem vsque ad extremum Altaris in cornu Epistolæ, facta cruci reuerentia cùm ante eam transit: & reddito thuribulo ipsi Diacono, ab eo ipse solus incensatur.*

¶ Celebrans lotis manibus eas tergit, & illis ante pectus iunctis reuertitur ad

medium Altaris, vbi stans oculosque ad Deum eleuans, & statim demittens, manibus iunctis super Altare, capiteque inclinato dicit secretè: Suscipe S. Trinitas &c. Quo dicto manibus hinc inde extensis, & super Altare positis, osculatur Altare in medio: tum iunctis manibus ante pectus, demissisque oculis ad terram, à sinistra manu ad dextram vertit se ad populum, & versus eum extendens & iungēs manus, dicit voce aliquantulum eleuata: Orate fratres, & secretè prosequens, vt meum ac vestrum sacrificium &c. perficit circulum, reuertens iunctis manibus ante pectus à manu dextra ad medium Altaris. Et responso à ministris vel circūstantibus, Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis &c. Alioquin per seipsū, dicens. Sacrificium de manibus meis, ipse Celebrans manibus ante pectus extensis, vi fit ad Orationem; stans in medio Altaris versus librum dicit absolutè sine alia interpositione Orationem, vel Orationes secretas. Cùm dicit, Per Dominum, iungit manus. Cùm dicit. Iesum Christum, caput inclinat: quod facit in prima Oratione, & in vltima, si plures sub duabus conclusionibus sint dicendæ.

¶ Peruento autem in conclusione vltimæ secretæ ad verba illa, per omnia sæcula sæculorum, excluſiuè: Celebrans stans in medio Altaris, depositis super eo manibus hinc inde extensis, dicit conuenienti & intelligibili voce Præfationem. Cùm dicit, Sursum corda, eleuat manus hinc inde extensas vsque ad pectus. Cùm dicit, Gratias agamus Domino, iungit manus. Cùm dicit Deo nostro, cruci caput inclinat. Responso Dignum & iustū est; eleuatis & extēsis vt prius manibus, prosequitur Præfationem propriam, vel communem, vt tempus requirit.

¶ Cùm dicit, Sanctus, iunctis ante pectus manibus, & inclinatus voce mediocri prosequitur. Cùm dicit Benedictus qui venit in nomine Domini &c. signum crucis sibi producit à fronte ad pectus.

¶ *In Missa solenni cùm dicitur* Præfatio, *Diaconus & Subdiaconus stant retro post Celebrantem: & paulò antequàm dicatur* Sanctus, *accedunt ad Altare: vbi cùm Celebrante hinc inde, nimirum Diaconus ad dextram, & Subdiaconus ad sinistram Celebrantis constituti dicunt* Sanctus, *& quæ sequuntur vsq; ad* Canonem. *Deinde Diaconus accedit ad sinistram Celebrantis, ei ad librū assistens, dum dicitur* Canon; *nisi alius Sacerdos assistat: Subdiaconus verò tunc stat post Celebrantem.*

De Canone Missæ, vsque ad consecrationem.

Finita Præfatione, vt suprà, Celebrans manibus iunctis super Altare positis, stās ante medium Altaris versus ad illud, eleuatis oculis ad Deum, & sine mora demissis, profundè inclinatus incipit Canonem, secretè dicens: Te igitur, &c. vt in Ordinario. Cùm dicit, vti accepta habeas, & benedicas, priùs osculatur ante se Altare: deinde erigit se, & stat iunctis manibus ante pectus. Cùm dicit, Hęc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia, dextra manu ter signat cōmuniter super hostiam & calicem, sinistra interim super Altare posita. Deinde extensis manibus ante pectus prosequitur: In primis quæ tibi offerimus &c. Vbi dicit, vnà cum famulo tuo Papa nostro N. exprimit nomē Papæ. Sede autem vacante, verba prædicta omittantur. Vbi dicitur Antistite nostro N. specificatur nomen Episcopi Ordinarii: qui si est vita functus, prædicta verba omittuntur. Similiter, vbi dicitur: Et rege nostro N. exprimitur nomen Regis. In Interregno autē prędicta verba excluduntur. Si Celebrans ipse est Episcopus, omissis verbis, & Antistite nostro N. eorū loco dicit: & me indigno famulo tuo. Et continuat Celebrans tam Episcopus, quàm Sacerdos, vt sequitur: Et omnibus Orthodoxis. &cæt.

¶ Cùm dicit, Memento Domine, eleuans & iungens manus vſque ad faciem vel pectus, ſic iunctis manibus ſtat pauliſper in quiete, demiſſo aliquantulum capite, faciens commemorationem viuorũ Chriſti fidelium ad ſuam voluntatẽ; quorum nomina, ſi vult, ſecretè commemoret: non tamen neceſſe eſt ea exprimere; ſed mente tantùm eorum memoriam habeat. Poteſt etiam Celebrans, ſi pro pluribus intendit orare, ne circumſtantibus cum tædio quodam ſit moroſus, ante Miſſam in animo proponere ſibi omnes illos tam viuos quàm defunctos, pro quibus in ipſa Miſſa orare intendit: & hoc loco generaliter vnico contextu ipsorum viuorũ cõmemorationem agere, pro quibus ante Miſſam orare propoſuit in Miſſa.

¶ Commemoratione viuorum facta, demiſsis & extenſis vt priùs manibus, cõtinuat. Et omnium circumſtantium &c. ſimiliter ſtans proſequitur Communicantes. Cùm dicit, Ieſu Chriſti, caput cruci inclinat: in concluſione quando dicit, Per eundem, iungit manus. Cùm dicit, Hanc igitur oblationem, extendit manus ſimul ſuper Oblata, ita vt palmæ ſint aperte verſus ac ſupra calicem & hoſtiã; quas ſic tenet vsque ad illa verba, Per Chriſtũ Dominum. Iungens manus proſequitur, Quam Oblationem tu Deus in omnibus quæſumus. & cùm dicit benedictam, adſcriptam, ratam; communiter ſignat ter, ſuper hoſtiam & calicem ſimul. Deinde cùm dicit, vt nobis corpus, ſeparatim ſignat ſemel ſuper hoſtiam tantùm. Et cùm dicit, & ſanguis, ſemel ſuper calicem tãtum. Deinde eleuans & iungens manus ante pectus, proſequitur, fiat dilectiſsimi filii tui Domini noſtri Ieſu Chriſti: inclinans caput cruci, extergit pollices & indices ſuper corporale: & dicit ſecretè vt priùs. Qui pridie quàm pateretur: & accipiens pollice & indice dextræ manus hoſtiam, & eam cum illis, ac indice & pollice ſiniſtræ manus tenens, ſtans erectus ante medium Altaris dicit Accepit panẽ in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: eleuansque ad cælum oculos, & ſtatim demittens, dicit, & eleuatis oculis in cælũ ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem caputque aliquantulum inclinans dicit, tibi gratias agens: & tenens hoſtiam inter pollicem & indicem ſiniſtræ manus, dextra producit ſignum crucis ſuper eam dicens, benedixit, fregit, deditque diſcipulis ſuis dicens, accipite & manducate ex hoc omnes. Si adſit vas cum aliis hoſtiis conſecrandis, diſcooperit manu dextra calicem, ſeu vas aliarum hoſtiarum: & cubitis ſuper Altare poſitis, ſtans capite inclinato, diſtinctè, reuerenter, & ſecretè profert verba conſecrationis ſuper hoſtiam, & ſimul ſuper omnes, ſi plures ſint conſecrandæ: & hoſtiam ſuam pollicibus & indicibus tantùm tenens, attentè deuotè, & continuatè profert verba conſecrationis. Hoc eſt enim corpus meum.

¶ Quibus prolatis, Celebrans tenens hoſtiam inter pollices & indices prædictos ſuper Altare, reliquis manuum digitis extenſis & ſimul iunctis (& hoſtiis ſi plures ſint conſecratæ, in loco, in quo à principio Miſſæ ſunt poſitæ ſuper corporali, vel alio vaſe, vel calice, dimiſsis) genuflexus eam adorat. Tunc ſe erigens quantum commodè poteſt, eleuat in altum hoſtiã: & intentis in eã oculis (quod & in eleuatione calicis facit) populo reuerenter oſtendit adorandam: & mox ipſam reuerenter ſuper Corporale reponit in eodem loco, vnde eam leuauit: & deinceps pollices & indices non diſiungit; niſi quando hoſtiam conſecratam tangere vel tractare debet, vſque ad ablutionem digitorum, poſt communionem. Repoſita hoſtia conſecrata ſuper Corporali, genuflexus vsque ad terram, ipsam veneratur: ſi adſit vas aliarum hoſtiarum, patena cooperit. Interim dum Celebrans eleuat hoſtiam, accenso priùs intortitio ſeu cæreo, Miniſter manu ſiniſtra eleuat

fimbri-

fimbrias posterioris Planetæ seu Casulæ, ne ipsum Celebrantem impediat in eleuatione brachiorum: quod & facit in eleuatione calicis.

¶ Celebrans adorato Sacramento surgit, & discooperit calicem, in quem, si opus sit, extergit digitos; quod semper faciat cùm aliquod fragmentum digitis adhæreat; & stans erectus dicit, Simili modo postquam cœnatum est: & ambabus manibus accipiens calicem iuxta nodum infra cuppam, aliquantulumque eleuans, & statim deponens, dicit, accipiens & hunc præclarum calicem. Et cùm dicit, benedixit, sinistra calicem infra cuppam tenens, dextra signat super eum; & prosequens, deditque discipulis suis, &c. & ambabus manibus tenens calicem, videlicet sinistra pedem, dextra nodum infra cuppam, cubitis super Altare positis, & capite inclinato, profert secretè & deuotè, vt suprà, verba consecrationis sanguinis, Hic est enim calix &c.

¶ Quibus dictis, reponit calicem super corporale: & genuflexus sanguinem reuerenter adorat. Tunc se erigit, & accipiens calicem discoopertum cum sanguine ambabus manibus, vt priùs, eleuat eũ; & erectum, quantum commodè potest, ostendit populo adorandũ, dicens: Hæc quotiescunque feceritis &c. mox ipsũ reuerenter reponit super Corporale in locum pristinum, & manu dextra Palla cooperit, ac genuflexus Sacramentum veneratur.

¶ *In Missa, solenni cùm Celebrans dicit* Quam oblationem, *etc. Diaconus accedit ad dextrum Celebrantis, & ibi in superiori gradu Altaris genuflexus, cùm Sacramentum eleuatur, fimbrias Planetæ eleuat; & quando opus est, se erigens, calicem cooperit, & discooperit, & cum Celebrante genuflectit. Reposito calice, Diaconus redit ad librum: nisi alius assistat.*

De Canone post Consecrationem, vsque ad Orationem Dominicam.

REposito calice, & adorato, Celebrans stans ante Altare, extensis manibus ante pectus dicit secretò, Vnde & memores, &c. iungit manus ante pectus: Et cùm dicit, Hostiam puram &c. manu dextra signat ter communiter super hostiam & calicem, & semel super hostiam tantùm, & semel super calicem tantùm, dicens, Panem sanctum vitæ æternæ: & calicem salutis perpetuæ: deinde stans, vt priùs, extensis manibus prosequitur, suprà quæ propitio, &c. Cùm dicit, supplices te rogamus, &c. inclinat se ante medium Altaris, manibus iunctis super illo positis. Cùm dicit, ex hac Altaris participatione, osculatur Altare: cùm dicit, sacrosanctum filii tui, iungit manus, & manu dextra signat semel super hostiam tantùm, & semel super Calicem, dicens, Corpus & sanguinem sumpserimus. Et cùm dicit, omni benedictione cælesti, seipsum signat à fronte ad pectus signo crucis. Cùm dicit, Per eundem, iungit manus.

¶ Cùm dicit, Memento Domine famulorum famularumque tuarũ, qui nos præcesserunt, &c. statim extensis & iunctis manibus ante pectus, vel vsque ad faciem eleuatis, & intentis oculis ad Sacramentum super Altare, facit commemorationem fidelium Defunctorum, de quibus sibi videtur, eodem modo, vt dictum est de commemoratione viuorum. Qua commemoratione facta, stans vt priùs, extensis manibus prosequitur ipsis Domine, & omnibus in Christo &c. & in fine ad Per eundem caput inclinat. Cùm dicit, Nobis quoq; peccatoribus, vocẽ aliquantulum, ad hæc tria verba tantùm eleuat, & dextra manu pectus sibi percutit, & prosequitur secretè famulis tuis &c. stans, vt priùs.

¶ Cùm dicit, Per Christum Dominum nostrum: per quem hæc omnia Domine semper bona creas, iungit manus ante pectus: deinde manu dextra ter signans cõmuniter super hostiam & calicem, dicit, Sanctificas, viuificas, benedicis, & præstas nobis. Postea discooperit manu dextra Calicem, & genuflexus reuerentiam facit Sacramento: tum se erigit, & reuerenter accipit hostiam inter pollicem & indicem dextræ manus: & cum ea super Calicem, quem manu sinistra tenet circa nodum infra cuppam, signat ter à labio ad labium, dicens, Per ipsum, & cum ipso, & in ipso. Et cùm hostia bis inter se & calicem à labio calicis incipiens, signat dicens, est tibi Deo patri omnipoteti, in vnitate Spiritus sancti. Deinde tenens manu dextra hostiam super calicem, sinistra calicem, eleuat eam aliquantulum simul cum calice, dicens: Omnis honor & gloria: Et statim vtrumque deponens, hostiam collocat super corporali: & digitos extergit in calice (quod semper faciat, cùm hostiam sacram tetigit) ac pollices & indices vt priùs iungens, calicem Palla cooperit, & genuflexus vsque ad terrã, Sacramentum veneratur.

¶ *In Missa solenni cùm celebrans dicit*, Per quem hæc omnia, *etc. Diaconus facta Sacramento genuflexione, accedit ad dextram Celebrantis: & quando opus est, discooperit calicem, & cum Celebrante adorat; similiter cooperit, & iterum genuflectit. Postea vadit retro post Celebrantem, vbi stat dum dicitur Oratio Dominica.*

De Oratione Dominica, & aliis vsq; ad factam communionem.

CElebrans cooperto, adoratoque calice, erigit se, & more solito manibus extensis hinc inde super Altare positis, dicit intelligibili voce: Per omnia secula seculorum, &c. Cùm dicit, Oremus, iungit manus, caput Sacramento inclinans. Cùm incipit, Pater noster, extendit manus, & stans oculis ad Sacramentum intentis prosequitur vsque ad finem. Respõso à ministro Sed libera nos à malo, & à Celebrante, Amen, manu dextra, pollice & indice non disiunctis, Patenam accipit, inter indicem & medium digitos. quam tenens super Altare erectam, dicit secretè, Libera nos quæsumus &c.

¶ *In Missa solenni cùm in Oratione Dominica dicitur*, Et dimitte nobis debita nostra, *Diaconus retro post Celebrantem facta Altari genuflexione, vadit ad dextram Celebrantis, & Subdiaconus circa finem Orationis Dominicæ, reuertitur ad Altare, & offert Patenam Diacono; qui eam discooperit, & dat Celebranti; discooperitq; & cooperit calicem, quando opus est, simul cũ Celebrante genuflectens.* Antequam Celebrans dicat, Da propitius pacem, eleuat manu dextra Patenam de Altari, & seipsum cum ea signat, à fronte ad pectus: Et dicens, Da propitius pacem in diebus nostris, patenam ipsam osculatur, & prosequens, vt ope misericordiæ tuæ &cæ. Submittit patenam hostiæ, quam indice sinistro accomodat super Patenam; discooperit calicem, & genuflexus in terra Sacramentum adorat: tum se erigens accipit hostiam inter pollicem & indicem dextræ manus, & cum illis, ac pollice & indice sinistrę manus eam super calicem tenens reuerenter frangit per medium dicens, Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: & mediã partem quam inter pollicem & indicem dextræ manus tenet, ponit super patenam; de alia media quam sinistra manu tenet, frangit cum pollice & indice dextræ manus particulam, prosequens, Qui tecum viuit & regnat &c. quam inter ipsos dextræ manus pollicem & indicem retinens, partem maiorem quam sinistra tenet, adiungit mediæ super Patenam positæ, interim dicens, in vnitate Spiritus sancti Deus. Et particulam hostiæ, quam in dex-

tra manu retinuit, tenens super calicem, quem sinistra per nodum infra cuppam retinet, intelligibili voce dicit, Per omnia secula seculorum ℟. Amen. Ipsa particula signans ter à labio ad labium calicis dicit, Pax Domini sit semper vobiscũ: Responso per ministros, Et cum Spiritu tuo; particulam quam dextra manu tenet, ponit in sanguinem, dicens secretè: Hæc commistio & consecratio corporis &c. Deinde pollices & indices super calicem aliquantulum tergit & iungit, calicem Palla cooperit, & genuflexus Sacramentum adorat: surgit, & stans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato, versus Sacramentum, dicit intelligibili voce, Agnus Dei qui tollis peccata mundi: & dextra percutiens sibi pectus dicit, miserere nobis, quod & tertiò facit, cùm dicit, dona nobis pacem. Tunc manibus iunctis super Altare positis, capite inclinato, oculisq. ad Sacramentũ intentis, dicit secretò: Domine Iesu Christe, &cæt. Qua oratione finita, osculatur Altare in medio; & ei statim pacificale porrigatur à Ministro iuxta ipsum ad dextram, hoc est, in cornu Epistolæ, genuflexo: Et dicit, Pax tecum, ℟. Et cum Spiritu tuo: statimq; subiungit alias Orationes, vt in Ordinario.

¶ Si verò celebret pro Defunctis, non percutit pectus ad Agnus Dei, quia non dicit miserere nobis, nec dona nobis pacem, sed dicit, Dona eis requiem; nec dicit primam Orationẽ, Domine Iesu Christe qui dixisti Apostolis tuis, &c. nec osculatur Altare, nec datur pax; sed dicit alias duas sequẽtes Orationes, Domine Iesu Christe Fili Dei viui, & Perceptio corporis tui.

¶ Quibus Orationibus dictis, genuflectens Sacramentum adorat, & se erigens dicit secretè, Panem cælestem accipiam. Quo dicto, dextra manu accipit de Patena reuerẽter ambas partes hostiæ, & collocat inter pollicem & indicem sinistræ manus, quibus patenam inter eundem indicem, & medium digitos supponit, & eadem manu sinistra tenens partes huiusmodi super patenam dextera tribus vicibus percutit pectus suum, interim etiam tribus vicibus dicens voce aliquantulum eleuata, Domine non sum dignus, & secretè prosequitur, vt intres, &c. Quibus tertiò dictis, ex sinistra accipit ambas partes prædictas Hostię inter pollicem & indicem dextræ manus, & cum illa supra patenam signat seipsum signo crucis, dicens, Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam, Amen.

¶ Deinde reuerenter easdem ambas partes sumit; quibus sumptis, deponit patenam super Corporale: & erigens se iunctis indicibus & pollicibus, ambas quoq; manus ante faciem iungit, & aliquantulum quiescit in meditatione sanctissimi Sacramenti.

¶ Deinde depositis manibus dicit secretò, Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Et discooperto calice accipit patenam, & eam diligẽter cum pollice & indice dextræ manus super calicem extergit, & ipsos digitos, ne quid fragmentorum in eis remaneat. Si verò adsint hostiæ consecratæ super corporale positæ, pro alio tempore conseruandæ; facta priùs genuflexione, reponit eas in vas ad hoc ordinatum: & diligenter aduertat, ne aliquod fragmentũ, quantumcunq; minimum, remaneat super corporale: quod si fuerit, accuratè reponit in calicem. Post exterſionem patenæ iunctis pollicibus & indicibus, iterum genuflectit Sacramento: surgit, & calicem dextra manu infra nodum cuppæ accipit, dicens, Calicem salutaris &c. & signans se signo crucis cum calice dicit, Sanguis Domini nostri &c. Et manu sinistra supponens patenam calici, stans reuerenter sumit totum sanguinẽ cum particula in calice posita.

¶ Quibus ſumptis, dicit ſecretè, Quod ore ſumpſimus &c. poſtea ſuper Altare porrigit calicem Miniſtro; ad cornu Epiſtolæ; quo vinum fundente, ſe purificat, deinde abluit pollices & indices ſuper calicem, quos abſtergit purificatorio, interim dicens Corpus tuum Domine quod ſumpſi &c. ablutionem ſumit, & extergit os, & calicem purificatorio. Quo facto, purificatorium extendit ſuper Calicem, & deſuper patenam, ac ſuper patenam paruam Pallam, & cooperit velo, plicat corporale, & reponit in burſam: quam ponit ſuper calicem, & collocat ſuper Altare, vt priùs.

¶ Si qui ſunt communicandi in Miſſa, eos communicet, antequàm ſumat purificationem, & antequam digitos abluat. Quibus communicatis, dicit, Quod ore ſumpſimus Domine &c. Et deinde ſe, & eos qui communicârunt purificans, dicit, Corpus tuum Domine quod ſumpſi, & alia facit vt ſuprà.

¶ *In Miſſa ſolenni Diaconus ſtans retro poſt Celebrantem, cùm in Oratione Dominica dicitur,* Et dimitte nobis debita noſtra, *facta ibidem genuflexione Altari, vadit ad dextrum Celebrantis, & patenam purificatorio abſtergens reuerenter dat Celebranti: & quando opus eſt, diſcooperit, & cooperit, & cum Celebrante adorat calicem. Cùm dicitur,* Pax Domini *&c. Subdiaconus retrò poſt Celebrantem facta Altari genuflexione, vadit ad ſiniſtram Celebrantis, & ſimul dicunt,* Agnus Dei: *Deinde facta ibidem Sacramento genuflexione, redit poſt Celebrantem. Diaconus verò à dextris adorato Sacramento erigens ſe, dum Celebrans dicit Orationẽ* Domine Ieſu Chriſte qui dixiſti, *accipit de Altari crucem, ſeu pacificale. Et cùm Celebrans oſculatur Altare, extergit pacificale, illudq; reuerenter porrigit Celebranti; qui deoſculato pacificali dicit* Pax tecum, *producens ſignum crucis ſuper illud, Diacono adhæc reſpondente* Et cũ Spiritu tuo. *Poſtea Diaconus iterum Sacramento in Altari adorato, vertit ſe ad Subdiaconũ retrò poſt Celebrantẽ, porrigens ei pacificale ad deferendum ad digniores Chori, et inde ad minus dignos ex ordine: niſi ipſi digniores aſſint ad Altare: quod fit celebrante Epiſcopo ſolenniter. Tunc enim aſſiſtẽtibus, et Subdiacono miniſtranti ab Epiſtola Diaconus, et viciſſim Diacono miniſtrãti ab Euangelio Subdiaconus porrigit exoſculandũ. Et inde per cundẽ Subdiaconũ in Chorũ vt ſuprà defertur. Quo facto, Subdiaconus redit ad Altare, et porrigit etiã illud Diacono et Subdiacono nõ miniſtrãtibus, indutis tamẽ Dalmatica et Tunicella, ſi quitales aſſint. Deinde facta Altari genuflexione, pacifi[illegible]le reddit Diacono reponendũ ſuper Altare, vnde id acceptũ erat. Poſtea vadit ad dextrum Celebrantis, et quãdo opus eſt diſcooperit calicẽ, accipit ampullam vini, & infundit, quando Celebrans vult purificare.*

De Communione, & Orationibus poſt communionẽ, ſeu complendis dicendis.

CElebrante purificato, dum calicem collocat in Altari, liber Miſſalis defertur per miniſtrum ad cornu Epiſtolæ, & collocatur vt in Introitu.

¶ *In Miſſa ſolenni Diaconus defert librum Miſſalis ad cornu Epiſtolæ, poſtea vadit retro poſt celebrantem. Subdiaconus verò vadit ad cornu Euangelij, vbi calicem mundat, aptat cum purificatorio, plicat Corporalia, reponit in burſam, & illam ponit ſuper calicem coopertum velo; quem collocat in Altari vel ſuper Credentia vt priùs: poſtea vadit ad locum ſuum retro poſt Diaconum.* His expeditis Celebrans ſtans legit Antiphonam, quæ dicitur Cõmunio: qua lecta, iunctis manibus ante pectus, vadit ad medium Altaris: & eo oſculato, vertit ſe ad populum, & dicit, Dominus vobiſcum; redit ad librum, dicit Orationes poſt Communionem ſiue Complendas, eisdem modo, numero, & ordine, vt ſupra dictæ ſunt Collectæ.

¶ Quibus dictis, iungens manus ante

pectus, reuertitur ad medium Altaris; & eo osculato vertit se ad populum, & dicit, vt suprà, Dominus vobiscum. Quo dicto, stans iunctis manibus ante pectus versus populum dicit, si dicendum est, Ite missa est. Quo dicto, per eandem viam reuertitur ad Altare. Si verò non sit dicendum, dicto Dominus vobiscum: reuertitur eodem modo per eandem viam ad medium Altaris: vbi stans versus ad illud iunctis ante pectus manibus, dicit, Benedicamus Domino.

¶ In Missis autem Defunctorum eodē modo stans dicit Requiescant in pace.

¶ *In Missa solenni hæc omnia eodem modo stans dicit Diaconus: Et cùm dicit* Ite missa est, *Celebrans quoque stat versus populum.*

¶ In Quadragesima autē à Feria quarta Cinerum vsq; ad Feriam quartam maioris Hebdomadæ, in Feriali officio, postquàm Celebrans dixit Complendas cum suis solitis conclusionibus, antequàm dicat, Dominus vobiscum, stans in eodem loco ante librum dicit Oremus, Humiliate capita vestra Deo, & extensis manibus subiungit eadem voce Orationem super populum ibidem positam: qua finita, osculatur Altare, & vertens se ad populum dicit, Dominus vobiscum, & alia vt suprà.

¶ *In Missa solenni dicto per celebrantem* Oremus, *Diaconus vertens se ad populum iunctis manibus dicit vt suprà* Humiliate *etc. quo dicto, vertit se versus Altare à tergo celebrantis, & celebrans dicit Orationē.*

De Benedictione in fine Missæ, & Euangelio S. Ioannis.

DIcto, Ite Missa est, vel Benedicamus Domino, vt suprà, Celebrans ante medium Altaris stans iunctis manibus super Altare, & capite inclinato, dicit secretè, Placeat tibi sancta Trinitas &cę. quo dicto, extensis manibus hinc inde super Altare positis, ipsum in medio osculatur: tum erigens se adhuc stans versus illud, extendit, eleuat, & iungit manus: caputque cruci inclinans, dicit voce intelligibili Benedicat vos omnipotens Deus, & iunctis manibus, ac demissis in terram oculis, vertens se ad populum extensa manu dextra, iunctisque digitis semel benedicit populo, dicens, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; & circulum perficiens reuertitur ad cornu Euangelii: vbi dicto, Dominus vobiscū ℣. Et cum spiritu tuo, pollice dextro signans primùm signo crucis Altare, seu librum; deinde frontem, os & pectus, dicit, Initium sancti Euangelii secundùm Ioannem, vel, Sequētia sancti Euangelii; vt dictum est in Rubricis generalibus. & post ℣. Gloria tibi Domine, iunctis manibus legit Euangeliū, In principio, vel aliud, vt conuenit. Cùm dicitur, Et verbum caro factum est, genuflectit, & surgens progreditur, vt priùs vsque ad finem.

¶ *Si celebrauit coram Legato Sedis Apostolicæ, aut Episcopo Diœcesano, Celebrans dicto,* Placeat tibi sancta Trinitas *etc. dicit,* Benedicat vos omnipotens Deus, *& conuertens se ad Legatum vel Prælatum suum, capite inclinato, quasi licentiam benedicendi petens, prosequitur,* Pater, & filius & spiritus sanctus, *benedicens astantes à parte vbi non adest Legatus, aut Episcopus prædicti.*

¶ *Si autem celebrauit coram prædictorum aliquo, seu quocunque alio in Pontificali dignitate constituto, extra eorum titulum, Ecclesiam, Prouinciam, Ciuitatem, vel Diœcesim constitutis; eis absq; alio respectu, vt cæteris qui intersunt, more cōsueto benedicit.*

¶ Si autem celebrauit pro Defunctis, dicto, Placeat tibi sancta Trinitas, vt suprà, accedit ad cornu Euangelii, & dicit Euangelium sancti Ioannis, prætermissa benedictione; quæ in Missis Defunctorū non datur.

¶ Finito Euangelio in fine Missæ, si celebrauit coram Episcopo eius loci Ordi-

nario ; conuertit se ad illum, & facit reuerentiam conuenientem : alioquin huiusmodi reuerentiam prætermittit.

¶ Quibus omnibus absolutis, extinguũtur per Ministrum candelæ. Interim Sacerdos cooperto capite, accipit siniſtra calicem, dextram ponens super bursam, seu capsam corporalium, ne cadat; descẽdit ad infimum gradum Altaris, & ibi in medio vertens se ad illud, caput inclinat : & facta reuerentia, præcedente Ministro, eo modo quo venerat, redit ad Sacristiã, interim dicens Antiphonam Trium puerorum, & Canticum Benedicite. Si verò sit dimissurus huiusmodi vestes ante Altare vbi celebrauit, finito Euangelio prædicto, ibidem deponit vestes, & dicit Antiphonam prædictam Trium puerorum cum cantico, & aliis orationibus, vt suo loco ponuntur.

¶ *In Missa solenni omnia facit vt suprà, hoc excepto, quòd ter populo benedicit: primò à cornu Epistolæ dicens,* Pater: *Secundò ante medium Altaris dicens,* Et filius : *Tertiò à cornu Euangelij dicens* Et Spiritus sanctus : *Et dicto Euangelio secundùm Ioannem, vel alio, vt supra, Celebrans discedit cum ministris, ordine, quo venerat.*

De his quæ omittuntur in Missa pro Defunctis.

IN Missa pro Defunctis ante Confessionem nõ dicitur Psalmus Iudica me Deus. Sed pronunciata Antiphona Introibo ad Altare Dei, & responso à Ministris, Ad Deum qui lętificat, &c. dicitur ℣. Adiutorium nostrum &c. Et Confessio cum reliquis, vt suprà.

¶ Cùm Celebrans ad Altare incipit Introitum, non signat se, sed manu dextra extensa facit signum crucis super librum, quasi aliquem benedicens. Non dicitur, Gloria patri, sed post psalmum repetitur Requiem æternam; nec Gloria in excelsis, nec Alleluia, nec Iube Domine benedicere, nec Dominus sit in corde meo, nec osculatur librum in fine Euangelii.

¶ *In Missa solenni, Diaconus non petit benedictionem; nec tenentur luminaria ad Euangelium; nec incensatur liber; nec defertur liber Euangeliorum osculandus: nec incensatur Altare, nec ipse Celebrans.*

¶ Item in Missa Defunctorum non dicitur Credo; non benedicitur aqua in calicem fundenda: sed dicitur, Deus qui humanæ substantiæ &c.

¶ In Missa solenni cùm lauãtur manus, non dicitur Gloria patri in Psalmo Lauabo inter innocentes. Subdiaconus nõ tenet patenam post Celebrantem. Ad Agnus Dei, non dicitur miserere nobis; sed eius loco dicitur, dona eis requiem : nec tertio, dona nobis pacem; sed eius loco dicitur dona eis requiem sempiternam. Non dicitur prima Oratio ante Cõmunionem, scilicet, Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis &c. nec datur pax. In fine non dicitur Ite Missa est, nec Benedicamus Domino; sed Requiescant in pace. Et non datur benedictio : sed dicto Placeat, dicitur vt suprà, In principio erat verbum &c. Alia omnia, vt in aliis Missis.

De his quæ clara voce aut secretò dicenda sunt in Missa.

IN Missa priuata clara voce dicuntur, Antiphona & Psalmus ad Introitũ, Cõfessio, & quæ sequũntur : excepta Oratione Aufer à nobis, & Oramus te Domine per merita sanctorum tuorum &c. Itẽ Introitus, Kyrieeleison, Gloria in excelsis, Oratio, Prophetia, Epistola, Graduale, Alleluia, Prosa, Tractus, Euangelium, Credo, Offertoriũ, Præfatio, Nobis quoq. peccatoribus, solùm hęc tria verba. Item, Per omnia secula &c. Cum Pater noster, Pax Domini, Agnus Dei, Domine non sum dignus, solùm hæc quatuor verba, cætera secretè: Communio, Complenda, Ite missa est, vel Benedicamus Domino, vel Requiescant : Euangelium In princi-

pio. Alia omnia dicuntur secretè.

¶ *In Missa solenni clara voce à Celebrante dicuntur, quando intonatur* Gloria in excelsis & Credo, Dominus vobiscum, Oremus, Oratio, Dominus vobiscum, Oremus *ante Offertorium*, Præfatio, Pater noster, & Complenda. *Alia omnia à Celebrante dicuntur secretò in Missa solenni.*

De Hora celebrandi Missam.

MIssa priuata saltem post Matutinum, quacunque hora ab aurora vsque ad meridiem dici potest. Matura Missa dicitur hora consueta, dicta in Choro hora prima. Missa autem principalis, vel maior, seu Summa, sequenti ordine dici debet.

¶ Omnibus diebus quibus non ieiunatur, siue de festo agatur, siue de Tempore; & omnibus Dominicis per annum, dicta in choro hora tertia.

¶ In vigiliis quæ ieiunantur, siue præcepti, siue consuetudinis fuerint, & in festo S. Marci Euangelistæ, diebus Rogationum, & Quatuor temporum Aduentus, Pentecostes, ac mensis Septembris; & quatuor diebus ante Dominicam primã Quadragesimæ; & omnibus feriis sextis per annum (non tamen in aliqua earum, quæ vel in tempus Quadragesimæ, vel in diem Natiuitatis Domini inciderit) dicta sexta. Excipitur vigilia Pentecostes, in qua dicitur Missa post Nonam.

¶ A Dominica prima in Quadragesima vsque ad Pascha, quotidie etiam festis diebus, dicta Nona. Exceptis Dominicis, quibus semper dicitur post Tertiam.

¶ Missa Defunctorum pro priuata, seu Matura, aut Summa respectiuè dicitur, sicut suprà dictum est de aliis.

¶ Excipiuntur ab hoc ordine celebrandi, Missæ in Natali Domini, quæ suo loco dicuntur. Missa scilicet prima in galli cãtu, id est, post mediam noctẽ, dicto post Nocturnos in Choro Te Deũ laudamus. Secunda post Laudes & primam. Tertia, id est Summa, post Tertiam, etiam si feria vi. fuerit.

De Ordine sedendi, standi, & genuflectendi, in Missa solenni.

IN Missa solenni Celebrans medius inter Diaconum & Subdiaconum sedere potest à cornu Epistolæ iuxta Altare, cùm cantatur Kyrieeleison, & Gloria in excelsis: ac dictis per eum ad Altare omnibus vsque ad Euangelium inclusiuè dicẽdis, si vacat sub cantu Epistolæ, Gradualis, Tractus, Alleluia, Prosæ. Item cùm cantatur Credo, postquàm ipse id dixerit: alio tempore stat ad Altare, & genuflectit, quando oportet, vt suprà.

¶ Item genuflectit quando dicitur Euãgelium In principio, ad illa verba, & verbum caro factum est, Et Euangeliũ, Cùm natus esset Iesus ad illa verba, & procidentes adorauerunt eum. Item Euangelium feriæ iiij. post Dominicam quartam Quadragesimæ, ad illa verba in fine, & procidens adorauit eum. Et cùm Diaconus cantat illa verba, ipse versus librum, Celebrans & circumstantes versus Altare genuflectunt: Subdiaconus verò si tenet librum, & cæroferarii tenentes candelabra, non genuflectũt. Item genuflectit Celebrans priuatim celebrans, cùm dicit, Flectamus genua: non autem cùm solenniter celebrat; sed Diaconus, & Subdiaconus, & circumstantes. Item Celebrans & Ministri genuflectunt, cùm dicitur in Quadragesima, Adiuua nos Deus, &cæ. Item, quando legitur Passio ad illa verba expirauit, vel, emisit Spiritum. Item cùm dicitur in Missa Spiritus sancti, Veni sancte Spiritus reple &c. Et quandocunque fiunt genuflexiones, vt suprà. Circumstãtes autem in Missis priuatis semper genuflectunt; præterquàm ad Euangelium.

¶ *In solennibus autẽ genuflectitur ab iis, qui non sunt Prælati ad* Confessionem cũ suo Psalmo, *& ab omnibus quando eleua-*

tur Sacramentum ; ſed dum cantatur Introitus, Gloria in excelſis, Prophetia, Epiſtola, Graduale, Tractus, Alleluia, Proſa, Credo, Offertorium, *& facta communione, dum cantatur* Communio, *ſedetur ; in aliis ſtatur.*

¶ In Miſsis Feriarum Aduentus, Quadrageſimæ, Vigiliarum quæ ieiunantur, & Quatuor temporum, ac in Miſsis Defunctorum, circumſtantes genuflectunt, ad Confeſsionem cum ſuo Pſalmo, ad Orationes, dicto per Celebrantem Sanctus, vſque ad Pax Domini, & ad Complendam. Excepta Vigilia Paſchæ, & Pentecoſtes, ac Natiuitatis Domini.

DE COLORIBVS, ET QVALITATE paramentorum.

PAramenta Altaris, Celebrantis & Miniſtrorum ſint coloris conuenientis officio & Miſſę diei, ſecundùm vſum Varmienſis Eccleſiæ : quæ iuxtà ac ſancta Romana Eccleſia, quinq; coloribus vti conſueuit, Albo, Rubeo, Viridi, Violaceo, & Nigro.

Albo colore vtitur.

IN veſperis Vigiliæ Natiuitatis Domini, & inde vſque ad Octauam Epiphaniæ incluſiuè : exceptis feſtis Martyrum, quæ intermedio tempore veniunt ; & excepta Vigilia Epiphaniæ, niſi in Dominica venerit.

In
- Feria V. Cœnæ Domini.
- Sabbatho ſancto, tam in officio altaris ante Miſſam, & in benedictione fontium: quàm in ipſa Miſſa : & ab illo die vſque ad Sabbathum Pentecoſtes excluſiuè, in officio de tempore : præterquàm in Miſſa Litaniarum & Rogationũ.
- Eodem Sabbatho ſancto Ro. Eccleſia vtitur violaceo in officio ante Miſſam, & ad benedictionem fontium; in officio verò Miſſæ primùm albo.
- Feſtis B. Mariæ, & per eius Octauas.
- Eiuſdem Virginis Miſsis votiuis, & commemorationibus.
- Feſto & Miſsis S. Trinitatis.
- Feſto Corporis Chriſti, vel in eodem feſto, veſtibus aureis bracteatis, pretioſis, cuiuſcunq; coloris fuerint.
- Feſto S. Michaëlis, & Miſsis Angelorum.
- Feſto Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtę
- Feſto principali S. Ioannis Euangeliſtæ, quod eſt infra Octauã Natiuitatis Domini.

In
- Conuerſione S. Pauli.
- Cathedra S. Petri.
- Feſto S. Petri ad vincula.
- Feſto Transfigurationis Domini.
- Feſtis Confeſſorum, Pontificum & non Pontificum ; qui Martyres non ſunt.
- Feſtis ſanctarum Virginum, & Electarum; excepto SS. vndecim milium Virginum.
- Conſecratione, & Dedicatione Eccleſiæ, ac Anniuerſario illius.
- Octauis prædictorum feſtorum, quæ Octauas habent, quando fit officium de octaua.

Rubeo colore vtitur.

- Vigilia Pẽtecoſtes ad Miſſam, & deinceps vſq; ad Sabbathũ ſequens incluſiuè.
- Miſsis votiuis de ſancto Spiritu per annum.
- Feſto Omnium Sanctorum. Ro. Eccleſia vtitur albo.

In
- Feſto Decollationis S. Ioannis Baptiſtæ.
- Feſtis, & Miſsis S. Crucis.
- Feſto S. Ioannis ante portam Latinã.
- Feſto diuiſionis Apoſtolorum.
- Inuẽtione S. Stephani protomartyris

In { Festo SS. Vndecim miliũ virginum.
Festo SS. Innocentum, quando in Dominica venit: & in Octaua eius, quacunque die venerit.
Natali vnius, vel pluriũ Apostolorum: exceptis festo { Ioannis Euangelistę infra Octauam Natiuitatis Domini. / Cõuersionis S.Pauli. / Cathedræ S. Petri, & Vinculorum.
Festis vnius, vel plurium Martyrum: excepto festo SS.Innocentum, nisi in Dominica venerit.
Octauis prædictorum festorum, quæ Octauas habent, quando fit de octaua.

Viridi colore vtitur.

AB Octaua Epiphaniæ vsq; ad Septuagesimam exclusiuè, in Dominicis & ferialibus diebus, quando fit officiũ de Tempore.
Ab Octaua Corporis Christi vsq; ad Aduentum exclusiuè, in Dominicis & ferialibus diebus, quando officium fit de Tempore.
Excep tis { Dominicis, quibus noua historia primò canitur. In illis enim peculiaria paramenta habentur viridi & violaceo insperſa, aliis coloribus intermixtis. / Dominicis, quibus in parochialibus Missa de S. Trinitate dici consueuit. / Vigiliis, & Quatuor temporibus.

Violaceo colore vtitur.

PEr Aduentum in Officio de Tempore, vsque ad Missam Vigiliæ Natiuitatis Domini inclusiuè.
Exceptis aliis vigiliis, & Quatuor temporibus.
In { Vigilia Epiphaniæ: nisi in Dominica venerit. Ro. semper albo. / Septuagesima, & inde vsq; ad feriam iiij. Cinerum exclusiuè, quando fit officium de Tempore.
In { Dominicis Quadragesimæ in officio de Tempore vsq; ad Pascha.
Sabbatho sancto in benedictione ignis.
Diebus Litaniarum, & Rogationum
Festis SS. Marci, Matthæi, Lucæ Euangelistarum, Ro. Ecclesia sicut in natali Apostolorum.

Nigro colore vtitur.

IN festo SS. Innocentum extra Dominicam veniente. Ro. Ecclesia violaceo.
In { Feriis Quadragesimæ à Cinerum vsq; ad Cœnam Domini exclusiuè. Ro. violaceo. / Feria vj. in parasceue. / Die animarũ, & Missis pro defunctis. / Missis pro peccatis, euitanda mortalitate; tempore belli, tribulationis & similibus. / Vigiliis quæ ieiunantur, & Quatuor temporibus. Ro. violaceo. Excipiuntur Vigilia Natalis Domini, Paschæ, & Pentecostes, & Quatuor tempora Pentecostes.

¶ Solennibus, & Dominicarum processionibus Officians vtitur pluuiali super superpelliceum & stolam, vel si idem est celebrans, super alba. Vtens autem pluuiali semper deponit manipulum. Vbi pluuiale haberi non potest in benedictionibus quę fiunt in altari, Celebrans, stat sine casula cum alba & stola.

¶ Dalmatica & Tunicella vtuntur Diaconus & Subdiaconus in Missa solenni & processionibus, quandocunq; Sacerdoti ministrant. Nisi aliter signetur suo loco.

¶ Est autem regulare in Ecclesia Varmien: vt pluuiale eiusdem coloris assumatur ad benedictiones & processiones, cuius sunt paramenta ad Missam. Ad officium altaris & benedictionem fontium tã in vigilia Pentecostes, quàm in Sabbatho sancto Paschæ, vsus est coloris albi, vsque ad Missam exclusiuè, Ro. Ecclesia generaliter vtitur violaceo in quibusuis bene-

dictionibus & proceſsionibus: exceptis proceſsionibus S. Sacramenti, quæ fiunt in ſolennibus diebus.

¶ Cæterùm in ſolennioribus feſtis, & tenuioribus Eccleſiis, aliqua veſtis pretioſa alterius coloris, facilè poterit excuſare præſcripti coloris penuriam.

¶ In præſcripto verò nigri coloris, nihil prohibet, quominùs eius loco vſitetur violaceus.

¶ Præmiſſa ideò ſunt accuratiùs annotata, vt Prælatus & Rector pro ſuæ quiſq. Eccleſiæ facultate, nòrit ſeruire tempori, & accommodare ſe officio diei in qualitate ſacrarum veſtium. Cui ſi non datur in omnibus conformare ſe matrici Eccleſiæ Varmien: licebit illi imitari vniuerſalem Ro. Eccleſiam, quantum quidem fieri poterit.

Habetur & color Ruffus in parochialibus, quo plerumque vtuntur in Dominicali officio, aut etiam in feſtis minus ſolennibus ad placitum.

DE DEFECTIBVS IN CELEBRATIONE Miſſarum occurrentibus.

SAcerdos Celebraturus, omnem adhibeat diligentiam, ne aliquid ex requiſitis ad Sacramentum Euchariſtiæ conficiendum deſit. Poteſt autem defectus, cõtingere ex parte Materiæ conſecrandæ, & ex parte formæ adhibendæ, & ex parte miniſtri conficientis. Quidquid enim horum deficit, ſcilicet materia debita, forma cum intentione, & ordo Sacerdotalis in conficiente, non conficitur Sacramentum. Et his exiſtentibus, quibuſcunq; aliis deficientibus, veritas adeſt Sacramenti. Alij verò ſunt defectus, qui in Miſſæ celebratione occurrentes, & ſi veritatem Sacramenti non impediant, poſſunt tamen aut cum peccato, aut cum ſcandalo contingere.

De defectibus materiæ.

DEfectus ex parte materiæ poſſunt cõtingere, ſi aliquid deſit ex iis, quæ ad ipſam requiruntur. Requiritur enim, vt ſit panis triticeus, & vinum de vite: & vt huiusmodi materia conſecranda, in actu cõſecrationis ſit coram ſacerdote.

De defectu panis.

SI panis non ſit triticeus, vel ſi triticeus, ſit admixtus granis alterius generis in tanta quantitate, vt non maneat panis triticeus, vel ſit alioqui corruptus: non conficitur Sacramentum. Si ſit confectus de aqua roſacea, vel alterius diſtillationis: dubium eſt, an conficiatur. Si cœperit corrumpi, ſed non ſit corruptus: ſimiliter ſi non ſit azimus ſecundùm morem Eccleſiæ Latinæ, conficitur: ſed conficiens graiter peccat.

¶ Si celebrans ante conſecrationem aduertit hoſtiam eſſe corruptam, aut nõ eſſe triticeam: remota illa hoſtia aliam ponat, & à Canone iterum incipiat, & proſequatur Miſſam. Si id aduerterit poſt conſecrationem, etiam poſt illius hoſtiæ ſeu ſanguinis ſũmptionem poſita alia, à conſecratione incipiat, ſcilicet, ab illis verbis: Qui pridie quam pateretur: & illam priorem ſi non ſumpſit, ſumat poſt ſumptionem corporis & ſanguinis vel alii ſumendam tradat, vel alicubi reuerenter conſeruet. Si autem ſumpſerat, nihilominus ſumat eam, quam conſecrauit: quia præceptum de perfectione Sacramenti maioris eſt ponderis, quàm quod à ieiunis ſumatur. Aduertendum autem, quòd ſi hoc cõtingat, poſt ſumptionem ſanguinis, apponi debet rurſus nouus panis, & vinum cũ aqua, facta priùs oblatione, & proſequẽda omnia, quæ ſequuntur: ne Sacramentum remaneat imperfectum, & vt debitus ſeruetur ordo.

¶ Si Hoſtia cõſecrata diſpareat, vel caſu aliquo, vt vento, aut miraculo, vel à mu-

re ac-

re accepta, vel alio animali, & nequeat reperiri: tunc altera consecratur (ab eo loco incipiendo, Qui pridie quàm paterentur: facta eius prius oblatione) & illud animal si capi potest, occidatur & comburatur, & cineres eiiciantur in sacrariũ, vel sub Altari.

De defectu vini.

SI vinum sit factum penitus acetum, vel penitus putridum, vel de vuis acerbis, seu non maturis expressum, vel admixtum tantum aquæ, vt vinum sit corruptum: non conficiatur Sacramentum.

¶ Si vinum cœperit acescere, vel corũpi, vel fuerit aliquantum acre, vel mustũ tunc de vuis expressum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua rosacea, seu alterius distillationis: conficitur Sacramentũ; sed conficiens grauiter peccat. Si celebrans ante consecrationem sanguinis, quamùis post consecrationem corporis, aduertat aut vinum, aut aquam, aut vtrumque non esse in calice; debet statim apponere vinum cum aqua, & cõsecrare, incipiendo ab illis verbis: Simili modo &c. Si post verba consecrationis aduertat vinum non fuisse positum, sed aquam: deposita aqua, iterum vinum cum aqua ponat in calice, & resumat à verbis prædictis. Si hoc aduertat post sumptionem corporis, vel huiusmodi aquæ; apponat aliam hostiam iterum consecrandam, & vinum in calice: & vtrumq; consecret, & sumat in fine, quàmuis aliam hostiam consecratam, vel aquam sumpserit; propter Sacramenti integritatem in celebratione seruandam.

¶ Si quis percipiat ante consecrationẽ, vel post consecrationem, totum vinum esse acetum, vel aliâs corruptum: idem seruetur quod suprà ac si deprehenderet non esse positum vinum, vel solam aquam fuisse appositam in calice. Si autem celebrans ante consecrationem calicis aduertat non fuisse appositam aquam, statim ponat eam, & proferat verba consecrationis. Si id aduertat post consecrationem calicis; nullo modo apponat, quia non est de necessitate Sacramẽti. Si materia quę esset apponenda ratione defectus, vel panis, vel vini, non posset vllo modo haberi: si id sit ante consecrationem corporis, vlterius procedi non debet: si post consecrationem corporis, aut etiam vini deprehenditur defectus alterius speciei, altera iam consecrata; tunc si nullo modo haberi possit, procedendũ erit, & Missa absoluenda. Quòd si expectando aliquandiu, haberi possit, expectandum erit, ne imperfectum sacrificium remaneat.

De defectibus Formæ.

DEfectus ex parte Formæ possunt contingere, si aliquid desit ex iis, quæ ad integritatem verborum in ipsa consecratione requiruntur. Verba autem consecrationis, quæ sunt forma huius Sacramenti, sunt hæc. Hoc est enim Corpus meum. Et Hic est enim calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Si quis autem aliquid diminueret, vel immutaret de Forma consecrationis corporis & sanguinis, & in ipsa verborum immutatione verba idem non significarent: non conficeret Sacramentum. Si quis aliquid adderet, quod significationem non mutaret; conficeret quidem, sed grauissime peccaret.

¶ Si celebrans non recordetur se dixisse ea, quæ in consecratione communiter dicuntur; non debet propterea turbari. Si tamen certò ei, vel valde probabiliter cõstet, se omisisse aliquid eorum, quæ sunt de necessitate Sacramenti, id est, Formã consecrationis: resumat ipsam formam, & cætera prosequatur per ordinem. Si autem non sunt de necessitate Sacramenti: non resumat, sed procedat vlterius.

De defectibus ministri.

DEfectus ex parte ministri, possunt cõtingere, quò ad ea, quæ in ipso requiruntur. Hæc autem sunt. Inprimis intentio, deinde dispositio animæ, dispositio corporalis, dispositio vestimentorum, dispositio in ministerio ipso, quò ad ea, quæ in ipso possunt occurrere.

De defectu intentionis.

SI quis non intendit conficere, sed delusoriè aliquid agere. Item si aliquæ hostiæ ex obliuione remaneant in Altari, vel aliqua pars vini, vel aliqua hostia lateat, cùm nõ intendat consecrare, nisi quas videt.

¶ Item si quis habeat coram se vndecim hostias, & intendat consecrare solùm decem, non determinans quas decem intendit: non consecrat, quia requiritur intentio. Secus si putans quidem esse decem, tamen omnes voluit consecrare quas corã se habebat: nam tunc omnes erunt consecratæ: atque ideò quilibet sacerdos talem semper intentionem habere deberet, scilicet, consecrandi eas omnes, quas ante se ad consecrandum positas habet.

¶ Si sacerdos putans se tenere vnam hostiam, post consecrationem inuenerit fuisse duas simul iunctas: in sumptione sumat simul vtramque. Quòd si deprehendat post sumptionem corporis & sanguinis, aut etiam post ablutionem, reliquias aliquas relictas consecratas, eas sumat, siue paruæ sint, siue magnæ, quia ad idem sacrificium spectant.

¶ Si verò relicta sit hostia integra consecrata, eam in tabernaculo cum aliis reponat: si hoc fieri nequit, sequenti sacerdoti ibi celebraturo, in Altari supra corporalia decenter opertam; sumẽdam vnà cum altera quam est consecraturus, relinquat: vel si neutrum horum fieri possit, in ipso calice seu patena decẽter conseruet, quousque vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero sumatur: quòd si non habeat quomodo honestè conseruetur, potest eam ipsemet sumere.

¶ Si intentio non sit actualis in ipsa cõsecratione propter euagationem mentis, sed virtualis, cùm accedens ad Altare intendat facere quod facit Ecclesia: conficitur Sacramentum; etsi curare debet sacerdos, vt etiam actualem intentionem adhibeat.

De defectibus dispositionis animæ.

SI quis suspensus, excommunicatus, & degradatus celebret: conficit quidem Sacramentum, sed grauissimè peccat, tam propter communionem, quam indignè sumit, quàm propter executionem Ordinum, quæ sibi erat interdicta.

¶ Si quis habens copiam confessoris Celebret in peccato mortali, grauiter peccat.

¶ Si quis autem in casu necessitatis nõ habens copiam confessoris, in peccato mortali absque contritione celebret: grauiter peccat. Secus si conteratur: debet tamen cùm primùm poterit confiteri. Si in ipsa celebratione Missæ Sacerdos recordetur se esse in peccato mortali, conteratur cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Si recordetur se esse excommunicatum, vel suspensum, aut locum esse interdictum: similiter conteratur, cum proposito petendi absolutionem: ante consecrationem autem, si non timetur scandalum, debet Missam inceptam deserere, secus si esset publicè excommunicatus.

De defectibus dispositionis corporis.

SI quis non est ieiunus post mediã noctem, etiam post sumptionem solius aquæ, vel alterius potus, aut cibi, per modum etiam medicinæ, & in quantumcunque parua quantitate: non potest communicare, nec celebrare.

¶ Si autem ante mediam noctem cibũ, aut potum sumpserit, etiam si postmodum non dormierit, nec sit digestus; non peccat, sed ob perturbationẽ mentis, ex qua deuotio tollitur, consulitur aliquando abstinendum.

¶ Si reliquiæ cibi remanentes in ore transglutiantur, non impediunt Communionem, cùm non trãsglutiantur per modum cibi, sed per modum saliuæ. Idem dicendum, si lauando os, deglutiantur stillæ aquæ præter intentionem.

¶ Si plures Missas in vna die celebret, vt in nocte Natiuitatis: in vltima tantùm Missa percipiat purificationem.

¶ Si præcesserit pollutio nocturna, quæ causata fuerit ex præcedenti cogitatione, quæ sit peccatum mortale, vel euenerit propter nimiam crapulam; abstinendum est à communione, & celebratione. Si dubium est, an in præcedenti cogitatione fuerit peccatum mortale; consulitur abstinendum, extra tamen casum necessitatis. Si autem certum est non fuisse in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullam fuisse cogitationem, sed eueniſſe ex naturali causa, aut ex diabolica illusione; potest communicare, & celebrare; nisi ex illa corporis commotione tanta euenerit perturbatio mentis, vt abstinendum videatur.

De defectibus in ministerio ipso occurrentibus.

POssunt etiã defectus occurrere in ministerio ipso, si aliquid ex requisitis ad illud desit: vt, si non celebretur in loco sacro, vel deputato ab Episcopo: nec in Altari consecrato: nec tribus mappis cooperto. Si non adsint luminaria cærea. Si non sit tempus debitum celebrandi, quod est ab aurora vsq; ad meridiem, communiter. Si celebrans saltem Matutinum cum laudibus non dixerit. Si omittat aliquid ex vestibus sacerdotalibus. Si vestes sacerdotales, & mappæ non sint ab Episcopo vel ab alio hanc habente potestatem benedictæ. Si non adsit clericus, vel alius deseruiens in Missa: vel adsit qui deseruire non debet, vt mulier. Si non adsit calix cum patena conueniens, cuius cuppa debet esse aurea, vel argentea, vel stannea; non ærea, vel vitrea. Si corporalia nõ sint munda, quæ debent esse ex lino, nec serico in medio ornata, & ab Episcopo, vel alio, hanc habente potestatem benedicta. Si celebrat capite cooperto sine dispensatione. Si non adsit Missale, licet memoriter sciret Missam, quam intendit dicere. Si sacerdote celebrante violetur ecclesia ante canonem, dimittatur Missa. Si post canonem, non dimittatur.

¶ Si sacerdos ante consecrationem grauiter infirmetur, vel in syncopen inciderit, aut moriatur: prætermittitur Missa. Si post consecrationem corporis tantùm, ante consecrationem sanguinis, vel vtroque consecrato, id accidit; Missa per aliũ sacerdotem expleatur ab eo loco, vbi ille desiit. Si autem non obierit, sed fuerit infirmus, adeò vt possit communicari, & non adsit alia hostia consecrata; diuidat hostiam, & vnam partem præbeat infirmo, aliam ipse sumat. Si autem semiprolata forma corporis obiit sacerdos, aut semiprolata forma sanguinis; tunc alter similiter prosequatur Missam, & super eandem hostiam, seu eundem calicem repetat integram formam ab eo loco (qui pridie quàm pateretur) & in sanguine, ab eo loco (similiter postquam cœnauit) vel posset super alium panem, & in calice similiter, cùm in forma calicis deficit, super alium calicem præparatum, integrã formam proferre, & hostiam primi sacerdotis inter reliquias seruare, vel eam sumere post ablutionem sanguinis, si constat quòd non sit consecrata: in dubio verò, tutius est accipere post sumptionem: & idem de calice relicto semiconsecrato. Si quis extra huiusmodi casus necessitatis, integra Sacramenta non sumpserit, gra-

uisimè peccat. Si musca, vel aranea, vel aliquid aliud ceciderit in calicem ante cõ secrationem: proiiciat vinum subtus altare, & aliud ponat in calice, misceat parũ aquæ,offerat, & prosequatur Missam. Si post consecrationem ceciderit musca,aut aliquid eiusmodi,& fiat nausea sacerdoti: extrahat eam, & lauet cum vino: finita Missa comburat: & combustio, ac lotio huiusmodi in sacrarium proiiciatur. Si autem non fuerit ei nausea, vel vllum periculum timeat,sumat cum sanguine.

¶ Si aliquod venenosum ceciderit in calice, vel quod prouocaret vomitum: vinũ consecratum reponendum est in alio calice, & aliud vinum cum aqua apponendum denuò consecrandum: & finita Missa sanguis repositus in panno lineo vel stuppa tamdiu seruetur,donec species vini fuerint deficcatæ;& tunc comburatur, & combustio in sacrario proiiciatur. Si aliquod venenatum contigerit hostiam cõsecratam; tunc alteram consecret, & sumat modo, quo dictum est: & illa seruetur in tabernaculo loco separato, & animal captum occidatur, & comburatur,vt suprà dictum est. Si sumendo sanguinem particula remanserit in calice; digito ad labium calicis adducat,& sumat ante purificationem vel infundat vinũ, & sumat.

¶ Si hostia ante consecrationem inueniatur fracta, nisi populo euidenter appareat; talis hostia consecretur. Si autẽ scandalum populo esse possit, alia incipiatur, & offeratur: quòd si illius hostiæ iam erat facta oblatio, eam post ablutionẽ sumat. Quòd si ante oblationem hostia appareat confracta, accipiatur altera integra, si citra scandalum, aut longam moram fieri poterit. Si propter frigus, vel negligentiam hostia consecrata dilabatur in calicẽ, propterea nihil est reiterandum, sed sacerdos Missam prosequatur. Si in hyeme sanguis congeletur in calice, inuoluatur calix pannis calefactis: si id non proficeret, ponatur in feruenti aqua, dum modò in calice non intret, donec liquefiat.

¶ Si per negligentiam aliquid de sanguine Christi ceciderit, si quidem super tabulam, lingua lambatur, & pars illa tabulæ radatur, quantum satis est. Item si non fuerit tabula, locus radatur, & comburatur; cinis verò iuxta Altare recondatur. Si verò super lapidem Altaris ceciderit: sorbeat sacerdos stillam, & locus bene abluatur,& ablutio in sacrarium proiiciatur. Si super linteum Altaris, & ad aliud linteum stilla peruenerit: si vsque ad tertium: & linteamina ter abluantur, vbi stilla ceciderit, calice supposito, & aqua ablutionis in sacrariũ proiiciatur: & pars illa lintei siue pallæ post ablutionem abscindatur: & comburatur, & cinis in sacrario condatur. Quòd si in ipso solùm corporali, aut si in vestibus ipsis sacerdotalibus ceciderit: satis erit ablui, & ablutio in sacrarium proiiciatur. Si in substrato pedibus panno, vel tapeto; & ablui oportebit, & partem abscindi & comburi, & cineres similiter in sacrarium immitti. At si contingat totum sanguinem post cõsecrationem effundi: siquidem aliquid vel parum remansit,illud sumatur,& de effuso reliquo sanguine fiat, vt dictum est. Si verò nihil omninò remansit, ponat iterũ vinum & aquam, & consecret ab eo loco (similiter postquam cœnauit) facta tamen priùs calicis oblatione. Si sacerdos euomat Eucharistiam, si species integræ appareant,reuerenter sumantur, nisi nausea fiat: tunc enim species consecratæ cautè seperentur, & in aliquo loco sacro reponantur. Quòd si species non appareãt, comburatur vomitus, & cineres in sacrarium proiiciantur. Si hostia consecrata, vel aliqua eius particula dilabatur in terram: reuerenter accipiatur, & locus vbi cecidit, mundetur, & aliquantum abradatur, & puluis seu abrasio huiusmodi in sacrarium proiiciatur. Si ceciderit extra corporale in mappam seu alio quòuis modo in aliquod linteum: mappa vel linteũ

huiusmodi diligenter lauetur,& lotio ipsa in sacrarium effundatur. Possunt etiam defectus in ministerio ipso occurrere, si sacerdos ignoret ritus & cęremonias ipsas in eo seruandas: de quibus omnibus in superioribus rubricis copiosè dictum est.

PRAEPARATIO AD MISSAM,

PRO OPPORTVNITATE SACERDOTIS FACIENDA.

Ad Ecclesiæ ingressum ante Altare genuflexus orans, dicit.

INtroíbo in domum tuam;in holocáustis reddam tibi vota mea, quæ distinxérunt lábia mea.

Antiphona. Ne reminiscâris, Dómine.

Psalmus 83.

VÀm dilécta tabernácula tua, Dómine virtûtum : cõcupíscit & déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum, & caro mea, exultauérunt in Deum viuum.

Etenim passer ínuenit sibi domum : & turtur nidum,vbi repônat pullos suos.

Altária tua, Dómine virtûtum: rex meus, & Deus meus.

Beáti,qui hábitant in domo tua,Dómine: in sécula seculôrum laudábunt te.

Beâtus vir, cuius est auxílium abs te: ascensiónes in corde suo dispósuit in valle lachrymârum, in loco quem pósuit.

Etenim benedictiônem dabit legislâtor : ibunt de virtûte in virtûtem, vidébitur Deus deôrum in Sion.

Dómine Deus virtûtum, exáudi oratiônem meam : áuribus pércipe, Deus Iacob.

Protéctor noster áspice Deus: & ré spice in fáciem Christi tui.

Quia mélior est dies vna in átriis tuis super míllia.

Elégi abiéctus esse in domo Dei mei: magis quàm habitâre in tabernáculis peccatôrum.

Quia misericórdiam & veritâtem díligit Deus:grátiam & glóriam dabit Dóminus.

Non priuâbit bonis eos qui ámbulant in innocéntia : Dómine virtûtum, beâtus homo, qui sperat in te.

Glória Patri, & Fílio,& Spirítui S.

Psalmus 84.

BEnedixísti Dómine terram tuã: auertísti captiuitâtem Iacob.

Remisísti iniquitâtem plebis tuæ : operuísti ómnia peccâta eôrum.

Mitigásti omnem iram tuam: auertísti ab ira indignatiônis tuæ.

Conuêrte nos, Deus, salutâris noster: & auêrte iram tuam à nobis.

Nunquid in ætérnum irascêris nobis : aut exténdes iram tuam à generatiône in generatiônem?

Deus tu conuêrsus viuificábis nos : & plebs tua lætábitur in te.

Ostênde nobis,Dómine, misericórdiam tuam:& salutâre tuũ da nobis.

Audiam quid loquâtur in me Dóminus Deus:quóniam loquêtur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: & in eos,qui conuertúntur ad cor.
Verùmtamen propè timéntes eum salutàre ipsíus: vt inhábitet glória in terra nostra.
Misericórdia & véritas obuiauérũt sibi:iustítia & pax osculátæ sunt.
Véritas de terra orta est: & iustítia de cælo prospéxit.
Et enim Dóminus dabit benignitâtem: & terra nostra dabit fructum suum.
Iustítia ante eum ambulábit: & ponet in via gressus suos.
Glória Patri, & Fílio.

Psalmus 85.

Inclína, Dómine, aurem tuam, & exáudi me: quóniam inops & pauper sum ego.
Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum Deus meus sperântem in te.
Miserère mei,Dómine,quóniam ad te clamáui tota die: lætífica ánimã serui tui, quóniam ad te,Dómine,ánimam meam leuáui.
Quóniam tu, Dómine,suâuis & mitis: & multæ misericórdiæ ómnibus inuócantibus te.
Aúribus pércipe oratiônem meam: & intênde voci deprecatiônis meæ.
In die tribulatiônis meę clamâui ad te: quia exaudísti me.
Non est símilis tui in diis, Dómine: & non est secúndùm opera tua.
Omnes gentes quascúnque fecísti, vénient, & adorábunt coram te,Dómine: & glorificábunt nomen tuũ,
Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabília: tu es Deus solus.
Deduc me,Dómine,in via tua,& ingrédiar in veritâte tua: lætêtur cor meum, vt tímeat nomen tuum.
Confitêbor tibi,Dómine,Deus meus, in toto corde meo:& glorificábo nomen tuum in ætérnum.
Quia misericórdia tua magna est super me: & eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.
Deus,iníqui insurrexérũt super me: & synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam, & non proposuérũt te in conspéctu suo.
Et tu,Dómine Deus,miserâtor & misericors: pátiens & multæ misericórdiæ,& verax.
Réspice in me & miserêre mei: da impérium tuum púero tuo, & saluũ fac fílium ancíllæ tuæ.
Fac mecum signum in bonum,vt vídeant, qui odérunt me, & confundântur:quóniam tu Dómine adiuuísti me, & consolâtus es me.
Glória Patri,& Fílio.

Psalmus 115.

Crédidi, propter quod locûtus sum: ego autem humiliâtus sum nimis.
Ego dixi in excéssu meo: omnis homo mendax.
Quid retríbuam Dómino, pro ómnibus quæ retríbuit mihi?
Cálicem salutâris accípiam: & nomen Dómini inuocábo.
Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo eius: pretiôsa in conspéctu Dómini mors sanctôrũ eius.
O Dómine, quia ego seruus tuus: ego seruus tuus,& fílius ancillæ tuę.
Dirupísti víncula mea, tibi sacrificábo hóstiam laudis:& nomen Dómini inuocábo.
Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli eius: in átriis domus Dñi. in medio tui Ierúsalem.
Glória Patri, & Fílio, & Spirítui S.

Psalmus 129.

DE profúndis clamáui ad te, Dómine: Dómine, exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes: in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obseruáueris, Dómine: Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: & propter legem tuã sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo eius: sperâuit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína vsq; ad noctẽ: speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: & copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël: ex ómnibus iniquitátibus eius.

Glória Patri, & Fílio: & Spíritui S.

Antiphona.

Ne reminiscâris, Dómine, delícta nostra, vel parêntum nostrôrum: neq; vindîctam sumas de peccátis nostris.

Deinde sacerdos dicit.

Kyrie eléison. Christe eléison Kyrie eléison. Pater noster. Ver. Et ne nos indúcas in tentatiônem. Resp. Sed líbera nos à malo. Ver. Ego dixi Dómine miserêre mei. Resp. Sana ánimam meam, quia peccáui tibi. Ver. Conuértere, Dómine, aliquántulùm. Resp. Et deprêcare super seruos tuos. Ver. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos. Resp. Quemádmodum speráuimus in te. Ver. Sacerdótes tui induântur iustítiã. Resp. Et sancti tui exúltent. Ver. Ab occúltis meis munda me, Dómine. Resp. Et ab aliénis parce seruo tuo. Ver. Dómine, exáudi oratiónem meam. Resp. Et clamor meus ad te véniat. Ver. Dóminus vobíscum. Resp. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

AVres tuæ pietâtis mitíssime Deus inclína précibus nostris: & grátia sancti spíritus illúmina cor nostrum: vt tuis mystériis dignè ministrâre, téque ætérna charitâte dilígere mereâmur.

DEus, cui omne cor patet, & omnis volúntas lóquitur, & quẽ nullum latet secrétum: purífica per infusiônem sancti Spíritus cogitatiónes cordis nostri, vt te perfécte dilígere, & dignè laudáre mereámur.

VRe igne, sancti Spíritus, renes nostros, & cor nostrum, Dómine: vt tibi casto córpore seruiámus, & mundo corde placeâmus.

MEntes nostras, quæsumus Dómine, paraclêtus qui â te procêdit, illúminet: & indûcat in omnẽ, sicut tuus promîsit fílius, veritátem.

ADsit nobis, quæsumus Dómine, virtus Spíritus sancti, quæ & corda nostra clemênter expûrget, & ab ómnibus tueâtur aduérsis.

DEus, qui corda fidélium sancti spíritus illustratiône docuísti: da nobis in eôdem spíritu recta sápere, & de eius semper consolatiône gaudêre.

COnsciéntias nostras, quæsumus Dómine, visitándo purífica, vt véniens Dóminus noster Iesus Christus, filius tuus, parâtam sibi in nobis inuéniat mansiônem. Qui tecũ viuit & regnat, in vnitáte spíritus sancti Deus, per ómnia sécula seculôrũ. Amen.

ORATIONES DICENDAE, cùm ſacerdos induitur ſacris paramentis.

Cùm lauat manus.

DA Dómine, virtûtem mánibus meis ad abſtergéndam omnẽ máculam: vt ſine pollutiône mentis & córporis váleam tibi ſeruíre.

Ad Amictum.

IMpóne Dómine cápiti meo gáleam ſalûtis, ad expugnándos diabólicos incûrſus.

Ad Albam.

DEálba me Dómine, & munda cor meum: vt in ſánguine Agni dealbâtus, gáudiis pérfruar ſempitérnis.

Ad Cingulum.

PRæcínge me, Dómine, cíngulo puritátis; & extíngue in lumbis meis humôrem libídinis: vt máneat in me virtus cõtinéntiæ, & caſtitátis.

Ad Manipulum.

MErear, Dómine, portâre manípulum fletus & dolôris: vt cũ exultatiône recípiam mercédem labóris.

Ad Stolam.

REdde mihi, Dómine, ſtolam immortalitátis, quam pérdidi in præuaricatiône primi paréntis: & quamùis indígnus accédo ad tuum ſacrum myſtérium, mérear tamen gáudium ſempitérnum.

Ad Planetam ſeu Caſulam.

DOmine, qui dixíſti: Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue: fac, vt iſtud portáre ſic váleam, quòd cónſequar tuam grátiam. Am.

GRATIARVM ACTIO poſt Miſſam.

Antiphona. Trium puerôrum cantêmus hymnum.

Canticum trium puerorum.

BEnedícite ómnia ópera Dómini, Dómino: laudâte & ſuperexaltâte eum in ſécula.

Benedícite ángeli Dómini, Dómino: benedícite cæli Dómino.

Benedícite aquæ omnes, quæ ſuper cælos ſunt, Dómino: benedícite omnes virtútes Dómini, Dómino.

Benedícite Sol & Luna Dómino: benedícite ſtellæ cæli Dómino.

Benedícite imber & ros Dómino: benedícite omnes ſpíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis & æſtus Dómino: benedícite frigus & æſtas Dómino.

Benedícite rores & pruîna Dómino: benedícite gelu & frigus Dómino.

Benedícite glácies & niues Dómino: benedícite noctes & dies Dómino.

Benedícite lux & ténebræ Dómino: benedícite fúlgura & nubes Dño.

Benedícat terra Dóminum: laudet & ſuperexáltet eum in ſécula.

Benedícite montes & colles Dómino: benedícite vniuérſa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino: benedícite mária & flúmina Dómino.

Benedícite cete & ómnia quæ mouéntur in aquis Dómino: benedícite omnes vólucres cæli Dómino.

Benedícite omnes beſtiæ, & pécora Dómino: benedícite filii hóminum Dómino.

Benedîcat Iſráél Dóminum: laudet & ſuperexáltet eum in ſécula.

Benedícite ſacerdótes Dómini Dómino: benedícite ſerui Dómini Dómino.

Benedícite ſpíritus & ánimæ iuſtôrum Dómino: benedícite ſancti & húmiles corde Dómino.

Benedícite Anánia, Azária, Miſáél Dómino: laudâte & ſuperexaltâte eum in ſécula.

Benedicámus Patrem & Fílium cũ ſancto Spíritu: laudêmus & ſuperexaltêmus eum in ſécula.

Benedîctus es Dómine in firmamẽto cæli: & laudábilis & glorióſus & ſuperexaltâtus in ſécula.

Pſalmus 150.

Laudâte Dóminum in ſanctis eius: laudâte eum in firmamén to virtûtis eius.

Laudâte eum in virtútibus eius: laudâte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis eius.

Laudâte eum in ſono tubæ: laudâte eum in pſaltério & cíthara.

Laudâte eum in tympano & choro: laudâte eum in chordis & órgano.

Laudâte eum in cymbalis beneſonántibus, laudâte eum in cymbalis iubilatiônis: omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Glória patri, & filio. Antiphona. Trium puerórum cantêmus hymnum: quem cantâbant ſancti in camíno ignis benedicéntes Dóminum.

Deinde ſacerdos dicit.

Kyrieeléiſon. Chriſteeléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter. Ver. Et ne nos indûcas in tentatiónem. Ref. Sed líbera nos à malo. Ver. Confiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua. Ref. Et ſancti tui benedícant tibi. Ver. Exultábunt ſancti in glória. Ref. Lętabúntur in cubílibus ſuis. Ver. Non nobis Dómine non nobis. Ref. Sed nómini tuo da glóriam. Ver. Dómine exáudi oratiónem meam. Ref. Et clamor meus ad te véniat. Ver. Dóminus vobíſcum. Ref. Et cum ſpíritu tuo. Orêmus.

DEus, qui tribus púeris mitigâſti flammas ígnium: concéde propítius, vt nos fámulos tuos non exûrat flamma vitiôrum.

ACtiónes noſtras quæſumus, Dómine, aſpirándo præuéni, & adiuuándo proſéquere: vt cuncta noſtra orátio & operátio á te ſemper incípiat, & per te cœpta finiâtur.

DA nobis, quæſumus, Dómine, vitiórum noſtrórum flammas extínguere: qui beâto Laurêntio mártyri tuo, tribuîſti tormentórum ſuórum incéndia ſuperâre. Per Chriſtũ Dóminum noſtrũ. Reſ. Amen.

ALIAE ORATIONES PRO opportunitate ſacerdotis, ante celebrationem, & communionem dicendæ.

S. Ambroſii, Mediolanenſis Epiſcopi, precatio prima, præparans ad Miſſam.

SVmme ſacérdos & vere Póntifex Ieſu Chriſte, qui te obtulíſti Deo patri in ara crucis Hóſtiam puram & immaculâtam, pro nobis míſeris peccatóribus: & qui dedíſti nobis carnem tuam ad manducândum, & ſánguinem tuum ad bibêndum: & poſuíſti myſtérium illud in virtûte Spíritus ſancti, dicens: Hæc quotieſcúnque

Die Dominica.

que fecéritis, in mei memóriam faciêtis. Rogo te, per Sánguinem tuum pretiôsum, magnum salûtis nostræ prétium. Rogo per hanc miram & ineffábilem charitâtem tuam, qua nos míseros,& indígnos sic amâre dignâtus es; vt lauáres nos à peccátis nostris in Sánguine tuo: Doce me indîgnum seruum tuum: quem inter cætera dona tua ad offícium sacerdotâle vocâre dignâtus es, nullis meis méritis, sed sola dignatiône misericórdiæ tuæ.Doce me,quæso,per Spíritum sanctum tuum,tantum tractâre mystérium,ea reuerêntia,& honôre,eáque deuotiône & timôre, quibus opôrtet,& decet. Fac me,Dómine Iesu Christe, per grátiam tuã semper illud de tanto mystério crédere & intellígere, sentîre, & firmiter retinêre,dícere & cogitâre,quod tibi placet, & éxpedit ánimæ meæ. Intret Spíritus tuus bonus in cor meum,qui sonet ibi sine sono, & sine strépitu verbôrum loquâtur omnem veritâtem tantôrum mysteriôrum. Profûnda sunt quippe nimis, & sacro tecta velamine.Propter magnam cleméntiam tuam, concêde mihi hódie & semper Missârum solénnia puro corde & pura mente celebrâre. Líbera cor meum ab immúndis,&nefândis, vanis & obnóxiis cogitatiónibus. Muni me beatôrum Angelôrum pia & fida tutéla,atque fortíssima custódia,vt hostes ómnium bonôrum confúsi discédant per virtútem tanti mystérij,& per manum sancti ángeli tui. Repêlle á me, Dómine Iesu Christe, & à cunctis seruis tuis durissimum spíritum supérbiæ, cenodóxiæ, inuídiæ, iracúndiæ, fornicatiônis & immundítiæ,dubietâtis & blasphémiæ. Cõfundântur qui me persequûntur: péreãt illi qui pérdere cũcta festínãt.

¶ Rex virtutum,castitâtis,& integritâtis amâtor Deus,cæléstirore benedictiônis tuæ extîngue in córpore meo totum fómitem ardêntem libídinis: vt máneat in me tenor totîus castitâtis ánimæ & córporis. Mortífica in me carnis stímulos,omnésque libídinis commotiónes: & da mihi veram & perpétuam castitâtem cum cæteris donis tuis,quæ tibi placent in veritâte: vt sacrifícium laudis casto córpore & mundo corde quotídie váleam tibi offêrre. Quanta enim, Dómine Iesu Christe, cordis contritiône & lachrymârum fonte, quanta reuerêntia & tremôre, quanta córporis castitâte & ánimæ puritâte istud diuînum & cæléste sacrifícium est celebrândum, vbi caro tua in veritâte súmitur: vbi Sanguis tuus in veritâte bíbitur: vbi summis ima coniungûntur: vbi adest sanctôrum præséntia Angelôrum: vbi tu es Sacérdos, & sacrifícium mirabíliter & ineffabíliter constitûtus!

¶ Quis dignè hoc celebrâre mystérium potest; nisi tu, Deus omnípotens,offerêntẽ féceris dignum! Scio, & verè scio,& ipsum pietáti tuæ confiteor, quia non sum dignus accédere ad tantum mystérium, propter nímia peccàta mea,& infinitas negligẽtias meas. Sed scio veráciter, & credo ex toto corde meo, & ore confíteor, quia tu potes me fácere dignũ, qui solus potes facere mundum de immúndo concêptum sémine: & de peccatóribus, iustos facis & sanctos.

¶ Per hanc omnipoténtiam tuam te

Feria 2.

Feria 3.

Feria 4.

Iob. 6.

Sap. 11. Feria 5.

rogo, vt cocédas mihi peccatóri hoc cælêste sacrifícium celebrâre cum timôre & tremôre, cum cordis puritâte, & lachrymârum fonte, cum lætítia spiritáli, & cæléstí gáudio. Séntiat mens mea dulcédinem beatíssimæ præséntiæ tuæ, & excúbias sanctôrum Angelôrum tuôrum in circúitu meo. Ego enim, Dómine, memor venerándæ passiônis tuæ accédo ad altâre tuum, licèt peccâtor: vt ófferam tibi sacrifícium, quod tu instituísti, & offérri præcepísti in commemoratiônem pro salûte nostra.

Fe-ria 4. ¶ Súscipe ergo istud, quæso, summe Deus, dulcíssime Iesu Christe, pro Ecclesia tua sancta, & pro cuncto pópulo tuo, quem acquisísti sánguine tuo pretióso. Et quóniam me peccatôrem inter te & eúndem pópulum, médium esse voluísti, licèt in me boni óperis testimóniũ non agnóscas, officium dispensatiônis créditæ non recúses: nec per me indîgnum fámulum tuum eôrum salûtis péreat prétium, pro quibus víctima factus salutáris dignâtus es esse redémptio. Prófero ergo, Dómine, (si dignâris propítius intuéri) tribulatiónes plébium, perícula populôrum, captiuôrum gémitum, miséria orphanôrum, necessitátes peregrinôrum, inópiam debílium, desperatiónes languéntium, defféctus senum, suspíria iúuenum, vota vírginum, lamênta viduârum.

Sap. 11. Fe-ria 5. ¶ Tu enim miseréris ómnium Dómine, & nihil odísti ômnium quæ fecísti. Memorâre quæ sit nostra substántia, quia tu Pater noster es, ne irascâris satis, neque multitúdinem víscerum tuôrum super nos contíneas. Non enim in iustificatiónibus nostris prostérnimus preces nostras ante fáciem tuam, sed in miseratiónibus tuis multis. Aufer à nobis, Dómine, iniquitátes nostras, & ignem sancti Spíritus in nobis clemênter accênde. Aufer cor lapídeum de carne nostra, & da nobis cor cárneum quod te tímeat, díligat, & honorificet: te delectêtur, te sequâtur, & te perfruâtur. Orâmus Dómine cleméntiam tuam, vt seréno vultu famíliam tuam sacri tui nóminis officia præstolântem aspícere dignêris. Et vt nullius sit írritum votum, nullius vácua postulátio, tu nobis preces súggere, quas ipse audíre propítius & exaudîre delectêris.

Fe-ria 6. ¶ Rogâmus etiam te, sancte Pater, pro spirítibus fidélium defunctôrũ, vt sit illis salus ætêrna, ac perpétua sánitas, gáudium & refrigérium sempitêrnum, hoc magnum pietâtis sacramêntum. Dómine, Deus meus, sit illis hódie magnum & plenum gáudium de te pane viuo & vero, qui de cælo descendísti, & das vitam mundo: de carne sancta & benedícta, agni vidélicet immaculati, qui tollis peccâtum mundi. Et potári de fonte pietatis tuæ, qui per lánceam mílitis de látere emanâuit crucifixi Dómini nostri: vt consoláti exúltent in laude & glória tua sancta. Peto, Dómine, cleméntiam tuam, vt descêndat super hunc panem & cálicem istũ plenitûdo tuæ diuinitâtis. Descéndat étiam Dómine illa Spíritus sancti tui inuisíbilis forma & incomprehensíbilis maiéstas, sicut quondam in patrum hóstias descendébat: qui & oblatiónes nostras, corpus & sánguinem tuum efficiat, & me indîgnum

ſacerdôtem tuum dóceat tantum tractâre myſtérium: ita vt plácidè & benígnè ſuſcípias ſacrifícium de mánibus meis ad ſalûtem ómnium, tam viuôrum, quàm defunctôrum. Rogo te, Dómine, per ipſum ſacroſánctum myſtérium córporis & ſánguinis tui, quo quotídie in Eccléſia tua páſcimur & potâmur, ablúimur & ſanctificâmur, atq; vníus tuæ ſummæ diuinitâtis partícipes effícimur: quátenus des mihi virtútes tuas ſanctas, quibus replétus, bona conſciéntia ad áltare tuum accédam, ita vt hæc cæléſtia ſacramênta efficiântur mihi ſalus & vita. Tu enim dixíſti ore tuo ſancto & benedícto: Panis quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita: &, Qui mandûcat me, viuet propter me: ipſe manet in me, & ego in eo. Ego ſum Panis viuus, qui de cælo deſcéndi. Si quis manducáuerit ex hoc pane, viuet in ætêrnum.

¶ Panis dulcíſſime, ſana palâtum cordis mei: vt ſéntiam ſuauitâtem amóris tui. Sana ab omni languôre, vt nullam prẹter te ſéntiat dulcédinem: nullum præter te quærat amôrem: nullam præter te amet pulchritúdinem. Panis candidíſſime, habens in te omne delectamêntum, & omnis ſapôris ſuauitátem: qui nos ſemper de te réficis? cómedat te cor meum: & dulcédine ſapôris tui repleantur víſcera ánimæ meæ. Mandûcat te ángelus pleno ore in pátria: mandûcet te peregrînus homo pro módulo ſuo, ne deficere poſſit in via, tali recreatus viático.

Sabbatho. ¶ Panis ſancte, Panis viue, Panis pulcher, Panis munde, qui deſcendîſti de cælo, & das vitam mundo: veni in cor meum, & munda me ab omni inquinaménto carnis & ſpíritus. Intra in ánimam meam: ſana & ſanctífica me intériùs, & extériùs. Eſto tutâmẽ & perpétua ſalus córporis & ánimæ meæ. Repélle à me inſidiántes mihi: hoſtes recédant procul à præſéntia tua: vt foris & intus per te munîtus recto trámite ad regnum tuum peruéniam, vbi nõ myſtériis, ſicut in hoc témpore ágitur, ſed fácie ad fáciem te vidébimus, cúm tradíderis regnũ Deo patri, & eris Deus ómnia in ómnibus. Tunc me de te ſatiâbis ſatietâte mirífica, vt neque eſúriam, neç ſitiam in ætêrnum. Qui cum eódem Deo patre & Spíritu ſancto viuis & regnas in ſécula ſeculôrum. Amen.

Alia Oratio Sancti Ambroſii.

AD menſam dulcíſſimi conuíuij tui, pie Dómine Ieſu Chriſte, ego peccâtor de própriis méritis nihil præſumens, ſed de tua confídens miſericórdia, & bonitâte, accédere véreor & contremíſco. Nam cor & corpus hábeo multis crimínibus maculâtũ: mentem & linguam non cautè cuſtodîtam. Ergo ô pia déitas, ô tremênda maiéſtas, ego miſer inter angúſtias deprehênſus, ad te fontem miſericórdiæ recúrro: ad te feſtíno ſanándus: ſub tuam protectiônem fúgio: & quem iúdicem ſuſtinêre néqueo, ſaluatôrem habêre ſuſpíro. Tibi Dómine plagas meas oſténdo: tibi verecúndiam meam détego. Scio peccâta mea multa & magna, pro quibus tímeo. Spero miſericórdias tuas, quarum non eſt númerus. Réſpice ergo in me óculis miſericórdiæ tuæ, Dómine

mine Ieſu Chriſte, rex ætêrne, Deus & homo, crucifixus propter hóminem. Exáudi me ſperántem in te, miſerêre mei pleni miſériis & peccâtis, tu qui fontem miſeratiônis nũquam manâre ceſsâbis. Salue ſalutâris víctima, pro me & omni humáno génere in patíbulo crucis oblâta. Salue nóbilis & pretiôſe ſanguis, de vulnéribus crucifixi Dómini mei Ieſu Chriſti prófluens, & peccâta totíus mundi ábluens. Recordâre, Dómine, creatúræ tuæ, quam pro ſánguine redemíſti: pœnitet me peccâſſe: cupio emendâre, quod feci. Aufer ergo à me clementíſsime Pater, omnes iniquitátes & peccâta mea: vt purificâtus mente & córpore, dignè deguſtáre mérear ſancta ſanctôrum: & concêde, vt ſancta prælibátio córporis & ſánguinis tui, quam ego indîgnus súmere inténdo, ſit peccãtôrum meôrum remíſsio, ſit delictórum perfêcta purgátio, ſit túrpium cogitatiônum effugátio, bonorúmq; ſenſuum regenerátio, operumq; tibi placéntium ſalûbris efficácia: ánimæ quoque & córporis contra inimicôrum meórũ inſidias, firmíſſima tuítio. Amen.

ORATIO SANCTI Thomæ Aquinatis.

OMnípotens, ſempitêrne Deus, ecce accédo ad ſacraméntum vnigéniti fílij tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti. Accédo tanquam infîrmus ad médicum vitæ: immûndus ad fontem miſericórdiæ: cæcus ad lumen claritatis ætérnæ: pauper & egênus ad Dóminum cæli & terræ. Rogo ergo imménſæ largitâtis tuæ abundántiam, quátenus meam curâre dignêris infirmitâtem, lauâre fœditãte, illumináre cæcitâtem, ditâre paupertâtem, veſtîre nuditâtẽ: vt panem angelórum, regem regum, dóminum dominántium tanta ſuſcípiam reuerẽtia & humilitâte, tanta contritiône & deuotiône, tanta puritâte & fide, táli propóſito & intentiône, ſicut éxpedit ſalúti ánimę meę. Da mihi quæſo Dominici córporis & ſánguinis, non ſolùm ſuſcípere ſacraméntum, ſed etiam rem & virtûtem ſacraménti. O mitíſſime Deus, da mihi corpus vnigéniti filij tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti, quod traxit de vírgine María, ſic ſuſcípere; vt córpori ſuo myſtico mérear incorporári, & inter eius membra connumerári. O amantíſsime Pater, concêde mihi dilêctum fílium tuum, quem nunc velâtum in via ſuſcípere propóno, reueláta tandem fácie perpétuò contemplári.
Qui tecum viuit, & regnat, in vnitâte Spíritus ſancti Deus, per ómnia ſecula ſeculôrum. Amen.

ALIAE ORATIONES poſt celebrationem, & Communionem dicendæ.

Oratio Sancti Thomæ.

GRátias tibi ago, Dómine ſancte, pater omnípotens, ætêrne Deus, qui me peccatôrem, indîgnum fámulum tuum, nullis meis méritis, ſed ſola dignatiône miſericórdiæ tuę ſatiâre dignâtus es pretióſo córpore, & ſánguine filij tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti. Et precor, vt hæc ſancta Commúnio non ſit mihi reâtus ad

pœnam, ſed intercéſſio ſalutâris ad véniam. Sit mihi armatûra fidei, & ſcutum bonæ voluntâtis. Sit vitiôrum meôrum euacuátio, concupiſcéntiæ & libídinis exterminátio, charitâtis & patiéntiæ, humilitátis & obediéntiæ augmentátio: contra inſídias inimicôrum ómnium, tàm viſibílium, quàm inuiſibílium, firma defénſio: mótuum meôrum, tàm carnálium, quàm ſpirituálium, perfêcta quietátio: in te vno ac vero Deo firma adhæſio: atque finis mei felix coſummátio. Et precor te, vt ad illud ineffábile conuíuium me peccatôrem perdúcere dignêris; vbi tu cum filio tuo & Spíritu ſancto, ſanctis tuis es lux vera, ſatíetas plena, gáudium ſempitêrnum, iucúnditas conſummâta, & felícitas perfécta, per Chriſtũ Dóminum noſtrum; Amen.

ALIA ORATIO SANCTI Bonauenturæ.

TRansfige dulcíſſime Dómine Ieſu medúllas & víſcera ánimæ meæ, ſuauíſſimo ac ſalubérrimo amôris tui vúlnere, vera, ſerenáque, & apoſtólica ſanctíſſima charitâte, vt lángueat & liquefiat ánima mea ſolo ſemper amôre, & deſidério tui, te concupîſcat, & defíciat in átria tua, cúpiat diſſólui, & eſſe tecum. Da, vt ánima mea te eſúriat, panem angelôrum, refectiônem animârum ſanctârum, panem noſtrum quotidiânum, ſuperſubſtantiâlem, habêntem omnem dulcédinem, & ſapôrem, & omne delectamêntum ſuauitâtis: te, in quem deſíderant ángeli proſpícere, ſemper eſúriat & cómedat cor meum, & dulcédine ſapôris tui repleântur víſcera ánimæ meæ: te ſemper ſítiat fontem vitæ, fontem ſapiéntiæ, ſciéntiæ, fontem ætérni lúminis, torrêntem voluptâtis, vbertátem domus Dei, te ſemper ámbiat, te quærat, te inuêniat, ad te tendat, ad te peruéniat, te meditêtur, te loquâtur: & ómnia operêtur in laudem & glóriam nóminis tui, cum humilitâte & diſcretiône, cum dilectiône & delectatiône, cum facilitáte & affféctu, cum perſeuerántia vſque in finem: & tu ſis ſolus ſemper ſpes mea, tota fidúcia mea, diuítiæ meæ, delectátio mea, iucúnditas mea, gáudium meum, quies & tranquillitas mea, pax mea, ſuáuitas mea, odor meus, dulcêdo mea, cibus meus, refféctio mea, refúgium meum, auxílium meum, ſapiéntia mea, pórtio mea, & poſſéſſio mea, theſáurus meus, in quo fixa & firma & immobilíter ſemper ſit radicáta mens mea, & cor meum. Amen.

RITHMVS SANCTI Thomæ, ad ſacram Euchariſtiam.

ADóro te deuóte, latens Déitas,
Quæ ſub his figúris verè látitas.
Tibi ſe cor meum totum ſubiícit,
Quia te contêmplans totum déficit.
Viſus, guſtus, tactus in te fállitur.
Sed audítu ſolo tutè créditur.
Credo quicquid dixit Dei Fílius,
Nihil veritátis hoc verbo vérius.
In cruce latêbat ſola Déitas,
Sed hîc latet ſimul & humánitas.
Ambo tamẽ credens atq; cónfitens,
Peto quod petîuit latro pœnitens.

Plagas, sicut Thomas, non intúeor,
Deum tamen meum te confíteor.
Fac me tibi semper magis crédere,
In te spem habêre, te diligere.
O memoriâle mortis Dómini,
Panis verus, vitam præstans hómini.
Præsta meæ menti de te víuere,
Et te illi semper dulce sápere.

Pie Pellicâne Iesu Dómine,
Me immûndum mũda tuo sánguine:
Cuius vna stilla saluum fácere
Totum mũdum posset omni scélere.
IESV, quem velâtum nunc aspício,
Quando fiet illud, quod tam sítio:
Vt te reuelata cernens facie,
Visu sim beatus tuæ gloriæ. Amen.

ELVCIDATIO CALENDARII

IN Calendario locatur primò Cyclus Epactarum: deinde literæ Dominicales: tertiò numerus Calendarum, Nonarum, & Iduum: quartò dies cuiusque mensis cum festis Sanctorum suo loco.

Epactæ.

x. xxj. ij. xiij. xxiiij. v. xvj. xxvij. viij. xix.
j. xij. xxiij. iiij. xv. xxvj. vij. xviij. xxix.

IN superiori numerorum serie sic deprehenditur Epacta. Primus numerus qui est x. tribuatur anno 1586. sequens qui est xxj. tribuatur anno 1587. & sic deinceps, donec ad currentem annũ perueniatur. Finitis decem & nouem annis, redeundum est ad princípium. Sic autem in singulis mensibus Epacta est accommodata, vt vbi cadit in Calendario, ibi sit Nouilunium, citra exactiorem vlterioris temporis, quàm vsque ad annum Domini 1700. (ad quem excluſiuè hic Epactarum numerus durabit) rationem.

Literæ Dominicales.

E. D. C A. G. F. E C. B. A. G E. D. C. B G. F. E.
B D F A

D B. A. G. F D. C. B. A F.
C E G

IN superiori tabula litera Dominicalis singulis annis sic inuenitur. Prima litera quæ est E, tribuatur anno 1586. Sequens quæ est D, tribuatur anno 1587. Similiter & in annis sequentibus fiat, donec ad propositum annum perueniatur. In quo si

concurrit vnica litera, annus erit communis: Si verò duplex, Biſſextilis. Et tunc ſuperior litera Dominicalem diem oſtendit in Calendario, à principio anni, vſque ad feſtum S. Mathiæ Apoſtoli: inferior autem ab eodem feſto vſque ad finem anni. Finitis 28. annis, redeundum eſt ad principium. Durabitque huius tabulæ vſus vſque ad annum Domini 1700. excluſiuè.

DE ORTV ET OCCASV SOLIS.

POſt finem cuiusque menſis indicantur ortus & occaſus ſolis, per horas duntaxat integras,& quartas horæ partes. In quibus deſignandis,propoſito dierum ipſius menſis numero:ſequenti priori numero horæ,altero verò quartæ ſignificantur: ita quidem, vt eiusmodi horarum momenta, in ortu Solis à media nocte,in occaſu verò à meridie numerentur;ſecundum Diœceſanum horologium, quod vulgò & Paruum & Dimidiatum appellant. Idque ad latitudinem Liiij. graduum.

FINIS.

IANVARIVS

Habet dies xxxj. Luna xxix.

Epactæ			Dies	
✶	A	Calendis	1	Circumcisio Domini. Totum duplex
xxix	b	iiij Non.	2	Octaua S. Stephani iij lect.
xxviij	c	iij Non.	3	Octaua S. Ioan. Euang: iij lect.
xxvij	d	Pridie Non.	4	Octaua SS. Innocentum iij lect.
xxvj	e	Nonis.	5	Vigilia.
25 xxv	f	viij Idus.	6	Epiphania Domini. Totum duplex.
xxiiij	g	vij Idus.	7	
xxiij	A	vj Idus.	8	
xxij	b	v Idus.	9	
xxj	c	iiij Idus.	10	Pauli primi Eremitæ. commemo.
xx	d	iij Idus.	11	
xix	e	Pridie Id.	12	
xviij	f	Idibus	13	Octaua Epiph. ix. le. Hilarii & Remigii cõme.
xvij	g	xix Cal. Feb.	14	Felicis Confessoris. iij lect.
xvj	A	xviij calend.	15	Mauri Abbatis. iij lect.
xv	b	xvij calend.	16	Marcelli Papæ & martyris. iij lect.
xiiij	c	xvj calend.	17	Antonij Abbatis. iij lect.
xiij	d	xv calend.	18	Priscæ virginis & martyris. iij. lect.
xij	e	xiiij calend.	19	
xj	f	xiij calend.	20	Fabiani & Sebastiani mar. ix lect.
x	g	xij calend.	21	Agnetis virginis & mart. ix lect.
ix	A	xj calend.	22	Vincentii martyris. ix lect.
viij	b	x calend.	23	Emerentianæ virg: & mart. iij lect.
vij	c	ix calend.	24	Timothei Episcopi & mart. iij lect.
vj	d	viij calend.	25	Conuersio sancti Pauli Apost. Duplex.
v	e	vij calend.	26	Polycarpi Episcopi & mart. commemo.
iiij	f	vj calend.	27	Ioannis Chrysostomi Episc. iij lect.
iij	g	v calend.	28	Apparitio S. Agnet. iij lect. Iuliani Epis. cõm.
ij	A	iiij calend.	29	
j	b	iij calend.	30	Mathiæ Episcopi. commemo.
✶	c	Pridie Cal.	31	

Ianuarij die	10	Sol oritur hora	8.	1.	Sol occidit hora	3.	3.
	21		8.	0.		4.	0.
	30		7.	3.		4.	1.

FEBRVARIVS

habet dies xxviij Luna xxx.

xxix	d	Calendis Fe.	1	Ignatij Epiſcopi & mart.	iij lect.
xxviij	e	iiij Nonas.	2	Purificatio B. Mariæ virg:	Totum duplex.
xxvij	f	iij Nonas.	3	Blaſij Epiſcopi & mart.	iij lect.
25 xxvj	g	Prid. No.	4		
xxv xxviij	A	Nonis.	5	Agathæ virg: & mart.	ix. lect.
xxiij	b	viij Idus.	6	Dorotheæ virg. & mart.	ix. lectio. Vedaſti &
xxij	c	vij Idus.	7		(Amandi commemo.
xxj	d	vj Idus.	8		
xx	e	v Idus.	9	Apolloniæ virg: & mart.	commemo.
xix	f	iiij Idus.	10	Scholaſticæ virginis	commemo.
xviij	g	iij Idus.	11		
xvij	A	Pridie Idib.	12		
xvj	b	Idibus.	13		
xv	c	xvj Cal. Mar.	14	Valentini martyris	iij lect.
xiiij	d	xv Calend.	15		
xiij	e	xiiij calend.	16	Iulianæ virg: & martyris	iij lect.
xij	f	xiij calend.	17		
xj	g	xij calend.	18	Simeonis Epiſcopi & martyris	iij lect.
x	A	xj calend.	19		
ix	b	x calend.	20		
viij	c	ix calend.	21		
vij	d	viij calend.	22	Cathedra Petri.	Semiduplex.
vj	e	vij calend.	23		
v	f	vj calend.	24	Mathiæ Apoſtoli.	Duplex.
iiij	g	v calend.	25		
iij	A	iiij calend.	26		
ij	b	iij calend.	27		
j	c	Pridie Cal.	28		

Anno biſſextili additur vnus dies, & fit dierum 29. ſed feſtum S. Mathiæ celebratur die 25. & tunc dicitur bis, ſexto calendas, hoc eſt 24 & 25 die, & ſic litera Dominicalis mutatur in ſuperiorem, vt ſi ſit C. in B. ſi ſit B. in A. ſimiliter & in aliis.

Februarij die.	6.	Sol oritur	7.	2.	Sol occidit hora	4.	2.
	13.		7.	1.		4.	3.
	20.		7.	0.		5.	0.
	27.		6.	3.		5.	1.

MARTIVS

habet dies xxxj. Luna xxix.

*	d	Calēd.Mar.	1	Albini Epiſcopi & Confeſs. commemo.
xxix	e	vj Nonas	2	
xxviij	f	v Nonas	3	
xxvij	g	iiij Non.	4	
xxvj	A	iij Non.	5	
25 xxv	b	Pridie Non.	6	
xxiiij	c	Nonis.	7	Thomæ Aquinatis Confeſs. commemo.
xxiij	d	viij Idus.	8	Perpetuæ & Felicitatis mart. commemo.
xxij	e	vij Idus.	9	
xxj	f	vj Idus.	10	
xx	g	v Idus.	11	
xix	A	iiij Idus.	12	Gregorii Papæ. Duplex.
xviij	b	iij Idus.	13	
xvij	c	Pridie Id.	14	
xvj	d	Idibus	15	
xv	e	xvij cal.Apr.	16	
xiiij	f	xvj calend.	17	Gertrudis virginis commemo.
xiij	g	xv calend.	18	Alexandri Epiſcopi & martyris commemo.
xij	A	xiiij calend.	19	Ioſeph nutritii Domini Confeſs. commemo.
xj	b	xiij calend.	20	
x	c	xij calend.	21	Benedicti Abbatis ix. lect.
ix	d	xj calend.	22	
viij	e	x calend.	23	
vij	f	ix calend.	24	
vj	g	viij calend.	25	Annunciatio B. Mariæ. Totum duplex.
v	A	vij calend.	26	
iiij	b	vj calend.	27	
iij	c	v calend.	28	
ij	d	iiij calend.	29	
j	e	iij calend.	30	
*	f	Pridie Cal.	31	

Martij die.	6	Sol oritur hora	6.	2.	Sol occidit hora	5.	2.
	13		6.	1.		5.	3.
	20		6.	0.		6.	0.
	27		5.	3.		6.	1.

APRILIS

habet dies xxx. Luna xxx.

xxix	g	Calendis		1	
xxviij	A	iiij	Nonas	2	
xxvij	b	iij	Nonas	3	
25 xxvj	c	Pridie	No.	4	Ambrosij Episcopi. Duplex.
xxv xxiiij	d	Nonis		5	
xxiij	e	viij	Idus	6	
xxij	f	vij	Idus	7	
xxj	g	vj	Idus	8	
xx	A	v	Idus	9	
xix	b	iiij	Idus	10	
xviij	c	iij	Idus	11	
xvij	d	Pridie	Id.	12	
xvj	e	Idibus		13	
xv	f	xviij cal.	Ma.	14	Tiburtij & Valeriani mart. iij lect.
xiiij	g	xvij	calend.	15	
xiij	A	xvj	calend.	16	
xij	b	xv	calend.	17	
xj	c	xiiij	calend.	18	
x	d	xiij	calend.	19	
ix	e	xij	calend.	20	
viij	f	xj	calend.	21	
vij	g	x	calend.	22	
vj	A	ix	calend.	23	Adalberti Episcopi & martyris. Duplex.
v	b	viij	calend.	24	Georgij martyris. Duplex.
iiij	c	vij	calend.	25	Marci Euangelistæ. Duplex.
iij	d	vj	calend.	26	Cleti Papæ & martyris. commemo.
ij	e	v	calend.	27	
j	f	iiij	calend.	28	Vitalis martyris: iij lect.
*	g	iij	calend.	29	
xxix	A	Pridie	Cal.	30	

Aprilis die	3	Sol oritur hora	5.	2.	Sol occidit hora	6.	2.
	10		5.	1.		6.	3.
	17		5.	0.		7.	0.
	25		4.	3.		7.	1.

MAIVS

habet dies xxxj Luna xxix.

xxviij	b	Calendis	1	Philippi & Iacobi Apoſt. Duplex.
xxvij	c	vj Nonas.	2	Athanaſii Epiſcopi commemo.
xxvj	d	v Nonas.	3	Inuentio S. Crucis Duplex. ac Alexand. & ſoc.
25 xxv	e	iiij Nonas.	4	Cyriaci Epiſcopi & mart. comm. (mar. cõm.
xxiiij	f	iij Nonas.	5	
xxiij	g	Prid. No.	6	Ioannis ante portam Latinam. Semiduplex.
xxij	A	Nonis.	7	
xxj	b	viij Idus.	8	Staniſlai Epiſcopi & martyris. Semiduplex.
xx	c	vij Idus.	9	
xix	d	vj Idus.	10	Epimachi & Gordiani mart. iij lect.
xviij	e	v Idus.	11	
xvij	f	iiij Idus.	12	Nerei, Archillei, & Pancrat. mart. iij lect.
xvj	g	iij Idus.	13	
xv	A	Pridie Idib.	14	
xiiij	b	Idibus.	15	
xiij	c	xvij cal. Iun.	16	
xij	d	xvj calend.	17	
xj	e	xv Calend.	18	
x	f	xiiij calend.	19	Potentianæ virginis. commemo.
ix	g	xiij calend.	20	
viij	A	xij calend.	21	
vij	b	xj calend.	22	
vj	c	x calend.	23	
v	d	ix calend.	24	
iiij	e	viij calend.	25	Vrbani Papæ & mart. iij lect
iij	f	vij calend.	26	
ij	g	vj calend.	27	
j	A	v calend.	28	
✶	b	iiij calend.	29	
xxix	c	iij calend.	30	
xxviij	d	Pridie Cal.	31	Petronellæ virginis commemo.

Maij die	3	Sol oritur hora	4. 2.	Sol occidit hora	7. 2.
	11		4. 1.		7. 3.
	20		4. 0.		8. 0.
	31		3. 3.		8. 1.

IVNIVS

habet dies XXX Luna XXIX.

xxvij	e	Calendis		1	
25 xxvj	f	iiij	Non.	2	Marcellini & Petri mart. iij lect.
xxv xxiiij	g	iij	Non.	3	
xxiij	A	Pridie	Non.	4	
xxij	b	Nonis.		5	
xxj	c	viij	Idus.	6	
xx	d	vij	Idus.	7	
xix	e	vj	Idus.	8	Medardi Episcopi commemo.
xviij	f	v	Idus.	9	Primi & Feliciani mart. iij lect.
xvij	g	iiij	Idus.	10	
xvj	A	iij	Idus.	11	Barnabæ Apostoli. Duplex.
xv	b	Pridie	Id.	12	Basilidis & sociôrum mart. iij lect.
xiiij	c	Idibus.		13	
xiij	d	xviij	cal. Iul.	14	Basilii Episcopi commemo.
xij	e	xvij	calend.	15	Viti & Modesti mart. iij lect.
xj	f	xvj	calend.	16	Cirici & Iulitæ mart. commemo.
x	g	xv	calend.	17	
ix	A	xiiij	calend.	18	Marci & Marcelliani mart: iij lect.
viij	b	xiij	calend.	19	Geruasii & Prothasii mart. iii lect.
vij	c	xij	calend.	20	
vj	d	xj	calend.	21	
v	e	x	calend.	22	Decem millium mart. iij lect. Paulini Episcopi
iiij	f	ix	calend.	23	Vigilia. (commemo.
iij	g	viij	calend.	24	Natiuitas S. Ioan. Baptistæ. Duplex.
ij	A	vij	calend.	25	
j	b	vj	calend.	26	Ioannis & Pauli mart. ix lect.
*	c	v	calend.	27	
xxix	d	iiij	calend.	28	Leonis Papæ commem. Vigilia.
xxviij	e	iij	calend.	29	Petri & Pauli Apost. Duplex.
xxvij	f	Pridie	Cal.	30	Commemoratio S. Pauli Apost. Semiduplex.

Iunij die { 20 Sol oritur hora { 3. 2. Sol occidit hora { 8. 2.

IVLIVS

habet dies xxxj. Luna xxix.

xxvj	g	Calendis	1	Octaua S. Ioan. Baptiſtæ ix lect.
25 xxv	A	vj Nonas.	2	Viſitatio B. Mariæ virg. Totumduplex.
xxiiij	b	v Nonas.	3	Proceſsi & Martiniani mart. commemo.
xxiij	c	iiij Nonas.	4	
xxij	d	iij Nonas.	5	
xxj	e	Pridie Non.	6	Octaua Apoſt. Petri & Pauli. ix lect.
xx	f	Nonis.	7	
xix	g	viij Idus.	8	
xviij	A	vij Idus.	9	Octaua Viſitationis Mariæ. ix lect.
xvij	b	vj Idus.	10	Septem fratrum martyrum. iij lect.
xvj	c	v Idus.	11	
xv	d	iiij Idus.	12	
xiiij	e	iij Idus.	13	Margarithæ virginis & mart: ix lect.
xiij	f	Pridie Id.	14	
xij	g	Idibus.	15	Diuiſio Apoſtolorum. Duplex.
xj	A	xvij Cal.	16	
x	b	xvj calend.	17	Alexii Confeſſoris. iij lect.
ix	c	xv calend.	18	
viij	d	xiiij calend.	19	
vij	e	xiij calend.	20	
vj	f	xij calend.	21	Praxedis virginis. iij lect.
v	g	xj calend.	22	Mariæ Magdalenæ Duplex.
iiij	A	x calend.	23	Apollinaris Epiſcopi & mart. iij lect.
iij	b	ix calend.	24	Chriſtinæ vitginis & mart. iij lect.
ij	c	viij calend.	25	Iacobi Apoſtoli Duplex. Chriſtopho. ac Cu-
j	d	vij calend.	26	Annæ matris Mariæ. Duplex. (cuſa. comme.
*	e	vj calend.	27	Septem dormientium mart.
xxix	f	v calend.	28	Pantaleon Nazarii & Celſi mart. iii lect.
xxviij	g	iiij calend.	29	Marthæ hoſpitæ Dñi iii le. Felicis, Simplicii ac
xxvij	A	iij calend.	30	Abdon & Sennen mar. iii le. (ſoci: mar. cõm.
25 xxvj	b	Pridie Cal.	31	Germani Epiſcopi. iii lect.

Iulii	13.	Sol oritur	3.	3.	Sol occidit	8.	1.
die	24.	hora	4.	0.	hora	8.	0.

AVGVSTVS

habet dies xxxj. Luna xxx.

Dominica proxima ante Laurentii agitur de Trasnfiguratione Domini Totum duplex.

xxv xxiiij	c	Calendis	1	Petri ad vincula ix le. Machabęorũ mar. cõm.
xxiij	d	iiij Nonas	2	Stephani Papæ & mart. iij lect.
xxij	e	iij Nonas	3	Inuentio S. Stephani. iij lect.
xxj	f	Prid. No.	4	
xx	g	Nonis.	5	Dominici Confeſſoris ix lect.
xix	A	viij Idus	6	Sixti & ſociorum mart. commemo.
xviij	b	vij Idus	7	Donati Epiſcopi & mart. iij lect.
xvij	c	vj Idus	8	Cyriaci & ſociorum mart. iij lect.
xvj	d	v Idus	9	Romani mart. commemo. Vigilia.
xv	e	iiij Idus	10	Laurentii martyris. Semiduplex.
xiiij	f	iij Idus	11	Tiburtii martyris. commemo:
xiij	g	Pridie Idib.	12	Claræ virginis. commemo.
xij	A	Idibus.	13	Hyppoliti & ſociorum mart. ix lect.
xj	b	xix Cal Se.	14	Euſebii Confeſſoris. commemo. Vigilia.
x	c	xviij calend.	15	Aſſumptio B. Mariæ virg. Totum duplex.
ix	d	xvij calend.	16	
viij	e	xvj calend.	17	Octaua S. Laurenti. ix lect.
vij	f	xv calend.	18	Agapiti martyris: commemo.
vj	g	xiiij calend.	19	
v	A	xiij calend.	20	
iiij	b	xij calend.	21	(ni comm.
iij	c	xj calend.	22	Octa: Aſſumpt. ix le. Timothei & Simphoria-
ij	d	x calend.	23	Bernardi Abba: ix le. Zachæi Epiſcopi. cõm.
j	e	ix calend.	24	Bartholomæi Apoſtoli. Duplex.
*	f	viij calend.	25	
xxix	g	vij calend.	26	
xxviij	A	vj calend.	27	Ruffi martyris. commemo.
xxvij	b	v calend.	28	Auguſtini Epiſcopi. Duplex.
xxvj	c	iiij calend.	29	Decollatio S. Ioan. Baptiſtæ ix lect. Sabinæ
25 xxv	d	iij calend.	30	Felicis & Audacti mart. iij lect. (mar. cõm.
xxiiij	e	Pridie Cal.	31	

Auguſti die	2	Sol oritur hora	4. 1.	Sol occidit hora	7. 3.
	11		4. 2.		7. 2.
	18		4. 3.		7. 1.
	26		5. 0.		7. 0.

SEPTEMBER

Habet dies xxx Luna xxix.

xxiij	f	Calendis	1	Aegidii Abbatis. iij lect.
xxij	g	iiij Non.	2	
xxj	A	iij Non.	3	
xx	b	Pridie Non.	4	
xix	c	Nonis.	5	
xviij	d	viij Idus.	6	
xvij	e	vij Idus.	7	
xvj	f	vj Idus.	8	Natiuitas B. Mariæ virg: Totum duplex.
xv	g	v Idus.	9	Gorgonii martyris. commemo.
xiiij	A	iiij Idus.	10	
xiij	b	iij Idus.	11	Prothi & Iacynthi mart. commemo.
xij	c	Pridie Id.	12	
xj	d	Idibus	13	Maurelii Episcopi. comme. (ani mar. comm.
x	e	xvij ca. Oct.	14	Exaltatio S. Crucis. duplex. Cornelii & Cypri
ix	f	xvij calend.	15	Octaua Natiuitatis Mariæ. ix lect. Nicomedis
viij	g	xvj calend.	16	Eufemiæ virg: & mart. comm. (mart. cõm.
vij	A	xv calend.	17	Lamberti Episcopi & mart. iij lect.
vj	b	xiiij calend.	18	
v	c	xiij calend.	19	
iiij	d	xij calend.	20	Vigilia.
iij	e	xj calend	21	Matthæi Apostoli & Euangelistæ. Duplex.
ij	f	x calend.	22	Mauricii & sociorum mart. ix lect.
j	g	ix calend.	23	Teclæ virginis & mart. iij lect.
★	A	viij calend.	24	
xxix	b	vij calend.	25	Cleophæ martyris. iij lect.
xxviij	c	vj calend.	26	Cypriani & Iustinæ mart. iij lect.
xxvij	d	v calend.	27	Cosmæ & Damiani mart. iij lect.
25 xxvj	e	iiij calend.	28	Wenceslai martyris. iij lect.
xxv xxiij	f	iij calend.	29	Michaelis Archangeli. Duplex.
xxiij	g	Pridie Cal.	30	Hieronymi presbyteri. Duplex.

Septembris die	Sol oritur hora	Sol occidit hora	
2.	5. 1.	6. 3.	
9.	5. 2.	6. 2.	
16.	5. 3.	6. 1.	
23.	6. 0.	6. 0.	
30.	6. 1.	5. 3.	

OCTOBER.

habet dies xxxj. Luna xxx.

Dominica ante Oct: diem veniente agitur de Dedic. Eccl. Totum duplex.

xxij	A	Calendis	1	Remigii Epiſc. iij le. Germani & Vedaſti pon-
xxj	b	vj Nonas	2	Leodegarii Epiſc. & mart. iii lect. (tif. comm
xx	c	v Nonas.	3	
xix	d	iiij Non.	4	Franciſci Confeſſoris. ix lect.
xviij	e	iij Non.	5	
xvij	f	Pridie Non.	6	Fidis virginis. commemo.
xvj	g	Nonis.	7	Marci Papæ. commemo.
xv	A	viij Idus.	8	Marcelli & ſociorum mart. commemo.
xiiij	b	vij Idus.	9	Dioniſii & ſociorum mart. ix lect.
xiij	c	vj Idus.	10	
xij	d	v Idus.	11	
xj	e	iiij Idus.	12	
x	f	iij Idus.	13	
ix	g	Pridie Id.	14	Calixti Papæ & martyris. iii lect.
viij	A	Idibus	15	Hedwigis viduæ. iii lect.
vij	b	xvij cal. No.	16	Galli Confeſſoris. commemo.
vj	c	xvj calend.	17	
v	d	xv calend.	18	Lucæ Euangeliſtæ. Duplex.
iiij	e	xiiij calend.	19	
iij	f	xiij calend.	20	
ij	g	xij calend.	21	Vndecim millium virginum. ix lect.
j	A	xj calend.	22	Marci Epiſcopi & mart. commemo.
✶	b	x calend.	23	
xxix	c	ix calend.	24	
xxviij	d	viij calend.	25	Criſpini & Criſpiniani mart. commemo.
xxvij	e	vij calend.	26	
xxvj	f	vj calend.	27	
25 xxv	g	v calend.	28	Simonis & Iudæ Apoſtolorum. Duplex.
xxiiij	A	iiij calend.	29	
xxiij	b	iij calend.	30	
xxij	c	Pridie Cal.	31	Quintini mart. commemo. Vigilia.

Octobris die	7	Sol oritur hora	6. 2.	Sol occidit hora	5. 2.
	14		6. 3.		5. 1.
	21		7. 0.		5. 0.
	29		7. 1.		4. 3.

NOVEMBER

habet dies xxx Luna xxix.

xxj	d	Calendis	1	Omnium Sanctorum. Totum duplex.
xx	e	iiij Nonas.	2	Commemoratio omnium fidelium defuncto-
xix	f	iij Nonas.	3	(rum. ix lect.
xviij	g	Pridie No.	4	
xvij	A	Nonis	5	
xvj	b	viij Idus.	6	Leonardi Confessoris. commem.
xv	c	vij Idus.	7	
xiiij	d	vj Idus.	8	Octaua omnium Sanctorum. ix lect.
xiij	e	v Idus.	9	Theodori mart. iij lect.
xij	f	iiij Idus.	10	Quatuor coronatorū mart. iij le, Martini Pa-
xj	g	iij Idus.	11	Martini Episcopi. Semiduplex. (pę & ma. cōm.
x	A	Pridie Id.	12	
ix	b	Idibus	13	Briccii Episcopi. iij lect.
viij	c	xviij Ca. De.	14	
vij	d	xvij calend.	15	
vj	e	xvj calend.	16	
v	f	xv Calend.	17	
iiij	g	xiiij calend.	18	
iij	A	xiij calend.	19	Elizabeth viduæ. Semiduplex.
ij	b	xij calend.	20	
j	c	xj calend.	21	
*	d	x calend.	22	Cæciliæ virginis & mart. ix lect.
xxix	e	ix calend.	23	Clementis Papæ & mart. ix lect.
xxviij	f	viij calend.	24	Chrysogoni mart. commemo.
xxvij	g	vij calend.	25	Catharinæ virg: & martyris. Duplex.
25 xxvj	A	vj calend.	26	Lini Papæ & martyris. commemo.
x xv xxiiij	b	v calend.	27	Agricolæ & Vitalis mart. commemo.
xxiij	c	iiij calend.	28	
xxij	d	iij calend.	29	Saturnini mart. commemo. Vigilia.
xxj	e	Pridie Cal.	30	Andreæ Apostoli. Totum duplex.

Nouembris die	5.	Sol oritur hora	7.	2.	Sol occidit hora	4.	2.
	12.		7.	3.		4.	1.
	21.		8.	0.		4.	0.

DECEMBER

habet dies xxxj. Luna xxx.

xx	f	Calendis	1	Eligii Episcopi. commemo.
xix	g	iiij Non.	2	
xviij	A	iij Non.	3	
xvij	b	Pridie Non.	4	Barbaræ virginis & mart. ix lect.
xvj	c	Nonis.	5	Sabbæ Abbatis. commemo.
xv	d	viij Idus.	6	Nicolai Episcopi & Confessoris. Semiduplex.
xiiij	e	vij Idus.	7	Octaua S. Andreæ commemo.
xiij	f	vj Idus.	8	Conceptio B. Mariæ virg: Totum duplex.
xij	g	v Idus.	9	
xj	A	iiij Idus.	10	
x	b	iij Idus.	11	Damasi Papæ. commemo.
ix	c	Pridie Id.	12	
viij	d	Idibus	13	Luciæ virginis & mart. ix lect.
vij	e	xix calend.	14	
vj	f	xviij calend	15	
v	g	xvij cal.	16	O sapientia.
iiij	A	xvj calend.	17	Lazari Episcopi & mart. commemo.
iij	b	xv calend.	18	
ij	c	xiiij calend.	19	
j	d	xiij calend.	20	
✶	e	xij calend.	21	Thomæ Apostoli. Duplex.
xxix	f	xj calend.	22	
xxviij	g	x calend.	23	
xxvij	A	ix calend.	24	Vigilia.
xxvj	b	viij calend.	25	Natiuitas Domini nostri Iesu Christi Totum
25 xxv	c	vij calend.	26	Stephani protomar. Totũ duplex. (duplex.
xxiiij	d	vj calend.	27	Ioannis Apostoli & Euang: Totumduplex.
xxiij	e	v calend.	28	Innocentum mart. Duplex.
xxij	f	iiij calend.	29	Thomæ Episcopi & mart. ix lect.
xxj	g	iij calend.	30	
19 xx	A	Pridie Cal.	31	Sylvestri Papæ ix lect.

Decembris die { 2. Sol oritur 20. hora } { 8. 8. 1. Sol occidit 2. hora } { 3. 3. 3. 2 }

Aduentus Domini inchoatur Dominica proximiori festo S. Andreæ; vel ipsa die S. Andreæ, si in Dominica venerit.

DE FE-

DE FESTIS MOBILIBVS.

EX ſequenti tabula paſchali, feſta mobilia reperientur hoc modo. In cellula literæ Dominicalis currentis quæratur Epacta currens. Nam per rectam lineam omnia feſta mobilia deprehendentur. Vt anno 1587. in cellula literæ Dominicalis D tunc currentis, é regione Epactæ xxi. quæ eodem anno currit; habetur Septuageſima die 25. Ianuarij, Dies Cinerum 11. Februarij. Paſcha die 29. Martij. &c.

Sed in annis Biſſextilibus inuenienda ſunt omnia feſta mobilia per literam Dominicalem poſteriorem, quæ nimirum currit poſt feſtum S. Mathiæ apoſtoli: ita tamen, vt Septuageſimæ, & diei Cinerum inuentæ in Ianuario aut Februario, addatur vnus dies. Enimuerò ſi dies Cinerum cadit in Martium, nihil ei addi debet, ſicuti nec vnquam additur aliquid alijs ſequentibus feſtis mobilibus, licet currat poſterior litera Dominicalis vſque ad finem anni. Exempli cauſa: anno 1588. qui eſt Biſſextilis, currunt literæ Dominicales C. B. Epacta ij. Si ergo per poſteriorem literam quæ eſt B. feſta mobilia inueſtigentur, in cellula eiusdem literæ B. & contentæ in ea currentis Epactæ ij. reperitur è directo Septuageſima die 13. Februarij: Dies verò Cinerum 2. Martij. Quia igitur inuentæ Septuageſimæ diei debet addi vnus dies intercálaris: diei verò Cinerum, eò quòd in Martium incidit, nihil additur. Septuageſima venit die 14. Februarij. Dies Cinerum ij. Martij. Paſcha autem & reliqua feſta in eos dies cadunt, qui in tabula ſunt expreſsi.

TABVLA

Litera Dominicalis.	Cyclus Epactarum.	Septuagesima.		Dies Cinerum.	
D	23.	18	Ian.	4	Feb.
	22. 21. 20. 19. 18. 17. 16.	25	Ian.	11	Feb.
	15. 14. 13. 12. 11. 10. 9.	1	Feb.	18	Feb.
	8. 7. 6. 5. 4. 3. 2.	8	Feb.	25	Feb.
	1. ✶ 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	15	Feb.	4	Mar.
E	23. 22.	19	Ian.	5	Feb.
	21. 20. 19. 18. 17. 16. 15.	26	Ian.	12	Feb.
	14. 13. 12. 11. 10. 9. 8.	2	Feb.	19	Feb.
	7. 6. 5. 4. 3. 2. 1.	9	Feb.	26	Feb.
	✶ 29. 28. 27. 26 25. 25. 24.	16	Feb.	5	Mar.
F	23. 22. 21.	20	Ian.	6	Feb.
	20. 19. 18. 17. 16. 15. 14.	27	Ian.	13	Feb.
	13. 12. 11. 10. 9. 8. 7.	3	Feb.	20	Feb.
	6 5. 4. 3. 2. 1. ✶	10	Feb.	27	Feb.
	29. 28. 27. 26. 25.25. 24.	17	Feb.	6	Mar
G	23. 22. 21. 20.	21	Ian.	7	Feb.
	19. 18. 17. 16. 15. 14. 13.	28	Ian.	14	Feb.
	12. 11. 10. 9. 8. 7. 6.	4	Feb.	21	Feb.
	5. 4. 3. 2. 1. ✶ 29.	11	Feb,	28	Feb.
	28. 27. 26.25. 25. 24.	18	Feb.	7	Mar.
A	23. 22. 21. 20. 19.	22	Ian.	8	Feb.
	18. 17. 16. 15. 14. 13. 12.	29	Ian.	15	Feb.
	11. 10. 9. 8. 7. 6. 5.	5	Feb.	22	Feb.
	4. 3. 2. 1. ✶ 29. 28.	12	Feb.	1	Mar.
	27. 26. 25. 25. 24.	19	Feb.	8	Mar.
B	23. 22. 21. 20. 19. 18.	23	Ian.	9	Feb,
	17. 16. 15. 14. 13. 12. 11.	30	Ian.	16	Feb.
	10. 9. 8. 7. 6. 5. 4.	6	Feb.	23	Feb.
	3. 2. 1. ✶ 29. 28. 27.	13	Feb.	2	Mar.
	26.25. 25. 24.	20	Feb.	9	Mar.
C	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17.	24	Ian.	10	Feb.
	16. 15. 14. 13. 12. 11. 10.	31	Ian.	17	Feb.
	9. 8. 7. 6. 5. 4. 3.	7	Feb.	24	Feb.
	2. 1. ✶ 29. 28. 27. 26. 25.	14	Feb.	3	Mar.
	25 24.	21	Feb.	10	Mar

PASCHALIS.

Pascha.	Ascensio.	Pentecoste.	Corpus Christi.	Dominicæ post Trini.	Prima Dñica Aduēt⁹.
22 Mar.	30 Apr	10 Maij	21 Maij	27	29 Nou.
29 Mar.	7 Maij	17 Maij	28 Maij	26	29
5 Apr.	14 Maij	24 Maij	4 Iunij	25	29
12 Apr.	21 Maij	31 Maij	11 Iunij	24	29
19 Apr.	28 Maij	7 Iunij	18 Iunij	23	29
23 Mar.	1 Maij	11 Maij	22 Maij	27	30 Nou.
30 Mar.	8 Maij	18 Maij	29 Maij	26	30
6 Apr.	15 Maij	25 Maij	5 Iunij	25	30
13 Apr.	22 Maij	1 Iunij	12 Iunij	24	30
20. Apr.	29 Maij	8 Iunij	19 Iunij	23	30
24 Mar.	2 Maij	12 Maij	23 Maij	27	1 Dec.
31 Mar.	Maij	19 Maij	30 Maij	26	1
7 Apr.	16 Maij	26 Maij	6 Iunij	25	1
14 Apr.	23 Maij	2 Iunij	13 Iunij	24	1
21 Apr.	30 Maij	9 Iunij	20 Iunij	23	1
25 Mar.	3 Maij	13 Maij	24 Maij	27	2 Dec.
1 Mar.	10 Maij	20 Maij	31 Maij	26	2
8 Apr.	17 Maij	22 Maij	7 Iunij	25	2
15 Apr.	24 Maij	3 Iunij	14 Iunij	24	2
22 Apr.	31 Maij	10 Iunij	21 Iunij	23	2
26 Mar.	4 Maij	14 Maij	25 Maij	27	3 Dec.
2 Apr.	11 Maij	21 Maij	1 Iunij	26	3
9 Apr.	18 Maij	28 Maij	8 Iunij	25	3
16 Apr.	25 Maij	4 Iunij	15 Iunij	24	3
23 Apr.	1 Iunij	11 Iunij	22 Iunij	23	3
27 Mar.	5 Maij	15 Maij	26 Maij	26	27 Nou.
3 Apr.	12 Maij	22 Maij	2 Iunij	25	27
10 Apr.	19 Maij	29 Maij	9 Iunij	24	27
17 Apr.	26 Maij	5 Iunij	16 Iunij	23	27
24 Apr.	2 Iunij	12 Iunij	23 Iunij	22	27
28 Mar.	6 Maij	16 Maij	27 Maij	26	28 Nou.
4 Apr.	13 Maij	23 Maij	3 Iunij	25	28
11 Apr.	20 Maij	30 Maij	10 Iunij	24	28
18 Apr.	27 Maij	6 Iunij	17 Iunij	25	28
25 Apr.	3 Iunij	13 Iunij	24 Iunii	22	28


INRI

MISSALE VARMIENSE.

PROPRIVM MISSARVM DE TEMPORE.

DOMINICA I. DE ADVENTV.

Ad Missam Introitus.

Psa. 24

AD te leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubéscam: neque irrídeant me inimíci mei: étenim vniuérsi, qui te expéctant, non confundéntur. Psal. Vias tuas Dómine demónstra mihi: & sémitas tuas edóce me. Ver. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui Sancto: sicut erat in princípio, & nunc, & semper, & in sécula seculôrum. Amen.

Quo finito repetitur Introitus, Ad te leuáui. vsque ad Psal. Hic modus repetendi Introitum seruatur per totum annum. Kyrieeleison Dominicale hyemale; quod canitur Dominicis diebus per Aduentum, quando de Dominica agitur. Non dicitur Gloria in excelsis. ab hac Dominica vsque ad Natiuitatem Domini, nisi in festis. Dóminus vobíscum. Resp. Et cũ Spíritu tuo. Orémus. Oratio.

EXcita quæsumus Dómine poténtiam tuam, & veni: vt ab imminéntibus peccatôrum nostrôrum periculis, te mereâmur protegénte éripi: te liberánte

saluâri. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitáte Spíritus sancti Deus: per ómnia sécula seculôrum. Resp. Amen. Diebus Dominicis Aduentus, quando fit de Dominica, vsque ad vigiliam Natiuitatis Domini exclusiuè, post Orationem diei (nisi occurrat aliquid de sanctis) dicitur Oratio Deus qui nobis sub sacramento, & Deus qui de Beátæ Mariæ, vt infrà. Si autem facienda sit memoria Octauæ S. Andreæ, vel alicuius sancti, pro secunda dicitur Oratio de Octaua, vel de sancto: tertia de B. Maria, omissa tunc Oratione sacræ Eucharistiæ.

De S. corpore Christi. Oratio.

DEus qui nobis sub sacraménto mirabili passiónis tuæ memóriam reliquísti: tríbue quæsumus: ita nos córporis & sánguinis tui sacra mystéria venerâri: vt redemptiónis tuæ fructũ in nobis iúgiter sentiám⁹.

De S. Maria. Oratio.

DEus qui de beâtæ Mariæ vírginis útero verbum tuum ángelo nunciánte carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis: vt qui verè eã Dei genitrícem crédimus: eius apud te intercessiónibus adiuuêmur. Per eundem Dñum nostrum Iesum Christum filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitáte spíritus sancti Deus: per ómnia sécula seculó⁹. Resp. Amẽ

Infrà hebdomadas Aduentus, quando Missa dicitur de Dominica vel Quatuor temporibus, omissa Oratione sacræ Eucharistiæ secundo loco dicetur Oratio de sancto, tertio de Beata Maria: aut si nihil occurat de sanctis, secundo de Beata Maria, tertio Ecclesiæ tuæ, vt infrà: vel pro Papa, vt suo loco. In festis ix. lecti. aut votiua alia quàm Beatæ Mariæ, secunda Oratio erit de Aduentu, tertia de Sancta Maria. Potest tamen quandocunque extra Sabbathũ omitti Oratio Beatæ Mariæ, vbi ordinariè per Aduentum matura Missa de Beata Maria cani consueuit, & eius loco tunc dici Oratio Ecclesiæ, vel quæcunque alia ad libitum, seruato dignitatis Orationũ huiusmodi ordine. Si Missa dicatur de festo Duplici aut Semiduplici, Orationi festi iungitur Oratio tantùm de Aduentu sub vna conclusione. In toto duplici dicitur solummodo Oratio de festo. Nisi fuerit Dominica, aut dies Quatuor temporum: tunc enim secunda additur sub vna conclusione.

Léctio epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

FRatres. Sciéntes, quia hora est iã nos de somno súrgere. Nunc enim própior est nostra salus, quàm cúm credídimus. Nox præcéssit, dies autem appropinquáuit. Abiiciámus ergo ópera tenebrârũ, & induámur arma lucis. Sicut in die honéstè ambulémus. Non in comessatiónibus, & ebrietátibus: non in cubílibus, & impudicítiis: non in contentióne, & æmulatióne: sed induímini Dóminũ Iesum Christum. Cap 13.

Gradua. Vniuersi qui te expectant, nõ confundéntur Dñe. Ver. Vias tuas Dómine notas fac mihi: & sémitas tuas edóce me. Allelúia. Ps. 24.

Ver Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam: & salutâre tuum da nobis. Allelú. Psa. 84.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Matthęum.

IN illo tẽpore. Cùm appropinquâsset Iesus Ierosólymis, & venísset Bétphage ad montem Oliuéti: tunc misit duos discípulos, dicens eis. Ite in castéllum quod contra vos est: & Cap 21.

ſtatim inueniétis áſinam alligátam, & pullum cum ea. Sóluite, & addúcite mihi. Et ſi quis vobis aliquid díxerit: dícite, quia Dóminus his opus habet: & confeſtim dimíttet eos. Hoc autem totum factum eſt, vt adimplerêtur quod dictum eſt per Prophétã dicéntem. Dícite filiæ Sion, ecce rex tuus venit tibi manſuétus, ſedens ſuper áſinam, & pullum, fílium ſubiugális. Euntes autẽ diſcípuli, fecêrunt ſicut præcéperat illis Ieſus: & impoſuêrunt ſuper eos veſtiménta ſua, & eum deſuper ſedêre fecêrunt. Plúrima autem turba ſtrauêrunt veſtimẽta ſua in via. Alii autem cædebant ramos de arbóribus, & ſternébãt in via. Turba autem quæ præcedébant, & qui ſequebántur, clamábant dicéntes. Hoſánna filio Dauid: benedíctus qui venit in nómine Dómini. Credo.

Pſa 24 **Offert.** Ad te Dómine leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubéſcam: neque irrídeant me inimíci mei: étenim vniuérſi qui te expéctant, non confundéntur. **Secreta.**

HÆc ſacra nos, Dómine, poténti virtúte mundátos: ad ſuum fáciant puriôres venîre princípium. Per Dóminum noſtrum.

De S. corpore Chriſti. Secreta.

ECcléſiæ tuæ quæſumus Dómine vnitátis, & pacis propítius dona concéde: quæ ſub oblátis munéribus myſticè deſignántur.

De S. Maria. Secreta.

IN méntibus noſtris, quæſumus Dómine, veræ fidei ſacraménta confírma: vt qui concéptũ de vírgine Deum verum & hóminem confitémur: per eius ſalutíferæ reſurrectiónis poténtiam, ad ætérnam mereâmur peruenîre lætítiam. Qui tecum viuit.

Pſa. 84. **Comm.** Dóminus dabit benignitátem: & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Complen. Suſcipiámus Dómine miſericórdiam tuã in médio templi tui: vt reparatiónis noſtræ ventûra ſoléннia cõgruis honóribus præcedámus. Per Dóminum noſtrum.

De S. corpore Chriſti. Complen.

FAc nos quæſumus Dñe diuinitátis tuæ ſempitérna fruitióne replêri: quam pretióſi córporis & ſanguínis tui temporális percéptio præfigûrat. **De S. Maria. Complen.**

GRátiam tuam, quęſumus Dñe, méntibus noſtris infúnde: vt, qui, ángelo nunciánte, Chriſti filii tui incarnatiónẽ cognóuimus: per paſſiónem eius & crucem, ad reſurrectiónis glóriã perducâmur. Per eundem. **Dicitur, Benedicámus Dño. Et ſic ſeruatur quoties non dr. Gloria in excelſis.**

Contra perſecut. Eccleſiæ. Oratio.

ECcléſiæ tuæ, quæſumus Dómine, preces placátus admítte: vt deſtrúctis aduerſitátibus & errórib⁹ vniuérſis: ſecûra tibi ſéruiat libertate. Per Dóminum noſtrum. **Secreta.**

PRótege nos Dómine tuis myſtériis ſeruiéntes: vt diuínis rebus inhæréntes: & córpore tibi famulémur & ménte. Per Dóminum. **Complen.**

QVæſumus Dñe Deus noſter: vt quos diuína tríbuis participatióne gaudêre: humánis non ſinas ſubiacêre periculis. Per Dóminum.

¶ Feſtum ix. lectionum, & maius, ſi inciderit in aliquam Dominicarum Aduentus, transfertur in craſtinum. Excepta conceptione Beatæ Mariæ, & patronorum feſtis, non in prima Dominica Aduentus venientibus: quæ

ſuo die celebrantur. Sed tunc duæ Miſſæ dicuntur, vna de feſto, altera de Dominica.

¶ Infrà hebdomadas Aduèntus, in feriis vacantibus, vſque ad quartam hebdomadam, Miſſa maior celebratur, hoc ordine. Feria ii. dicitur de Beata Maria ſicut in Aduentu, minus tamen ſolenniter. Niſi ſequens Sabbathum impediatur: tunc enim feria ii. fit ſolenniter, id eſt, cum **Glória in excélſis**, Proſa, & **Ite Miſſa eſt.** Sed in hebdomada Quatuor temporum, Miſſa de Beata virgine expletur ſolenniter feria v. ſi vacauerit. Feria iii. dicitur de Angelis: Feria iiii. Miſſa præcedentis Dominicæ reſumitur. Si verò Dominica Totoduplici feſto impedita fuit, proximè ſequenti feria quæ vacet, expletur; & in alia ſequenti dicitur Miſſa de Beata Maria, vt ſuprà. Et conſequenter in alia vacanti feria repetitur Miſſa de Dominica: quod feria iiii. aut vi. fieri conuenit: ſumpta ad hoc quoque (ſi opus fuerit) feria iii. Fit autem ſemper ferialiter, ſine **Credo.** Feria v. dicitur Miſſa de Spiritu ſancto, & corpore Chriſti, alternis hebdomadis; excepta hebdomada Quatuor temporum. Feria vi. de Sancta Cruce: niſi agendum ſit de Dominica. Omnes prædictæ Miſſæ dicuntur ſine **Glória in excélſis**, & ſine Proſa, cum **Benedicámus Dómino**, prẽterquam votiua Beatæ Mariæ, caſu quo propter impedimẽtum Sabbathi, explenda ſit in alia feria. Sabbatho, ſi non impediat Octaua S. Andreæ, aut feſtum, aut feria Quatuor temporum, aut vigilia Natiuitatis Domini, dicitur Miſſa de Beata Maria ſolenniter. Alioqui in Quatuor temporibus expletur feria v. Qua feria tum occupata, dicetur ſolenniter in præcedenti feria ii. vt ſuprà dictum eſt.

Notandum igitur, quòd Miſſa præcedentis Dominicæ infra hebdomadam ſemel repetitur. Quæ ſi propter impedimentum in ipſa Dominica principaliter dicta non fuit, dicetur bis per hebdomadam, vt ſuprà; ita quidem, vt Oratio votiuæ ferialis & Sanctę Mariæ, dicatur pro ſecunda, & tertia, ſeruata in his Orationum dignitate. Si autem occurrat memoria alicuius ſancti in Calendario ſignati, dicitur eius Oratio poſt orationem Miſſæ, omiſſa memoria votiuæ ferialis. Eadem ratio ſeruetur (quãdo expletur miſſa Beatæ Mariæ ſemel minus ſolenniter, & ſemel ſolenniter, in feriis ſupramemoratis) cum memoria Dominicæ & ſancti occurrentis, vel votiuæ ferialis, vt ſuprà.

DOMINICA II. DE ADVENTV.

POpulus Sion, ecce Dóminus véniet ad ſaluándas gentes: & auditam faciet Dóminus glóriam vocis ſuæ in lætítia cordis veſtri. Pſal. Qui regis Iſraël inténde; qui dedúcis velut ouẽ Ioſeph. Ver. Glória patri. Non dicitur, Gloria in excelſis. Iſa. 30. Pſa. 79.

Oratio.

EXcita Dómine corda noſtra ad præparándas vnigéniti tui vias: vt per eius aduéntum purificátis tibi méntibus ſeruîre mereâmur. Qui tecum viuit & regnat in vnitáte. Aliæ orationes dicuntur ſecundùm Rubric. præcedentis Dominicæ. fol. 2.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

Cap 15. FRatres: Quæcúnque scripta sunt, ad nostram doctrînam scripta sunt: vt per patiéntiam & consolatiônem scripturârum, spem habeâmus. Deus autem patiéntiæ & solátii, det vobis idípsum sápere in alterútrum secúndùm Iesum Christum: vt vnánimes, vno ore honorificêtis Deũ, & patrem Dñi nostri Iesu Christi. Propter quod súscípite ínuicem, sicut & Christus súscépit vos in honôrẽ Dei. Dico enim Christum Iesum minístrũ fuísse circumcisiónis propter veritátem Dei, ad confirmándas promissiônes patrum. Gentes autẽ súper misericórdia honorâre Deum, sicut scriptum est. Propterea cõfitébor tibi in géntibus Dómine, & nómini tuo cãtábo. Et íterum dicit. Lætámini géntes cum plebe eius. Et íterum. Laudáte omnes gentes Dñm, & magnificâte eum omnes pópuli. Et rursum Isaias ait. Erit radix Iesse: & qui exúrget régere gentes, in eũ gentes sperâbũt. Deus autẽ spei répleat vos omni gáudio & pace in credéndo: vt abundétis in spe, & virtúte spíritussáncti.

Psa. 49. **Grad.** Ex Sion spécies decôris eius: Deus noster maniféste veniet. **Ver.** Congregáte illi sanctos eius, qui ordinauêrunt testaméntũ eius super sacrifícia. **Al** Ielúia. **Ver.** Rex noster aduéniet Christus: quem Ioánnes prædicábat agnum esse ventûrum. Allelúia.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

Cap 21. IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis. Erunt signa in sole, & luna, & stellis: & in terris præsûra géntiũ, præ confusióne sónitus maris, & flúctuum: arescéntibus homínibus præ timôre, & expectatióne, quæ superuénient vniuérso orbi. Nam virtútes cælôrũ mouebûntur. Et tũc vidébũt filium hóminis veniéntẽ in nube, cũ potestáte magna & maiestáte. His autem fieri incipiéntibus, respícite, & leuáte cápita vestra: quóniam appropínquat redémptio vestra. Et dixit illis similitúdinem. Vidéte ficúlneam, & omnes árbores: cùm producũt ex se fructum, scitis quóniam propè est æstas. Ita & vos, cùm vidéritis hæc fieri, scitóte, quóniam propè est regnũ Dei. Amẽn dico vobis: quia non præteríbit generátio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terra transíbunt: verba autem mea non transíbunt. **Cre**do. **Offer.** Deus tu conuértens viuificábis nos, & plebs tua lætábitur in te: osténde nobis Dómine misericórdiam tuam, & salutáre tuũ da nobis. Psa. 84. **Secreta.**

PLacâre quæsumus Dñe humilitátis nostræ precibus & hostiis: & vbi nulla súppetunt suffrágia meritôrũ: tuis nobis succûrre præsídiis. Per. **Aliæ Secretæ vt in Dñica præcedenti.**

Comm. Ierúsalem surge, & sta in excélso: & vide iucunditátem, quæ veniet tibi à Deo tuo. Bar. 4. **Complen.**

REpléti cibo spirituális alimónię súpplices te Dómine deprecâmur: vt huius participatióne mystérii: dóceas nos terréna despícere; & amâre cæléstia. Per. **Aliæ Complen. vt in Dominica præterita.**

DOMINICA III. DE ADVENTV.



GAudéte in Dómino semper: íterum dico gaudéte: modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus. Dóminus propè est: ni- Phil 4.

hil ſolíciti ſitis: ſed in omni oratióne petitiónes veſtræ innotéſcant apud Deum. Pſal.B enedixíſti Dñe terrã tuam: auertíſti captiuitátem Iacob. Ver. Glória patri. Non dicitur, Glória in excélſis. Oratio.

Pſa. 34.

AVrem tuam quæſumus Dómine précibus noſtris accómmoda: & méntis noſtræ ténebras grátia tuæ viſitatiónis illúſtra. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitáte ſpíritus ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculôrum. Reſ. Amen. Oratio.

DEus, qui nobis ſub ſacraménto mirábili paſſiónis tuæ memóriam reliquíſti: tríbue quæſumus: ita nos córporis & ſánguinis tui ſacra myſtéria venerâri: vt redemptiónis tuæ fructũ in nobis iúgiter ſentiám⁹. Et Oratio. Deus qui de beátæ. vt in Dominica prima. fol. 2.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

1. Ca 4.

FRatres: Sic nos exíſtimet homo, vt miníſtros Chriſti, & diſpenſatôres myſteriôrũ Dei. Hîc iam quæritur inter diſpenſatôres, vt fidélis quis inueniátur. Mihi autem pro mínimo eſt, vt à vobis iúdicer, aut ab humáno die: ſed neq; meípſum iúdico. Nihil enim mihi cónſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificátus ſum. Qui autẽ iúdicat me, Dóminus eſt. Itáque nolíte ante tempus iudicâre: quô aduſq; véniat Dóminus, qui & illuminábit abſcóndita tenebrârum, & manifeſtábit conſília córdium. Et tunc laus erit vnicuique à Deo. Grad. Qui ſedes Dómine ſuper Cherubím, éxcita poténtiam tuam, & veni. Ver. Qui regis Iſraël inténde, qui dedúcis velut ouẽ Ioſeph. Allelúia. Excita Dómine poténtiam tuam, & veni: vt ſaluos fácias nos. Allelú.

Pſa. 79.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndum Matthæum.

IN illo tẽpore: Cũ audíſſet Ioánnes in vínculis ópera Chriſti, mittẽs duos de diſcípulis ſuis, ait illi. Tu es, qui ventûrus es, an álium expectámus? Et reſpóndens Ieſus, ait illis. Eúntes, renũciáte Ioãni quę audíſtis, & vidíſtis. Cœci vidẽt, claudi ámbulant, leprósi mũdántur, ſurdi áudiũt, mórtui reſúrgunt, páuperes euãgelizántur. Et beátus eſt, qui nõ fúerit ſcandalizátus in me. Illis autẽ abeũtib⁹, cœpit Ieſus dícere ad turbas de Ioãne. Quid exíſtis in deſértũ vidêre? arúndinẽ vẽto agitátam? ſed quid exíſtis vidêre? hóminem móllibus veſtítũ? Ecce, qui móllibus veſtiúntur, in dómibus regũ ſunt. Sed quid exíſtis vidêre? prophétã? Etiam dico vobis, & plus quàm prophétã. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt. Ecce ego mitto ángelum meum ante fáciem tuam, qui præparábit viam tuam ante te. Credo. Offer.B enedixíſti Dómine terram tuam: auertíſti captiuitátem Iacob: remiſíſti iniquitátẽ plebis tuæ. Secreta.

Cap 11.

Pſa. 84.

DEuotiónis noſtræ tibi quæſum⁹ Dómine hóſtia iúgiter immolêtur: quæ & ſacri perágat inſtitúta myſtêrii: & ſalutâre tuum nobis mirabiliter operétur. Per. Aliæ ſecretæ vt in Dominica prima, fol. 3. Comm. Dicite puſillánimes: confortámini, & nolite timêre: ecce Deus noſter véniet, & ſaluábit nos. Complen.

Iſa. 35.

IMplorámus Dómine cleméntiam tuam: vt hæc diuína ſubsídia à vítiis expiátos, ad feſta ventûra nos præparent. Per. Aliæ Complen. vt in Dominica prima. fol. 3.

FERIA IIII. QVATVOR Temporum.

Isa. 45.



Oráte cæli désuper, & nubes pluant iustum: aperiátur terra, & germinet Saluatôrem. Psal. C æli enárrãt glóriam Dei: Et ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum. Ver. Glória Patri. Kyrieel. Quadrageſimale: quod etiam ſequenti feria vi. & Sabbato canitur. Deinde, immediatè dicitur Orémus. Oratio.

Psa. 18.

PRæſta quæſumus omnípotẽs Deus: vt redemptiónis noſtræ ventûra ſolénnitas: & præſéntis nobis vitæ ſubsídia cõferat: & ætérnæ beatitúdinis præmia largiátur. Per.

Léctio Isaiæ Prophétæ.

Cap 2.

IN diébus illis: Dixit Isaías prophéta. Erit in nouíſsimis diébus præparátus mons domus Dómini in vértice móntium: & eleuábitur ſuper colles: & fluent ad eum omnes gentes: & ibunt pópuli multi, & dicent. Veníte aſcendámus ad montem Dómini, & ad domum Dei Iacob: & docébit nos vias ſuas: & ambulábimus in ſémitis eiꝰ: quia de Sion exíbit lex, & verbum Dómini de Ieruſalém. Et iudicábit gentes: & árguet pópulos multos. Et conflábunt gládios ſuos in vómeres, & lánceas ſuas in falces. Non leuábit gens cõtra gentem gládium: nec exercebúntur vltrá ad prę-lium. Domus Iacob veníte, & ambulémus in lúmine Dómini Dei noſtri.

Psa. 23.

Grad. TóIlite portas príncipes veſtras: & eleuámini portę æternáles: & introíbit rex glórię. Ver. Quis aſcẽdet in mõtem Dómini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? ínnocens mánibus, & mundo corde. Hîc dicitur. Dóminus vobíſcum

FEſtína quæſumus Dñe, ne tardáueris: & auxílium nobis ſupérnæ virtútis impénde: vt aduéntus tui conſolatiónibus ſubleuéntur, qui in tua pietáte confídunt. Qui viuis & regnas. Oratio. Deus qui de beátæ. & Oratio. Ecclésiæ tuæ. vt notatur in Miſſa primæ Dñicæ Aduentus.

Léctio Isaiæ Prophétæ.

Isa. 7.

IN diébus illis: Locútus eſt Dóminus ad Achaz dicẽs. Pete tibi ſignũ à Dómino Deo tuo in profúndum inférni, ſiue in excélſum ſuprà. Et dixit Achaz. Non petam, & non tentábo Dóminum. Et dixit. Audíte ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis eſt, moléſtos eſſe homínibus, quia moléſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipſe vobis ſignũ. Ecce virgo concípiet, & páriet fíliũ: & vocábitur nomen eius Emmanuél. Bútyrum & mel cómedet: vt ſciat reprobâre malum, & elígere bonum.

Psa. 144

Grad. Propè eſt Dóminus ómnibus inuocántibus eum, ómnibus qui inuócant eum in veritâte. Ver. Laudem Dómini loquêtur os meum; & benedícat omnis caro nomen ſanctum eius.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndum Lucam.

Cap 1.

IN illo témpore. Miſſus eſt ángelus Gabriél à Deo in ciuitátẽ Galilææ, cui nomen Nazaréth, ad vírginẽ deſponſátam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomen vírginis María. Et ingréſſus ángelus ad eam, dixit. Aue gratia plena: Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Quæ cùm audíſſet, turbáta eſt in ſermóne eius: & cogitábat qualis eſſet iſta ſalutátio. Et ait ángelus ei. Ne

tímeas María: inuenísti enim grátiam apud Deum. Ecce concípies in útero, & páries filium: & vocábis nomen eius Iesum. Hic erit magnus: & filius altíssimi vocábitur. Et dabit illi Dóminus Deus sedem Dauid patris eius: & regnábit in domo Iacob in ætérnum: & regni eius non erit finis. Dixit autem María ad ángelum. Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens ángelus dixit ei. Spíritus sanctus superuéniet in te: & virtus altíssimi obumbràbit tibi. Ideóq; & quod nascêtur ex te sanctũ: vocábitur filius Dei. Et ecce Elizabéth cognáta tua: & ipsa concépit filium in senectúte sua. Et hic mensis, est sext⁹ illi, quæ vocàtur stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María. Ecce ancílla Dómini: fiat mihi secúndùm verbum tuum. **Offer.** Confortámini, & iam nolíte timêre: ecce enim Deus noster retríbuet iudícium: Ipse véniet, & saluos nos fáciet. Isa 35.

Secreta.

ACcépta tibi sint quęsumus Dómine nostra iciúnia: quæ & tua grátia nos expiándo dignos efficiant: & ad sempitérna promíssa perdúcãt. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum: qui tecum. &c.

Aliæ Secretæ. In méntibus nostris. Protege nos Dómine. vt in Dominica prima, fol. 3.

Comm. Ecce virgo concípiet, & páriet fílium: & vocábitur nomen eius Emmanuél. Isa. 7. **Complen.**

SAlutâris tui Dómine múnere satiáti, súpplices deprecâmur: vt cuius lætâmur gustu; renouémur efféctu. Per.

Aliæ Complen. Grátiam tuam. Quæsumus Dómine. vt in Dominica prima, fol. 3.

FERIA SEXTA Quatuor Temporum, Introitus.

DRopè es tu Dñe: & omnes viæ tuę véritas: inítiò cognóui de testimóniis tuis: quia in ætérnum tu es. Psal. B eáti immaculâti in via: qui ámbulant in lege Dñi. Psa. 118. ibid.

Ver. Gloria patri. Post K yrieel. dicit, Dñs vobisc.

Oratio.

EXcita quæsumus Dómine potẽtiam tuam, & veni: vt hi, qui in tua pietâte confídunt; ab omni cítiùs aduersitáte liberéntur. Qui viuis.

Oratio. Deus qui de beátæ. & Eccléstæ. vt signantur in prima Dñica.

Léctio Isaiæ Prophétæ.

HÆc dicit Dñs Deus. Egrediétur virga de radíce Iesse: & flos de radice eius ascéndet. Et requiéscet super eum spíritus Dómini: spíritus sapiéntiæ & intelléctus: spíritus consílii & fortitúdinis: spíritus sciéntiæ & pietâtis: & replébit eum spíritus timôris Dómini. Non secúndùm visiónem oculôrum iudicábit: neque secúndùm auditum áurium árguet: sed iudicábit in iustítia páuperes: & árguet in ęquitáte pro mansuétis terrę. Et percútiet terram virga oris sui: & spíritu labiôrum suôrum interfíciet ímpium. Et erit iustítia cíngulum lũbôrum eius: & fides cinctórium renum eius. Cap. 11. **Grad.** Osténde nobis Dómine misericórdiam tuã: & salutâre tuum da nobis. Psa. 84. **Ver.** Benedixísti Dómine terram tuã: auertísti captiuitátẽ Iacob.

Sequéntia sancti Euangélii secúndùm Lucam.

IN illo témpore: Exúrgens María Cap. 1. abiit

ábiit in mōtána cū festinatióne in ciuitátē Iuda: & intráuit in domū Zachariæ: & salutáuit Elizabéth. Et factū est, vt audíuit salutatiónē Maríæ Elizabéth: exultáuit ínfās in útero eius. Et repléta est spiritusáncto Elizabéth: & exclamáuit voce magna, & dixit: Benedícta tu inter mulíeres: & benedíctus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt véniat mater Dñi mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutatiónis tuæ in auribus meis: exultáuit in gáudio ínfans in vtero meo. Et beáta quę credidísti: quóniā perficiētur ea, quę dicta sūt tibi à Dño. Et ait María. Magnífícat ánima mea Dñm. Et exultáuit spíritus meus, in Deo salutâri meo. Offer. Deus tu conuértés viuificábis nos: & plebs tua lætábitur in te: osténde nobis Dñe misericórdiā tuam: & salutâre tuū da nobis. Secreta

MVNEribus nostris quæsumus Dómine, précibusq; suscéptis: & cæléstibus nos munda mystériis: & cleménter exáudi. Per. Alię Secre. In méntibus nostris. Protege nos. vt in I. Dñica. fol. 3. Cōm. Ecce Dñs véniet, & omnes sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna. Complen.

TVi nos Dñe sacraménti libátio sancta restáuret: & à vetustâte purgátos, in mystérii salutâris fáciat transíre consórtium. Per. Alię Complen. Grátiam tuam. Quęsumº Dómine. vt in I. Dominica.

SABBATHO QVATVOR Temporum. Introitus.

MEni, & osténde nobis fáciem tuam Dómine, qui sedes super Cherubím: & salui érimº. Psal. Qui regis Israël inténde: qui dedúcis velut ouem Ioseph. Ver. Glória Patri. Sine Dominus vobisc. dicitur hæc Oratio, & quatuor sequentes. Sed ante singulas dicatur. Orémus.

DEus qui cōspicis quia ex nostra prauitáte afflígimur: concéde propítius: vt ex tua visitatióne consolémur. Qui viuis.

Léctio Isaiæ Prophétæ.

IN diébus illis. Clamábunt ad Dóminum a fácie tribulántis: & mittet eis saluatôrem, & propugnatôrem: qui líberet eos. Et cognoscétur Dóminus ab Ægypto: & cognóscent Aegyptii Dóminum in die illa: & colent eum in hóstiis & munéribus: & vota vouébunt Dómino, & soluent. Et percútiet Dóminus Aegyptū plaga, & sanábit eam: & reuerténtur ad Dóminum, & placábitur eis: & sanábit eos Dóminus Deus noster. Grad.

A summo cælo egréssio eius: & occúrsus eius vsque ad summum eius. ℣. Cæli enarrant gloriam Dei: & ópera manuū eius annūciat firmaméntū. Oratio.

CONcéde quæsumus omnípotēs Deus: vt qui sub peccáti iugo ex vetústa seruitúte deprímimur: expectáta vnigéniti tui natiuitâte liberêmur. Qui tecum.

Léctio Isaiæ Prophétæ.

HAec dicit Dóminus. Lętábitur deférta & ínuia: & exultâbit solitûdo: & florébit quasi líliū. Germinans germinábit: & exultâbit lætabúnda & laudans. Glória Líbani data est ei: decor Carméli & Saron. Ipsi vidébunt glóriam Dómini: & decórem Dei nostri. Confortâte manus dissolútas: & génua debília roborâte. Dícite pusillánimis. Confortámini, & nolite timêre. Ecce Deus noster

vltiónem

vltiónem addúcet retributiónis: Deus ipſe véniet, & ſaluábit nos. Tunc aperiéntur óculi cœcórum: & aures ſurdôrum patébunt. Tunc ſáliet, ſicut ceruus, claudus: & apérta erit lingua mutôrum: quia ſciſſæ ſunt in deſérto aquæ, & torrẽtes in ſolitúdine. Et quæ erat árida, erit in ſtagnum: & ſítiens in fontes aquârum. Ait Dómi
Pſa: 18. nus omnípotens. Grad. In ſole póſuit tabernáculum ſuum; & ipſe tanquam ſpõſus procédens de thálamo ſuo. Ver. A ſummo cælo egréſsio eius: & occúrſus eius vſque ad ſummũ eius. Oratio.

INdígnos nos quæſumus Dómine fámulos tuos: quos actiónis própriæ culpa contríſtat: vnigéniti filii tui aduéntu lætífica. Qui tecum.

Lectio Iſaiæ Prophetæ.

Cap 4. HAec dicit Dóminus. Super mõtem excélſum aſcénde tu, qui euangelízas Sion. Exálta in fortitúdine vocem tuam, qui euangelízas Ieruſalém. Exálta, noli timére. Dic ciuitátibus Iudæ. Ecce Deus veſter: Ecce Dñs Deus in fortitúdine véniet: & bráchium eius dominábitur. Ecce merces eius cum eo: & opus illius coram ipſo. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet: & in bráchio ſuo congregábit agnos: & in ſinu ſuo leuábit eos
Pſa 79 Dóminus Deus noſter. Grad. Dómine Deus virtútum conuérte nos: & oſténde fáciem tuã, & ſalui érimus. Ver. Excita Dómine poténtiam tuam, & veni: vt ſaluos fácias nos. Oratio.

PRæſta quęſumus omnípotẽs Deus: vt filii tui ventûra ſolénnitas: & præſéntis nobis vitæ remédia cónferat: & præmia ætérna concédat. Qui tecum viuit.

Lectio Iſaiæ Prophetæ.

HÆC dicit Dñus CHriſto meo Cyro: cuius apprehéndi déxterã, vt ſubiíciam ante fáciem eius gentes: & dorſa regum vertam: & apériam coram eo iánuas: & portæ non claudéntur. Ego ante te ibo: & glorióſos terræ humiliábo. Portas æreas cónteram: & vectes férreos confríngam. Et dabo tibi theſáuros abſcónditos, & arcána ſecretôrum: vt ſcias, quia ego Dóminus, qui voco nomen tuum, Deus Iſráèl: propter Iacob ſeruum meum, & Iſráèl electũ meum. Et vocaui te nómine tuo: aſſimiláui te, & nõ cognouíſti me. Ego Dóminus, & non eſt ámplius: extra me non eſt Deus, Accinxi te, & non cognouíſti me: vt ſciant hi, qui ab ortu ſolis, & qui ab occidénte: quóniam absque me non eſt Deus. Ego Dóminus, & non eſt alter: formans lucem, & creans ténebras: fáciens pacem, & creans malum. Ego Dóminus, fáciens ómnia hæc. Rorâte cæli déſuper, & nubes pluant iuſtũ: aperiâtur terra, & gérminet ſaluatôrẽ: & iuſtítia oriâtur ſimul. Ego Dóminus creáui eum. Grad. Excita Dómine poténtiam tuam, & veni: vt ſaluos fácias nos. Ver. Qui regis Iſraël intẽde: qui dedúcis velut ouem Ioſeph: q ſedes ſuper Cherubím, appâre corã Ephraím, Beniámin, & Manâſſe. Oratio.

PReces pópuli tui quæſumus Dómine cleménter exáudi: vt qui iuſtè pro peccátis nóſtris afflígimur: pietátis tuæ viſitatióne conſolêmur. Qui viuis & regnas. &c.

Lectio Danielis Prophetæ.

Cap 45. Pſa. 79. Dan 3. IN diébus illis. Angelus Dómini deſcéndit cum Azária & ſóciis eius in fornácem: & excúſſit flammam ignis

de for-

de fornáce: & feci médiũ fornácis quaſi ventum roris flantem. Flamma autem diffúſa eſt ſuper fornácem cúbitis quadragínta nouem: & incẽdit quos réperit iuxta fornácẽ de Chaldæis miníſtros regis, qui eam incendébant. Illos autem omninò non tétigit ignis, neq; cõtriſtáuit, nec quicquàm moléſtiæ íntulit. Tunc hi tres, quaſi ex vno ore laudábant, & glorificábant, & benedicébant Deum in fornáce dicéntes. Hymnus, Benedíctus es Dómine Deus patrum noſtrôrũ. Et laudábilis & glorióſus in ſécula. Ver. Et benedíctum nomen glóriæ tuæ, quod eſt ſanctũ. Et laudábile & glorióſum in ſecula. Ver. Benedíctus es in tẽplo ſancto glóriæ tuæ. Et laudábilis & glorióſus in ſécula. Ver. Benedíctus es ſuper thronum ſanctũ regni tui. Et laudábilis. Ver. Benedíctus es ſuper ſceptrum diuinitátis tuæ. Et laudábilis. Ver. Benedíctus es, qui ſedes ſuper Chérubím íntuens abyſſos. Et laudábilis. Ver. Benedíctus es, qui ámbulas ſuper pennas ventôrum. Et laudábilis. Ver. Benedícãt te omnes Angeli, & ſancti tui. Laudábilem & glorióſũ in ſécula. Ver. Benedícant te cæli, terra, mare, & ómnia quæ in eis ſunt. Laudábilem. Ver. Glória patri, & filio, & ſpirítui ſãcto. Laudábili & glorióſo in ſécula. Ver. Sicut erat in princípio, & nunc & ſemper, & in ſécula ſeculôrum, Amen. Et laudábilis & glorióſus in ſécula. Benedíctus es Dómine Deus patrum noſtrôrum. Et laudábilis & glorióſus in ſécula. Hîc dicitur. Dóminus vobíſcum.

Dan 3.

Oratio.

DEus qui tribus púeris mitigâſti flammas ígnium: concéde propítius: vt nos fámulos tuos non exûrat flamma vitiôrum. Per.

De S. Maria. Oratio.

DEus qui de beâtæ Maríæ vírginis útero verbum tuum ángelo nunciante carnem ſuſcípere voluíſti: præſta ſupplícibus tuis: vt qui verè eam dei genitrícẽ crédimus: eius apud te interceſsiónibus adiuuêmur.

Pro Papa. Oratio.

DEus ómnium fidéliũ paſtor & rector: fámulũ tuum N quem paſtôrem eccléſiæ tuæ præéſſe voluíſti propítius réſpice: da ei quæſumus verbo & exémplo quibus præeſt proficere: vt ad vitã vna cum grege ſibi crédito peruéniat ſempitérnam. Per.

Léctio epiſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Theſſalonicénſes.

FRatres. Rogámus vos per aduéntum Dómini noſtri Ieſu Chriſti: & noſtræ cõgregatiónis in ipſum, vt non citò moueámini à veſtro ſenſu: neque terreámini, neq. per ſpíritum, neque per ſermónem, neq. per epiſtolam, tanquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies Dómini. Ne quis vos ſedúcat vllo modo: quóniam, niſi vénerit diſcéſsio primùm, & reuelátus fuerit homo peccáti, fílius perditiônis, qui aduerſatur, & extóllitur ſuper omne quod dícitur Deus, aut quod cólitur: ita vt in tẽplo Dei ſédeat, oſtêndens ſe tanquàm ſit Deus. Non retinétis, quòd cùm adhuc eſſem apud vos, hæc dicébã vobis? Et nũc quid detíneat ſcitis: vt reuelêtur in ſuo tẽpore. Nam myſtérium operâtur iam iniquitâtis: tantùm vt qui tenet, nũc téneat, donec de médio fiat. Et tunc reuelábitur ille iníquus, quem Dóminus Ieſus interfíciet ſpíritu oris ſui: & déſtruet illuſtratióne aduéntus ſui.

2. ca 2.

Tractus. Qui regis Iſraël inténde: qui

Pſa 79.

dedûcis, velut ouem, Ioſeph. Ver. Qui ſedes ſuper Cherubím; appâre coram Ephraím, Beniamín, & Manâſſe. Ver. Excita Dómine poténtiam tuam, & veni: vt ſaluos fácias nos.

Sequéntia ſancti Euangelij ſecúndùm Lucam.

Cap 3. Anno quintodécimo Impérii Tyberii Cæſaris, procurânte Póntio Piláto Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herôde, Philíppo autem fratre eius tetrarcha Ituræę & Trachonítidis regiónis, & Lyſánia Abilínæ tetrarcha, ſub princípibus ſacerdótum Anna & Caiphá: factum eſt verbum Dómini ſuper Ioánnem Zachariæ filiũ in deſérto. Et venit in omnem regiónem Iordánis, prædicans baptíſmum pœniténtiæ in remiſsiônẽ peccatôrum: ſicut ſcriptum eſt in libro ſermónum Iſaíæ prophétæ. Vox clamántis in deſérto. Paráte viã Dómini, rectas fácite ſémitas eius. Omnis vallis implébitur: & omnis mons & collis humiliábitur. Et erunt praua in dirécta: & áſpera in vias planas. Et vidébit omnis caro ſalutâre Dei.

Za 9 Offer. Exúlta ſatis filia Sion: prædica filia Ierúſalem: ecce rex tuus venit tibi, ſanctus, & ſaluâtor. Secre. Sacrifíciis præſéntibus quæſumus Dñe placátus inténde: vt & deuotióni noſtrę proficiant, & ſalúti. Per Do.

De Sancta Maria. Secreta.

IN méntibus noſtris quæſumus Dómine veræ fídei ſacraménta cõfirma: vt qui concéptum de vírgine Deum verum & hóminem confitémur: per eius ſalutíferæ reſurrectiónis poténtiam, ad æternã mereâmur peruenîre lætítiam

Pro Papa. Secreta.

OBlátis quæſumus Dómine placâre munéribus: & fámulum tuum N. quem paſtôrẽ eccléſiæ tuæ præéſſe voluíſti, aſsídua protectióne gubérna. Per Dóminum noſtrum.

Com. Exultáuit vt gigas ad currẽdam viam: à ſummo cælo egréſsio eius: & occúrſus eius vſque ad ſummum eius. Pſa. 18.

Complen. Quæſumus Dómine Deus noſter: vt ſacroſáncta myſtéria quæ pro reparatiónis noſtræ munímine contulíſti: & præſens nobis remédium eſſe fácias & futûrum. Per.

De S. Maria. Complen.

GRátiam tuam quæſumus Dómine méntibus noſtris infúnde: vt qui ángelo nuntiánte Chriſti filii tui incarnatiônem cognóuimus: per paſsiônem eius & crucem ad reſurrectiônis glóriam perducâmur.

Pro Papa. Complen.

HAcc nos quæſumus Dñe diuini ſacraménti percéptio prótegat: & fámulum tuum N. quem paſtórem eccléſiæ tuæ præéſſe voluíſti: vnà cum commíſſo ſibi grege ſaluet ſemper & múniat. Per.

DOMINICA QVARTA de Aduentu.



Eménto noſtri Dómine in beneplácito pópuli tui: víſita nos in ſalutâri tuo, ad vidéndum in bonitáte electôrũ tuôrum, in lætítia gentis tuæ: vt laudêris cum hæreditâte tua. Pſal. Peccáuimus cum pátribus noſtris: iniúſtè égimus, iniquitâtem fécimus. Ver. Glória patri. Non dicitur Glória in excélſis. Pſa. 150.

Oratio.

Excita

EXcita quæsumus Dñe poténtiã tuã,& veni:& magna nobis virtúte succûrre: vt per auxíliũ grátiæ tuæ quod nostra peccáta prępédiũt: indulgẽtia tuæ propitiatiônis accélleret. Qui viuis & regnas. Oratio. De us qui nobis sub sac. & De eus qui de beátę. vt in prima Dominica. fol. 3.

Léctio epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Philippénses.

Cap 4. FRatres: Gaudête in Dño semper: íterum dico, gaudête. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus. Dóminus enim propè est. Nihil solíciti sitis: sed in omni oratiône & obsecratiône cum gratiârũ actiône, petitiônes vestrę innotêscant apud Deum. Et pax Dei, quæ exúperat omnem sensum, custódiat corda vestra, & intelligéntias vestras: in Christo Iesu Dómino nostro. Grad. Propè est Dóminus ómnibus inuocántibus eũ: ómnibus, qui ínuocant eum in veritáte. Ver. Laudẽ Dómini loquêtur os meũ: & benedícat omnis caro nomen sanctũ eius. Allelúia. Ver. Veni Dñe & noli tardâre: reláxa facínora plebis. Allelúia.

Sequéntia sancti Euangélii secúndum Ioánnem.

Cap 1. IN illo témpore: Misêrunt Iudæi ab Ieroſólymis Sacerdótes & Leuítas ad Ioánnem, vt interrogârent eum: Tu quis es? Et conféssus est: quia nõ sum ego Christus. Et interrogauêrũt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit. Non sum. Prophéta es tu? Et respóndit. Non. Dixêrunt ergo ei. Quis es, vt respónsum demus his, qui misêrũt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamántis in desérto: dirígite viam Dómini, sicut dixit Isaías Prophéta. Et qui missi fuêrant, erant ex Pharisæis. Et interrogauêrunt eum, & dixêrunt ei. Quid ergo baptízas, si tu non es Christus, neq; Elías, neq; Prophéta? Respóndit eis Ioánnes dicens. Ego baptízo in aqua: médius autem vestrum stetit, quem vos nescítis. Ipse est, qui post me ventûrus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrígiam calce aménti. Hæc in Bethánia facta sunt trans Iordánem, vbi erat Ioánnes baptízans. Offer. Aue María grátia plena, Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructº ventris tui.

Secreta.

SAcrifícium quod tibi Dñe supplíciter immolâmus placátus intén de; vt & deuotiôni nostræ profíciat, & salúti. Per. Eccléſiæ tuæ. In méntibus nostris. fol. 3. Comm. Ecce virgo concípiet, & páriet filium: & vocábitur nomẽ eius Emmanuél. Comp.

SVmptis munéribus quæsumº Dómine: vt cum frequentatiône mystérii crescat nostræ salútis efféctus. Per Dóminum. Fac nos quæsumus. Gratiam tuam. fol. 3.

¶ Infra hanc hebdomadam vsque ad vigiliam Natiuitatis Domini, celebratur Missa maior hoc ordine. Si Natalis Domini feria quarta euenerit, præcedente feria ii. dicatur solenniter Missa de B. Maria. Si feria v. idem fiat feria iii. Si feria vi. fiat feria iii. eodem modo; feria iiii. de Dominica. Si Sabbatho, dicatur feria ii. Missa de vigilia S. Thomæ: feria iiii. de Dominica; feria v. de B. Maria solenniter cum memor: corporis Christi. Si in Dominica, fiat feria secunda de B. Maria solenniter: feria tertia de vigilia Apostoli: feria v. de corpore Christi, feria vi. de Dñica.

IN VIGILIA NATIVITAtis Domini. Introitus.

Ex 16.  Odie sciétis quia véniet Dóminus,& saluábit nos: & mane vidébitis glóriam eius. Psal. Dómini est terra & plenitúdo eius: orbis terrârum, & vniuérsi qui hábitant in eo. Ver. Glória patri. Kyrieel. duplex secundum, sine Glória in excésis.

Pſa. 23.

Oratio.

DEus qui nos redemptiônis nostræ ánnua expectatiône lætíficas: præsta quæsumus: vt vnigénitum tuum quem redemptôrem suscípimus: veniéntem quoq; iúdicem secûri videámus: Dñum nostrũ, I. C. Sola dicatur, nisi Dñica fuerit. Potest tamen Oratio de Dñica omitti, si de ea seorsum Missa dicta fuerit. Sequens, & sequentium trium Missarum prophetiæ leguntur in tono lectionis.

Léctio Isaíæ Prophétæ.

Cap 62. HAec dicit Dóminus. Propter Sion non tacébo, & propter Ierusalém non quiéscam: donec egrediâtur vt splendor iustus eius, & saluátor eius vt lampas accendâtur. Et vidébunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum. Et vocábitur tibi nomen nouum, quod os Dómini nominábit. Et eris coróna glóriæ in manu Dómini, & diadéma regni in manu Dei tui. Non vocáberis vltrà Derelícta: & terra tua non vocábitur ámplius Desoláta: sed vocáberis Volúntas mea in ea. Et terra tua inhabitábitur: quia complácuit Dómino in te. Deinde sine interuallo dicatur. Léctio epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

Cap 1. FRatres. Paulus seruus Iesu Christi, vocátus Apóstolus, segregâtus in Euangéliũ Dei, quod antè promíserat per Prophétas suos in scriptûris sãctis de fílio suo: q factus est ei ex sémine Dauid secundũ carnẽ: qui prędestinátus est fílius Dei in virtúte secúndũ spíritũ sãctificatiônis, ex resurrectiône mortuôrũ Iesu Christi Dñi nostri. Per quẽ accépimus grátiã & apostolátũ, ad obediẽdũ fidei in ómnibus gẽtibus pro nómine eius: in quibus estis & vos vocáti Iesu Christi Dñi no. Hoc idem obseruetur in tribus sequentibus Missis, vt finita prophetia sine interuallo dicatur Epistola. Gradual. Hódie sciétis, quia véniet Dóminus, & saluábit nos: & mane vidébitis glóriam eius. Ver. Qui regis Israël inténde: qui dedúcis velut ouem Ioseph: qui sedes super Cherubím, appâre coram Ephraím, Beniamín & Manâsse. Si Dominica fuerit. Allelúia. Ver. Hódie sciétis, quia véniet Dóminus; & mane vidébitis glóriã eius. Allelúia.

Exo 16. Pſa. 79. Exo 16.

Sequéntia sancti Euangélii secúndùm Matthæum.

Cap 1. IN illo témpore. Cùm esset desponsáta mater Iesu María Ioseph: antequàm couenîrent, inuénta est in útero habens de Spíritu sancto. Ioseph autẽ vir eius cũ esset iustus; & nollet eam tradùcere: vóluit occúltè dimîttere eam. Hæc autem illo cogitánte, ecce ángelus Dómini in somnis appâruit ei, dicens. Ioseph fili Dauid, noli timêre accípere Maríam cóniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Páriet autem fíliũ: & vocábis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum fáciet pópulum suum à peccátis eôrum.

Pſa. 2.

Offer. Tóllite portas príncipes vestras

Pſa. 23.

& ele-

& eleuámini portæ æternâles, & introíbit rex glóriæ. Secreta.

DA nobis quæsumus omnípotẽs Deus: vt sicut adoránda filii tui natalítia præuénimus: sic eius múnera capiámus supérna gaudéntes. Qui tecum. Præfatio communis sub nota duplici. Cõm. Reuelábitur glória Dómini, & vidébit omnis caro salutâre Dei nostri. Isa. 40. Complen.

DA nobis quæsumus Dómine vnigéniti fílii natiuitâte recensita respirâre: cuius cælesti mysténio páscimur & potâmur. Per eundem.

Dicitur Benedicamus D. sub nota duplici. Si hæc vigilia in Dominica die venerit, Missa matutina de Dominica erit: Meménto. Maior verò de Vigilia: Hodie scietis. Sacerdos quoniam in die Natalis Domini celebrat tres Missas, in prima & secunda Missa nõ sumat purificationem, sed in tertia missa.

IN NATIVITATE DOMINI.



AD PRIMAM MISSAM IN galli cantu. Introitus.

Pſa. 2. DOmin⁹ dixit ad me: fílius meus es tu, ego hodie génui te. Psal. Quare fremuêrunt gentes: & pópuli meditáti sunt ináni a? Ver. Glória patri. Kyrieeleison minus totumduplex. Oratio.

DEus qui hanc sacratíssimam nóctem veri lúminis fecísti splendóre claréscere: da quæsumus: vt cuius lucis mystéria in terra cognóuimus: eius quoque gáudiis in cælo perfruâmur. Qui tecum viuit.

Léctio Isaíæ Prophétæ.

HAEc dicit Dóminus. Pópulus qui ambulábat in ténebris, vidit lucem magnam: habitántibus in regióne vmbræ mortis, lux orta est eis. Páruulus enim natus est nobis, & fílius datus est nobis. Et factus est principátus eius super húmerũ eius: & vocábitur nomen eius admirábilis, consiliárius, Deus fortis, pater fu- Ca 9.

tûri ſéculi, princeps pacis. Multiplicábitur eius impérium, & pacis non erit finis. Super ſólium Dauid, & ſuper regnum eius ſedébit: vt confírmet illud & corróboret in iudício & iuſtítia à modò & vſq. in ſempitérnũ.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Titum.

Cap 2. CHariſsime. Appáruit grátia Dei ſaluatôris noſtri ómnibus homínibus, erúdiens nos: vt abnegántes impietâtem & ſeculária deſidéria, ſóbriè,& iuſtè,& piè viuámus in hoc ſéculo: expectántes beátam ſpem,& aduéntum glóriæ magni Dei, & ſaluatôris noſtri Ieſu Chriſti. Qui dedit ſemetípſum pro nobis; vt nos redímeret ab omni iniquitáte:& mundâret ſibi pópulum acceptábilem, ſectatôrem bonôrum óperũ. Hæc lóquere, & exhortâre: in Chriſto Ieſu Dómino noſtro. Grad. Tecũ princípium in die virtútis tuæ: in ſplendóribus ſanctôrum, ex útero ante lucíferum génui te. Ver. Dixit Dóminus Dómino meo: ſede à dextris meis: donec ponã inimícos tuos ſcabéllum pedum tuôrũ. Allelúia. Ver. Dóminus dixit ad me:fílius meus es tu, ego hódie génui te. Allelúia. Proſa; cuius prior verſus dicitur ter: poſterior verò ſemel tantùm. Quod in omnibus tribus Miſsis obſeruet. Grates nũc omnes reddâmus Dómino Deo, qui ſua natiuitâte nos liberâuit de diabólica poteſtáte. Huic opórtet vt canâmus cũ ángelis ſemper, glória in excélſis. Dicitur eodem modo per totam octauam vſq. ad Circumciſionem Domini excluſiuè: excepto feſto SS. Innocentum, ſi venerit extra Dominicam.

Pſa. 09.

Pſa. 2.

Sequentia ſancti Euangelii ſecúndum Lucam.

Cap 2. IN illo témpore. Exiit edíctũ à Cæſare Augúſto, vt deſcriberêtur vniuérſus orbis. Hæc deſcríptio prima, facta eſt à præſide Syriæ Cyrino. Et ibant omnes,vt profiteréntur, ſingúli in ſuam ciuitátem. Aſcéndit autem & Ioſeph à Galilæa de ciuitáte Nazaréth, in Iudæam, ciuitátem Dauid, quæ vocâtur Bethlehém:eò quòd eſſet de domo & família Dauid: vt profiterétur cum María deſponſáta ſibi vxôre,prægnánte. Factum eſt autem, cùm eſsẽt ibi, impléti ſunt dies vt páreret. Et péperit fílium ſuum primogénitum: & pannis eum inuóluit:& reclinâuit eum in præſépio: quia nõ erat ei locus in diuerſório. Et paſtôres erãt in regióne eadem vigilántes, & cuſtodiéntes vigílias noctis ſuper gregem ſuũ. Et ecce, ángelus Dómini ſtetit iuxta illos:& cláritas Dei circumfúlſit illos: & timuêrunt timôre magno. Et dixit illis ángelus. Nolíte timêre. Ecce enim euangelízo vobis gáudium magnum, quod erit omni pópulo: quia natus eſt vobis hódie ſaluâtor, qui eſt Chriſtus Dóminus, in ciuitáte Dauid.Et hoc vobis ſignũ. Inueniétis infántẽ pannis inuolútũ, & póſitum in præſépio. Et ſúbitò facta eſt cum ángelo multitúdo milítiæ cæléſtis, laudántium Deum & dicéntium. Glória in altíſsimis Deo:& in terra pax homínibus bonę voluntátis. Credo. Offer. Læténtur cæli, & exúltet terra ante fáciem Dómini: quóniam venit. Secreta.

Cap 2.

ACcépta tibi ſit Dómine quæſumus hodiérnæ feſtiuitâtis oblatio: vt tua grátia largiénte: per hæc ſacroſáncta commértia in illíus inueniâmur forma: in qua tecum eſt no-

ſtra

ſtra ſubſtántia. Qui tecum. Præfatio. Quia per incarnati. Et dicitur quotidie vſq. ad Epiphaniam, præterquam in feſto & octaua S. Ioannis. Infra actionẽ. Communicántes & noctem ſacratíſsimam. Et dicitur quotidie vſq. ad octauã Natiuitatis Dñi incluſiuè. In hac Miſſa tantùm dicitur noctem, deinceps verò diem. Com. In ſplendóribꝰ ſanctôrũ ex útero ante lucíferũ génui te. Cõplẽ.

DA nobis quæſumus Dñe Deus noſter: vt qui natiuitâtem Dómini noſtri Ieſu Chriſti nos frequentâre gaudémus: dignis conuerſatiónibus ad eius mereâmur peruenîre conſórtiũ. Qui tecum viuit & regnat.

Debet ſacerdos ante quamlibet Miſſam confeſsionem dicere, & in fine cuiuſlibet populo benedicere, & Euangeliũ S. Ioannis In princípio erat verbum legere. Poſt tertiam verò Miſſam, loco prędicti euangelii dicitur euangeliũ. Cùm natus eſſet Ieſus quod in die Epiphaniæ legitur.

AD SECVNDAM MISSAM in Aurora. Introitus.

Iſa. 9. LVX fulgébit hódie ſuper nos: quia natus eſt nobis Dóminus: & vocábitur admirábilis, Deus, princeps pacis, pater futûri ſéculi: cuius regni non erit finis.

Pſa. 92. Pſal. Dominus regnâuit, decôrẽ indútus eſt: indútus eſt Dóminus fortitúdinem, & prędcínxit ſe. Ver. Gloria. Kyrie duplex cũ Gloria inexcelſis. Oratio

DA quæſumus omnípotens Deus: vt qui noua incarnáti verbi tui luce perfúndimur; hoc in noſtro reſpléndeat ópere; quod per fidem fulget in mente. Item pro S. Anaſtaſia Oratio.

DA quæſumus omnípotens Deus: vt qui beátæ Anaſtaſiæ martyris tuæ ſolénnia cólimus: eius apud te patrocínia ſentiámus. Per. ſub vna concluſione. Léctio Iſaiæ prophétæ.

Cap 61. HAec dicit Dñs. Spíritus Dómini ſuper me, eò quòd únxerit me. Ad annunciándũ manſuétis miſit me: vt medêrer contrítos corde, & prædicârem captíuis indulgéntiam, & clauſis apertiónem. Vt prædicârem annum placábilem Dómino, & diem vltiônis Deo noſtro. Vt conſolârer omnes lugéntes, & pónerem fortitúdinem lugéntibus Sion; & darem eis corónam pro cínere, óleum gáudii pro luctu, pállium laudis pro ſpíritu mœrôris. Et vocabúntur in ea fortes iuſtítiæ, plantátio Dómini ad glorificándũ.

Cap 62. Ecce Dóminus audítum fecit in extrémis terræ. Dícite filiæ Sion. Ecce Saluátor tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Et vocábunt eos pópulus ſanctus: redémpti à Dómino Deo noſtro.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Titum.

Cap 3. CharíſSime. Appáruit benígnitas & humánitas Saluatôris noſtri Dei: non ex opéribus iuſtítiæ, quæ fécimus nos: ſed ſecúndum ſuam miſericórdiam ſaluos nos fecit: per lauácrum regeneratiónis, & renouatiónis ſpirituſſáncti: quem effúdit in nos abúnde, per Ieſum Chriſtum Saluatôrem noſtrũ. Vt iuſtificâti grátia ipſius, hęrédes ſimus ſecúndum ſpem vitæ ætérnæ: in Chriſto Ieſu Dómino noſtro. Gradua. Benedíctus qui venit

Pſa. 117. in nómine Dómini: Deus Dóminus, &

illúxit nobis. Ver. A Dómino factũ eſt iſtud: & eſt mirábile in óculis noſtris. Allelúia. Ver. Dóminus regnáuit, decôrem índuit: índuit Dóminus fortitúdinem: & præcínxit ſe virtûte. Allelúia. Proſa. Grates nunc omnes reddámus Dómino Deo, qui ſua natiuitâte nos liberâuit de diabólica poteſtâte. Huic opórtet vt canámus cum ángelis ſemper, Glória in excélſis.

Pſa. 92.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndum Lucam.

Cap 2.

IN illo témpore. Paſtôres loquebãtur ad ínuicem. Tranſeámus vſque Bethlehém: & videámus hoc verbũ, quod factum eſt, quod fecit Dóminus, & oſténdit nobis. Et venêrunt feſtinántes: & inuenérunt Maríam & Ioſeph, & infántem póſitum in præſépio. Vidéntes autem, cognouêrunt de verbo, quod dictum erat illis de púero hoc. Et omnes qui audíerant, miráti ſunt: & de his quæ dicta erãt à paſtóribus ad ipſos. María autem conſeruábat ómnia verba hæc, & cõferens in corde ſuo. Et reuérſi ſunt paſtôres, glorificántes & laudántes Deum in ómnibus quæ audíerant, & víderant: ſicut dictũ eſt ad illos. Credo. Offer. Deus firmáuit orbem terrę qui non commouébitur: parâta ſedes tua Deus ex tũc, à ſéculo tu es. Secreta.

Pſa 92.

MVnera noſtra quæſumus Dñe natiuitátis hodiérnæ myſtériis apta prouéniant; & pacem nobis ſemper infúndant: vt ſicut homo génitus idẽ refúlſit Deus: ſic nobis hæc terréna ſubſtántia cónferat quod diuínum eſt. Pro S. Anaſtaſia Secreta.

SVſcipe quæſumus Dómine múnera dignánter oblâta: & beátæ Anaſtáſiæ ſuffragántibus méritis ad noſtrę ſalútis auxíliũ prouenîre concéde. Per. Præfatio Quia per incarnáti. Communicántes, & diem ſacratíſſimum. Comm. Exúlta ſatis filia Sion: lauda filia Ieruſalém: ecce rex tuus venit ſanctus, & Saluátor mundi. Comp.

Zac 9.

HVius nos quæſumus Dñe ſacraménti ſemper nóuitas natális inſtâuret: cuius nati diuínitas ſingulâris humânam répulit vetuſtátem.

Pro S. Anaſtaſia, Complen.

SAtiáſti Dómine famíliam tuam munéribus ſacris: eius quæſumus interuentiône ſemper nos refóue, cuius ſolénnia celebrâmus. Per.

AD TERTIAM, SEV MAIOREM MISSAM. Introitus.

Cap 1.



Ver natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: cuius impériũ ſuper húmerũ eius: & vocábitur nomẽ eius mágni conſílii ángelus. Pſal. Cantáte cánticum nouum: quia mirabília fecit. Ver. Glória patri. Kyrie mai⁹ totũduplex. Oratio.

Isa 9.

Pſa. 97.

COncéde quæſumus omnípotens Deus: vt nos vnigéniti tui noua per carnem natíuitas líberet: quos ſub peccáti iugo vetúſta ſéruitus tenet. Per eúndem Dñm noſtrũ.

Pſa. 96.

Pſa. 103.

Pſa. 44.

Léctio Iſaiæ Prophétæ.

HAec dicit Dómin⁹. Propter hoc ſciet pópulus meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe qui loquébar, ecce aſſum. Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciántis & prædicántis pacem: annunciántis bonum, prædicántis ſalútem, dicéntis Sion: regnábit Deus tuus. Vox ſpeculatôrum tuôrum, leuauêrunt vo-

Cap 52.

Pſa. 101.

cem:

cem: ſimul laudábunt: quia óculo ad óculum vidébunt cùm conuérterit Dóminus Sion. Gaudéte,& laudáte ſimul deſérta Ieruſalém: quia conſolátus eſt Dóminus pópulum ſuum: redémit Ieruſalém. Parâuit Dóminus bráchium ſanctum ſuum in óculis ómnium géntium.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

Cap 1. FRatres. Multifáriam multisque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis: nouíſsimè diébus iſtis locútus eſt nobis in filio: quem conſtítuit hęrédem vniuerſôrum: per quē fecit & ſécula. Qui cùm ſit ſplēdor glóriæ, & figura ſubſtántiæ eius: portánsq. ómnia verbo virtútis ſuæ: purgatiônem peccatôrum faciens, ſedet ad déxterā maieſtátis in excélſis: tantò mélior ángelis efféctus, quā tò differētius præ illis nomen hæreditâuit. Cui enim dixit aliquándo angelôrum. Fílius meus es tu, ego hódie génui te. Et rurſum. Et ego ero illi in patrem: & ipſe mihi in filium? Et cùm íterum introdúcit primogénitū in orbem terræ dicit. Et adôrent eum omnes ángeli Dei. Et ad ángelos quidem dicit. Qui facit ángelos ſuos, ſpíritus: & miníſtros ſuos flammā ignis. Ad filium autem. Thronus tuus Deus in ſéculum ſéculi: virga æquitátis, virga regni tui. Dilexíſti iuſtítiam, & odíſti iniquitátem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus óleo exultatiónis, præ particípibus tuis. Et, tu in princípio terram fundâſti: & ópera manuum tuârum ſunt cæli. Ipſi períbūt, tu autem permanébis: & omnes ſicut veſtiméntum veteráſcent. Et velut amíctum mutábis eos, & mutabúntur. Tu autem idem ipſe es, & anni tui non defícient. Gradu. Vidérūt omnes fines terræ ſalutâre Dei noſtri: iubiláte Deo omnis terra. Ver. Notum fecit Dóminus ſalutâre ſuum: ante conſpéctum géntium reueláuit iuſtítiam ſuam. Allelúia. Ver. Dies ſanctificátus illúxit nobis: veníte géntes & adorâte Dóminū: quia hodie deſcéndit lux magna ſuper terram. Allelúia. Proſa. Grates nūc omnes reddámus Dómino Deo, qui ſua natiuitáte nos liberâuit de diabólica poteſtáte. Huic opórtet vt canámus cum ángelis ſemper, Glória in excélſis.

Pſa. 97.

Initium ſancti euangélii ſecúndùm Ioánnem.

Cap 1. IN princípio erat verbum: & verbū erat apud Deum: & Deus erat verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat: & vita erat lux hóminum: & lux in ténebris lucet: & ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioánnes. Hic venit in teſtimónium, vt teſtimónium perhibêret de lúmine: vt omnes créderent per illum. Non erat ille lux: ſed vt teſtimónium perhibêret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat: & mundus per ipſum factus eſt: & mundus eum nō cognóuit. In própria venit: & ſui eum non recepêrunt. Quotquot autem recepêrunt eum, dedit eis poteſtátem filios Dei fieri: his qui credunt in nómine eius. Qui non ex ſanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri: ſed ex Deo nati ſunt.

Hic flectit genua

Et verbum caro factũ eſt: & habitáuit in nobis. Et vídimus glóriam eius, glóriam quaſi vnigéniti à patre: plenũ grátiæ & veritátis. Credo. Offert. Tui ſunt cæli, & tua eſt terra: orbem terrârum, & plenitúdinem eius tu fundáſti: iuſtítia iudícium præparâtio ſedis tuæ. Ps 88.

Secreta.

OBlátio Dómine múnera noua vnigéniti tui natiuitáte ſanctífica: nosque à peccatôrum noſtrôrũ máculis emúnda. Per eúndem. Præfatio Quia per incarnati. Communicántes, & diem. Comm. Vidêrunt omnes fines terræ ſalutâre Dei noſtri. Pſa. 97.

Complen.

PRæſta quæſumus omnípotẽs Deus: vt natus hodie Saluátor mũdi, ſicut diuínæ nobis regeneratiónis eſt author: ita & immortalitátis ſit ipſe largítor. Qui tecum.

IN FESTO S. STEPHANI PROTHOMARTYRIS.



SEdêrunt Príncipes, & aduérſum me loquebántur: & iníqui perſecúti ſunt me: adiúua me Dómine Deus meus: quia ſeruus tuus exercebátur in tuis iuſtificatiónibus. Pſal. Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Ver. Glória patri. Kyrie. minus Totumduplex. Pſa: 118.

Oratio.

DA nobis quæſumus Dómine imitâri quod cólimus: vt diſcámus & inimícos dilígere: quia eius natalícia celebrámus: qui nouit etiã pro perſecutóribus exorâre: Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuum. Et fit commemoratio de Natiuitate ſub vna concluſione.

Oratio.

CONcéde quæſumus omnípotẽs Deus: vt nos vnigéniti tui noua per carnem natiuitas líberet: quos ſub peccáti iugo vetúſta ſéruitus tenet. Per eúndem.

Léctio Actuum Apoſtolôrum.

IN diébus illis. Stéphanus plenus grátia & fortitúdine, faciébat prodígia & ſigna magna in pópulo. Surrexêrunt autem quidam de Synagóga quæ appellabátur Libertinôrum, & Cyrenénſium, & Alexandrinôrũ, & eórum qui erant à Cilícia & Aſia, diſputántes cum Stéphano: & non póterant resíſtere ſapiéntiæ, & ſpíritui qui loquebátur. Audiéntes autem hæc, diſſecabántur córdibus ſuis, & ſtridébant déntibus in eũ. Cùm autẽ eſſet Stéphanus plenꝰ ſpíritu ſancto, inténdens in cælum vidit glóriã Dei, & Ieſum ſtántẽ à dextris virtûtis Dei; & ait. Ecce, vídeo cælos apértos: & filium hóminis ſtantem á dextris virtútis Dei. Exclamántes autem voce magna, continuêrunt aures ſuas, & ímpetum fecêrunt vnanímiter in eũ. Et eiiciéntes eum extra ciuitátem, lapidábant. Et teſtes depoſuêrunt veſtiménta ſua ſecus pedes adoleſcéntis, qui vocabâtur Saulus. Et lapidá- Cap. 6. Cap. 7.

bant

bant Stéphanum inuocántem, & dicéntem. Dómine Ieſu, ſúſcipe ſpíritũ meum. Póſitis autem génibus, clamáuit voce magna, dicens. Dómine, ne ſtátuas illis hoc peccátũ. Et cùm hoc dixíſſet, obdormíuit in Dómino.

Pſa. 118. **Gradua.** Sedérunt príncipes & aduérſum me loquebántur: & iníqui perſecúti ſunt me. **Ver.** Adiúua me Dómine Deus meus: ſaluum me fac propter miſericórdiam tuam. Act. 7. **Allelúia. Ver.** Vídeo cælos apértos, & Ieſum ſtantẽ à dextris virtútis Dei. Allelúia. **Proſa.** Grates nunc omnes reddâmus Dómino Deo, qui ſua natiuitáte nos liberâuit de diabólica poteſtáte. Huic opórtet vt canámus cum ángelis ſemper, Glória in excélſis.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndum Matthæum.

Cap 23. IN illo témpore. Dicébat Ieſus turbis Iudæórum, & princípibus Sacerdótũ. Ecce ego mitto ad vos prophétas, & ſapiéntes, & ſcribas: & ex illis occidétis, & crucifigétis: & ex eis flagellábitis in Synagógis veſtris: & perſequémini de ciuitáte in ciuitátem: vt véniat ſuper vos omnis ſánguis iuſtus, qui effúſus eſt ſuper terrã: a ſánguine Abel iuſti vſq; ad ſánguinem Zacharíæ filii Barachíæ, quem occidíſtis inter témplum & altâre. Amen dico vobis: vénient hæc ómnia ſuper generatiónẽ iſtam. Ieruſalém, Ieruſalém, quæ occídis prophétas, & lápidas eos qui ad te miſsi ſunt; quóties vólui congregâre fílios tuos, quẽ ádmodum gallína cóngregat pullos ſuos ſub alas: & noluíſti? Ecce, relinquêtur vobis domus veſtra deſérta. Dico enim vobis: non me vidébitis ámodò, donec dicátis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Credo

Offert. Elegêrunt Apóſtoli Stéphanũ Leuítam, plenum fide & ſpíritu ſancto: quem lapidauêrunt Iudæi orántem, & dicéntem: Dómine Ieſu, áccipe ſpíritum meum, Allelúia. Act. 6.

Secreta.

SVſcipe Dñe múnera pro commemoratióne beáti protomartyris tui Stéphani: vt ſicut illum páſſio glorióſum effécit: ita nos deuótio reddat innócuos. Act. 7.

Pro Natiuitate Domini. Secreta.

OBláta Dñe múnera noua vnigéniti tui natiuitáte ſanctífica: noſque à peccatôrum noſtrôrũ máculis emúnda. Per eundem. **Comm.** Vídeo cælos apértos, & Ieſum ſtantem à dextris virtútis Dei: Dómine Ieſu áccipe ſpíritum meum, & ne ſtátuas illis hoc peccátum: quia néſciunt quid fáciunt.

Complen.

AVxiliéntur nobis Dómine ſumpta myſtéria: & intercedénte beáto Stéphano protomartyre tuo: ſempitérna nos protectióne confírment.

Pro natiuitate Complen.

PRæſta quæſumus omnípotẽs Deus: vt natus hódie Saluâtor mũdi, ſicut diuínæ nobis generatiónis eſt author: ita & immortalitátis ſit ipſe largítor. Qui tecum.

IN FESTO S. IOANNIS APOSTOLI ET EVANgeliſtæ Introitus.



IN medio eccléſię apéruit os eius: & implébit eũ Dóminus ſpíritu ſapiéntiæ & intelléctꝰ: ſtola glórię índuit eum. Pſa.

Iocunditátem & exultatiônem: thesaurizáuit super eum. Ver. Glória patri. Kyrie minus totumduplex. Oratio.

ECclésiam tuam Dómine benígnus illústra: vt beáti Ioánnis Apóstoli tui & Euangelístæ illuminá ta doctrínis: ad dona peruéniat sempitérna. Per. Et fit commemoratio de natiuitate, & S. Stephano: sub vna conclusione. Pro natiuitate. Oratio.

COncéde quęsumus omnípotẽs Deus: vt nos vnigéniti tui noua per carnem natíuitas líberet: quos sub peccáti iugo vetústa séruitus tenet. Pro S. Stephano. Oratio.

DA nobis quæsumus Dñe imitâri quod cólimus: vt discámus & inimícos dilígere: quia cius natalítia celebrámus: qui nouit etiã proper secutóribus exorâre, Dñm nostrũ Iesum Christum fílium tuũ. Qui tecũ.

Léctio libri Sapiéntiæ.

QVi timet Deum, fáciet bona: & qui cóntinens est iustítiæ, apprehendet illam: & obuiabit illi quasi mater honorificáta. Cibábit illum pane vitæ & intellectus: & aqua sapiéntiæ salutáris potábit illum. Et firmábitur in illo, & non flectétur: & continébit illum, & non confundétur: & exaltábit illũ apud próximos suos. In médio eccléſiæ apériet os eius: & implébit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ & intellectus: & stolam glóriæ índuet eum. Iucunditátem & exultatiônem thesaurizábit super eum: & nómine ætérno hæreditábit illum Dóminus Deus noster. Grad.

EXiit sermo inter fratres, quòd discípulꝰ ille nõ móritꝰ. Ver. Sed sic eum volo manére donec véniam, tu me séquere. Allelúia. Ver. Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his: & scimus quia verum est testimónium eius. Allelúia. Prosa. Grates nũc omnes reddámus Dómino Deo, qui sua natiuitáte nos liberâuit de diabólica potestáte. Huic opórtet vt canámus cum ángelis semper, Glória in excélsis.

Ecclı 15.

Ioã. 21.

Ibid.

Sequéntia sancti Euangélii secúndum Ioánnem.

IN illo témpore. Dixit Iesus Petro. Séquere me. Conuérsus Petrus vidit illum discípulũ, quẽ diligébat Iesus, sequéntẽ: qui & recúbuit in cœna super pectus eius, & dixit. Dñe, quis est, qui tradet te? Hunc ergo cùm vidísset Petrus, dixit Iesu. Dñe, hic autẽ quid? Dicit ei Iesus. Sic eum volo manére donec véniã; quid ad te? Tu me séquere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quòd discípulus ille nõ móritur. Et nõ dixit ei Iesus, quia nõ móritur: sed, sic eũ volo manére, donec veniã, quid ad te? Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his; & scripsit hæc. Et scimus, quia verũ est testimóniũ eius. Credo. Offert. Iustus vt palma florêbit: sicut Cedrus quæ in Líbano est, multiplicábitur. Secreta.

Cap. 21.

Pſa. 92.

SVscipe Dómine múnera, quæ in eius tibi solennitáte deférimus: cuius nos confídimus patrocínio liberâri. Per. Pro natiuitate. Secreta.

OBlata Dómine múnera noua vnigéniti tui natiuitáte sanctífica: nosque à peccatôrum nostrôrum máculis emúnda.

Pro S. Stephano. Secreta.

SVscipe Dómine múnera pro cõmemoratiône beàti prothomartyris tui Stéphani: vt sicut illum pássio gloriósum effecit: ita nos deuótio reddat innócuos. Per. Comm. Exiit

Ioã. 21.

sermo

sermo inter fratres, quód discípulus ille non móritur: & non dixit Iesus, non móritur: sed sic eum volo manére, donec véniam. Complenda.

REfécti cibo potúq; cæléstI Deus noster: te súpplices deprecâmur: vt in cuius hæc commemoratióne percépimus: eius muniâmur & précibus. Per. Pro natiuitate Cõpl.

PRæsta quęsumus omnípotẽs Deus: vt natus hódie Saluátor mũdi, sicut diuínæ nobis generatiónis est author: ita & immortalitátis sit ipse largîtor.

Pro S. Stephano. Complen.

AVxiliéntur nobis Dñe sũpta mystéria: & intercedénte beáto Stéphano protomartyre tuo: sempitérna nos protectióne confírment. Per.

IN FESTO SS. INNOCENTVM. INTROITVS.



Isa. 8. EX ore infántium Deus, & lactántiũ perfecísti laudem propter inimícos tuos. Psal. Dómine Dóminus noster; quàm admirábile est nomẽ tuum in vniuérsa terra! Ver. Glória patri. Kyrie duplex secúndum. Non dicitur Glória in excelsis, nec Allelúia, sed eius loco Laus tibi Christe: nec Prosa, nec Ite Missa est: nisi Dominica fuerit: tunc enim canitur Kyrie duplex primum, & præmissa dicuntur omnia. Oratio.

DEus cuius hodiérna die prœcónium innocéntes martyres nõ loquéndo, sed moriẽdo cõféssi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica: vt fidem tuam quam lingua nostra lóquitur: etiam móribus vitæ fateâtur. Per Dóminum nostrum.

Pro natiuitate. Oratio.

CONcéde quęsumus omnípotẽs Deus: vt nos vnigéniti tui noua per carnẽ natiuitas líberet: quos sub peccâti iugo vetústa séruitus tenet. Pro S. Stephano. Oratio.

DA nobis quæsumus Dómine imitâri quod cólimus: vt discámus & inimícos dilígere: quia eius natalítia celebrámus: qui nouit etiã pro persecutóribus exorâre: Dñum nostrũ Iesum Christum filium tuum.

Pro S. Ioanne. Oratio.

ECcléstam tuã Dñe benígnus illústra: vt beáti Ioãnis Apóstoli tui & Euangelístæ illuminâta doctrínis: ad dona peruéniat sempitérna. Per D.

Léctio libri Apocalypsis B. Ioánnis Apóstoli.

IN diébus illis. Vidi supra montem Sion agnum stantem: & cum eo centũ quadragínta quátuor míllia, habéntes nomẽ eius: & nomen patris eius scriptũ in fróntibus suis. Et audíui vocem de cælo, tanquã vocem aquârum multârum: & tanquam vocem tonítrui magni. Et vocem quam audíui, sicut citharedôrum citharizántium

Cap. 4.

zántium in cítharis ſuis. Et cantábāt quaſi cánticum nouum ante ſedem Dei, & ante quátuor animália: & ſeniôres. Et nemo póterat dícere cánticum, niſi illa centum quadragínta quátuor míllia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt, qui cum muliéribus non ſunt coinquináti: vírgines enim ſunt. Hi ſequúntur agnum, quocúnq. íerit. Hi empti ſunt ex homínibus primítiæ Deo & agno: & in ore eôrum non eſt inuéntum mendácium. Sine mácula enim ſunt ante thronū Dei. Gradual. A nima noſtra ſicut paſſer erépta eſt de láqueo venántiū. Ver. Láqueus contrítus eſt, & nos liberâti ſumus: adiutórium noſtrū in nómine Dñi, qui fecit cælū & terrā. L aus tibi Chriſte. Ver. Te martyrum candidátus laudat exércitus Dñe. Si Dñica fuerit dicitur. A lleluia. Ver. T e martyrum candidátus laudat exércitus Dñe. Allelúia. cum Proſa. G rates nunc omnes.

Pſa. 123.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndùm Matthæum.

Cap 2. IN illo témpore. Angelus Dómini appáruit in ſomnis Ioſeph, dicens. Surge, & áccipe púerum & matrem eius: & fuge in Ægyptum: & eſto ibi, vſque dum dicam tibi. Futûrū eſt enim, vt Heródes quærat púerum, ad perdéndum eum. Qui conſúrgens, accépit púerum & matrem eius nocte: & ſecéſsit in Ægyptum. Et erat ibi vſque ad óbitum Heródis: vt adimplerêtur, quod dictum eſt à Dómino per prophetam dicéntem. Ex Ægypto vocáui fílium meū. Tunc Heródes videns quòd illúſus eſſet à Magis: irâtus eſt valdè. Et mittens occídit omnes púeros, qui erant in Bethlehém, & in ómnibus fínibus eius, à bimátu & infrà: ſecúndùm tempus quod exquiſíerat à Magis. Tunc adimplétum eſt, quod dictum eſt per Ieremíam prophétam dicéntē. Vox in Rama audíta eſt: plorâtus & vlulâtus multus: Rachel plorans fílios ſuos: & nóluit conſolári, quia non ſunt. Credo. Offert. A nima noſtra ſicut paſſer erépta eſt de láqueo venántium: láqueus contrítus eſt, & nos liberáti ſumus.

Pſa. 123.

Secreta.

SAnctôrum tuôrū Dómine nobis pia non deſit orátio: quæ & múnera noſtra concíliet: & tuam nobis indulgéntiam ſemper obtíneat. Per.

Pro Natiuitate Secreta.

OBláta Dómine múnera noua vnigéniti tui natiuitâte ſanctífica: noſque à peccatôrum noſtrôrum máculis emúnda.

Pro S. Stephano. Secreta.

SVſcipe Dómine múnera pro cōmemoratiône beáti protomártyris tui Stéphani: vt ſicut illum páſſio gloriôſum effécit: ita nos deuótio reddat innócuos.

Pro S. Ioanne. Secreta.

SVſcipe Dómine múnera, quæ in eius tibi ſolennitâte deférimus: cuius nos confídimus patrocínio liberâri. Per. Comm. V ox in Rama audíta eſt, plorâtus & vlulâtus; Rachel plorans fílios ſuos nóluit conſolâri, quia non ſunt.

Iere 31.

Complen.

VOtíua Dómine dona percépimus: quæ ſanctôrum innocētū nobis précibus: & præſéntis quæſumus vitæ páriter & ætérnæ tríbue conférre ſubsídium. Per.

Pro natiuitate. Complen.

PRæſta quæſumus omnípotēs Deus: vt natus hódie Saluâtor mū-

Pſa. 63.

di: ſicut

di, sicut diuínę nobis generatiónis est author: ita & immortalitátis sit ipse largítor. Pro S. Stephano. Compl.

AVxiliétur nobis Dómine sumpta mystéria: & intercedénte beáto Stéphano protomartyre tuo: sempitérna nos protectiône confírment. Pro S. Ioanne. Complen.

REfécti cibo potúque cælésti Deus noster: te súpplices deprecâmur: vt in cuius hæc commemoratióne percépimus: eius muniâmur & précibus. Per D. n. Si festum S. Thomæ Cantuariensis venerit in Dominica, transfertur in sequentem diem.

IN FESTO S. THOMAE EPISCOPI ET MARTYris. Introitus.



Psa. 63. AEtábitur iustus in Dño, & sperábit in eo: & laudabúntur omnes recti corde. Psal. Exáudi Deus oratiônem meam, cùm déprecor: à timôre inimíci éripe ánimam meam. Ver. Glória patri. Kyrie semiduplex. Oratio.

DEus pro cuius ecclésia gloriósus põtifex Thomas gládiis impiôrum occúbuit: præsta quæsumus: vt omnes, qui eius implôrant auxílium: petitiónis suæ salutârem consequántur effectum. Per Dñm nostrũ.

Pro natiuitate. Oratio.

CONcéde quęsumus omnípotẽs Deus: vt nos vnigéniti tui noua per carnẽ natíuitas líberet: quos sub peccâti iugo vetústa seruítus tenet.

Pro S. Stephano. Oratio.

DA nobis quæsumus Dómine imitâri quod cólimus: vt discámus & inimícos dilígere: quia eius natálitia celebrámus: qui nouit etiã pro persecutóribus exorâre, Dóminum nostrũ Iesum Christum fílium tuum.

Pro S. Ioanne. Oratio.

ECcléſiam tuam Dómine benígnus illústra: vt beáti Ioánnis Apóstoli tui & Euangelístæ illumináta doctrínis: ad dona peruéniat sempitérna. Pro Innocentibus. Oratio.

DEus cuius hodiérna die præcónium innocéntes martyres nõ loquẽdo sed moriéndo confêssi sunt: ómnia in nobis vitiôrum mala mortífica: vt fidem tuam quam lingua nostra lóquitur: étiam móribus vita fateâtur. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

BEátus vir qui in sapiéntia morábitur: & qui in iustítia meditábitur, & in sensu cogitábit circumspectiónem Dei. Cibábit illum pane vitæ & intellêctus: & áqua sapiéntiæ salutâris potábit illum. Et firmábitur in illo, & non flectêtur: & continébit illum, & non confundêtur: & exaltábit illũ apud próximos suos. Et nómine ætérno hæreditábit illum: Dóminus Deus noster. Ecclı 14. Grad.

POsuísti Dómine super caput eius corónam de lápide pretióso. Psa. 20. Ver. Desidérium ánimæ eius tribuísti ei: & voluntáte labiôrum eius non fraudásti eum. Allelúia. Lætábitur iustus in Dño, & sperábit in eo: & laudabúntur omnes recti corde. Allelúia. Psa. 63. Prosa Grates nunc.

Sequéntia sancti Euangélii secúndùm Ioánnem.

IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Amen, amen dico vobis: Nisi granum fruménti cadens in terrã, Cap 12.

mórtuum fúerit: ipſum ſolũ manet. Si autem mórtuum fúerit: multum fructum affert. Qui amat ánimã ſuam, perdet eam: & qui odit ánimam ſuam in hoc mundo, in vitam ætérnam cuſtódit eam. Si quis mihi miníſtrat, me ſequátur: & vbi ego ſum, illic & miníſter meus erit. Si quis mihi miniſtráuerit, honorificábit eum pater meus, qui eſt in cælis. Vel euange. Ego ſum paſtor. vt in Dñica ij. poſt Paſcha. Credo dicit. Offer. Glória & honôre coronáſti eum: & conſtituíſti eũ ſuper ópera manuũ tuarũ, Dñe. Secreta.

Pſa. 8.

MVnera tibi Dómine dicáta ſanctífica: & intercedénte beáto Thoma martyre tuo atque pontífice: per eadem nos placátus inténde. Per D. Pro natiuitate. Secreta.

OBláta Dñe múnera noua vnigéniti tui natiuitáte ſanctífica: noſq. à peccatôrũ noſtrôrũ máculis emúnda. Pro S. Stephano. Secreta.

SVſcipe Dómine múnera pro cõmemoratiône beáti protomartyris tui Stéphani: vt ſicut illum páſſio glorióſum effécit: ita nos deuótio reddat innócuos.

Pro S. Ioanne. Secreta.

SVſcipe Dómine múnera, quæ in eius tibi ſolennitáte deférimus: cuius nos confídimus patrocínio liberâri. Pro innocentibus. Secreta.

SAnctôrum tuôrum nobis Dómine pia non deſit orátio: quæ & múnera noſtra concíliet: & tuã nobis indulgéntiã ſemper obtíneat. Per.

Mat 16.

Comm. Qui vult veníre poſt me, abneget ſemetípſum; & tollat crucem ſuam, & ſequâtur me. Complen.

HÆc nos commúnio Dñe purget à crímine: & intercedénte beáto Thoma martyre tuo atque põtífice: cæléſtis remédii fáciat eſſe cõſórtes. Per Dóminum.

Pro natiuitate. Complen.

PRæſta quęſumus omnipotẽs Deus: vt natus hódie Saluâtor mũdi, ſicut diuínæ nobis generatiónis eſt author: ita & immortalitátis ſit ipſe largítor.

Pro S. Stéphano. Complen.

AVxiliéntur nobis Dómine ſumpta myſtéria: & intercedẽte beáto Stéphano protomartyre tuo: ſempitérna nos protectiône confírment. Pro S. Ioannne. Complen.

REefécti cibo potúq. cæléſti Deus noſter: te ſupplices deprecâmur: vt in cuius hæc commemoratióne percépimus: eius muniâmur & précibus. Pro Innocentibus. Comp.

VOtiua Dómine dona percépimus: quæ ſanctôrũ nobis précibus: & præſéntis quæſumus vitæ páriter & ætérnæ tríbue cõférre ſubſídium. Per Dóminum noſtrum.

¶ Si feſtum Natiuitatis Dñi, Sanctorũ, Stephani, Ioannis, & Innocẽtum venerit in Dñica; ipſa die nihil fit de Dñica: ſed die proximo poſt feſtum S. Thomæ martyris dicitur Miſſa de Dñica. Si autẽ feſtum S. Thomę venerit in Dñica, dicitur Miſſa de Dñica cũ cõmemoratione de octauis: & feſtũ S. Thomæ transfertur in ſecundam feriã. Si verò in craſtino S. Thomæ fuerit feria vj. aut Sabbathũ, ipſa feria vj. aut die Sabbathi, dicitur Miſſa de Octaua Natiuitatis Dñi, vt infrà, cũ commemoratione de aliis octauis. Et tunc in die S. Syluęſtri, ſi venerit in Dñica, fit officium de feſto, cum commemoratione de Dñica, & de octauis. Si militer in die circumciſionis, ſi inciderit

in Do-

in Dominicam, fit commemoratio de Dominica, de aliis verò octauis nihil.

MISSA DE OCTAVA NATIVITATIS DOMI ni. Introitus.

Isa. 9.  Ver natus est nobis, & fílius dat⁹ est nobis: cuius impériũ super húmerũ eius: & vocábitur nomẽ eius magni consílii ángelus. Psal. 97. Cantáte Dómino cánticum nouum: quia mirabília fecit. Ver. Glória. Kyrieel. semiduplex, siue octauæ solennis.

Oratio.

CONcéde quæsumus omnípotẽs Deus: vt nos vnigéniti tui noua per carnem natíuitas líberet: quos sub peccáti iugo vetústa séruitus tenet. Per eúndem D. n. Et fit commemoratio de sanctis, Stephano, Ioanne, & Innocentibus, sicut in die S. Thomæ, fol. 25.

Léctio Epístolę beáti Pauli Apóstoli ad Titum.

Cap 3. CHarísime. Appáruit benígnitas & humánitas Saluatôris nostri Dei: nõ ex opéribus iustítiæ, quæ fécimus nos: sed secúndùm suam misericórdiam saluos nos fécit: per lauâcrũ regeneratiônis, & renouatiônis Spíritus sancti: quem effúdit in nos abúndè, per Iesum Christum Saluatôrem nostrum. Vt iustificáti grátia ipsius, hærédes simus secúndùm spem vitæ æternę: in Christo Iesu Dómino nostro. Gradual. Vidêrunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri: iubiláte Deo omnis terra. Ver. Notum fecit Dóminus salutáre suum: ante conspéctum géntium reueláuit iustítiam suam. Allelúia. Ver. Dies sanctificátus illúxit nobis: venite géntes, & adoráte Dóminum: quia hódie descéndit lux magna super terram. Allelúia. Prosa Grates nunc omnes.

Pfa. 97. Pfa. 97.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

Cap 2. IN illo témpore. Pastôres loquebãtur ad ínuicem. Transeámus vsque Bethlehém: & videámus hoc verbũ, quod factum est: quod fecit Dóminus, & osténdit nobis. Et venêrunt festinántes: & inuenêrũt Maríam & Ioseph, & infántem pósitum in præsépio. Vidéntes autem, cognouêrũt de verbo, quod dictum erat illis de púero hoc. Et omnes qui audíerant, miráti sunt: & de his, quæ dicta erãt à pastóribus ad ipsos. María autẽ cõseruábat ómnia verba hæc, cónferẽs in corde suo. Et reuérsi sunt pastôres, glorificántes & laudántes Deum in ómnibus quæ audíerant, & viderãt: sicut dictum est ad illos. Credo. Offert. Tui sunt cæli, & tua est terra: orbem & plenitúdinem eius tu fundásti: iustítia & iudícium præparátio sedis tuæ.

Pfa. 88.

Secreta.

OBláta Dómine múnera noua vnigéniti tui natiuitáte sanctífica: nosque à peccatôrum nostrôrum máculis emúnda. Per eúndem. Aliæ Secre. de S. Stephano, Ioanne, & Innocentibus, vt in die S. Thomæ. Præfatio. Communicántes. sicut in ipso die. Comm. Vidêrũt omnes fines terræ salutáre Dei nostri. Comple.

Pfa. 97.

PRæsta quęsumus omnípotẽs Deus: vt natus hódie saluâtor mũdi, sicut diuínæ nobis regeneratiônis est author: ita & immortalitátis sit ipse largítor. Qui tecũ. Aliæ Complen.

de octauis vt in die S. Thomæ.

MISSA DE DOMINICA infrà octauam Natiuitatis Dñi. Introitus.

Sap 18

IVm médium filéntium tenérent ómnia, & nox in ſuo curſu médium iter habêret: omnípotens ſermo tuus Dómine de cælis à regálibus ſédibus venit. Pſalm. Dóminus regnáuit, decôrẽ indútus eſt: indútus eſt Dóminus fortitúdinem, & præcínxit ſe. Ver. Glória patri. Kyriee ſemiduplex. Oratio.

Pſa 92.

OMnípotens ſempitérne Deus: dírige actus noſtros in benè plácito tuo; vt in nómine diléćti fílii tui mereâmur bonis opéribus abundâre. Per eúndem. Fit commemoratio de Natiuitate, & aliis octauis, ſicut in die S. Thomæ, fol. 25.

Léctio Epíſtolæ beâti Pauli Apóſtoli ad Galatas.

Cap 4.

FRatres. Quanto témpore hæres páruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cùm ſit Dóminus ómnium: ſed ſub tutóribus, & actóribus eſt vſque ad præfínitũ tempus à patre. Ita & nos cùm eſſémus páruuli, ſub eleméntis huius mundi erámus ſeruiéntes. At vbi venit plenitúdo témporis, miſit Deus fílium ſuum factum ex mulíere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant, redímeret: vt adoptiônẽ filiôrum reciperêmus. Quóniam autem eſtis fílii Dei: miſit Deus ſpíritũ filii ſui in corda veſtra clamántẽ, abba pater. Itaque iam non eſt ſeruus: ſed filius. Quòd ſi filius: & hæres per Deum. Gradua. S pecióſus forma prę

Pſa. 44.

filiis hóminum: diffúſa eſt grátia in lábiis tuis. Ver. Eructáuit cor meũ verbum bonum, dico ego ópera mea regi: lingua mea cálamus ſcribæ velóciter ſcribéntis. Allelúia. Ver. Dóminus regnáuit, decôrem índuit: índuit Dóminus fortitúdinem, & præcínxit ſe virtúte. Allelúia. Proſa. Grates nũc omnes.

Pſa. 92.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndùm Lucam.

Cap 2.

IN illo témpore. Erant Ioſeph & María mater Ieſu, mirántes ſuper his quæ dicebántur de illo. Et benedíxit illis Simeon: & dixit ad Maríã matrẽ eius. Ecce póſitus eſt hic in ruínam, & in reſurrectiônem multôrũ in Iſraël, & in ſignũ cui contradicêtur. Et tuam ipſius ánimam pertransíbit gládius: vt reueléntur ex multis córdibus cogitatiónes. Et erat Anna prophetíſſa, filia Phanuél, de tribu Aſer: hæc procéſſerat in diébus multis: & víxerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitáte ſua. Et hæc vídua erat vſque ad annos octogínta quátuor: quæ nõ diſcedébat de templo, ieiúniis & obſecratiónibus ſéruiens Deo die ac nocte. Et hæc, ipſa hora ſuperuéniens, confitebâtur Dómino: & loquebâtur de illo ómnibus, qui expectábant redemptiónem Iſraël. Et vt perfecêrunt ómnia ſecúndum legem Dómini, reuérſi ſunt in Galilæam in ciuitátem ſuam Nazaréth. Puer autem creſcébat, & confortabâtur; plenus ſapiéntia. Et grátia Dei erat cum illo. Credo. Offert. Deus firmáuit orbem terræ, qui non commouébitur: parâta ſedes tua Deus ex tunc, à féculo tu es.

Pſa. 92.

Secreta.

COncéde quęſumus omnípotẽs Deꝰ: vt munus óculis tuæ maie

ſtátis

ſtátis oblátum: & grátiam nobis piæ deuotiónis obtíneat: & efféctum beátæ perennitátis acquírat. Per. Aliæ Secretæ de octauis, vt ſuprà in die S. Thomæ, fol. 25. Comm. Tolle púerũ & matrem eius, & vade in terram Iuda: defúncti ſunt enim qui quærebant ánimam púeri. Complen.

PEr huius Dómine operatiônem myſtérii; & vítia noſtra purgẽtur: & iuſta deſidéria compleántur. Per. Aliæ Complen. de octauis ſicut in die S. Thomæ.

IN FESTO S. SYLVESTRI Papæ.

Introitus.



SAcerdótes tui Dómine índuant iuſtitiã, & ſancti tui exúltent: propter Dauid ſeruum tuum non auértas fáciem Chriſti tui. Pſal. Meménto Dómine Dauid: & omnis manſuetúdinis eius. Ver. Glória. Kyrie ſemiduplex. Oratio.

DA quæſumus omnípotens Deus: vt beáti Syluéſtri confeſſôris tui atque pontíficis veneránda ſolénnitas: & deuotiónem nobis áugeat & ſalútem. Per. D. n. Et fit commemoratio de Natiuitate, & aliis octauis, vt in die S. Thomæ, fol. 25.

Léctio libri Sapiéntiæ.

ECce ſacérdos magnus, qui in diébus ſuis plácuit Deo, & inuéntus eſt iuſtus: & in témpore iracúndiæ factus eſt reconciliátio. Non eſt inuéntus ſimilis illi, qui conſeruâret legem excélſi. Ideò iureiurándo fecit illum Dóminus créſcere in plebem ſuam. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi, & teſtaméntum ſuum confirmáuit ſuper caput eius. Cognóuit eum in benedictiónibus ſuis: conſeruáuit illi miſericórdiam ſuam: & ínuenit grátiam coram óculis Dómini. Magnificáuit eum in conſpéctu regum: & dedit illi corónam glóriæ. Státuit illi teſtaméntum ſempitérnũ, & dedit illi ſacerdótium magnum: & beatificáuit illum in glória. Fungi ſacerdótio, & habére laudem in nómine ipſius, & offérre illi incénſum dignum: in odôrem ſuauitátis. Grad. ECce ſacérdos magnus, qui in diébus ſuis plácuit Deo. Ver. Non eſt inuént⁹ símilis illi, qui cõſeruâret legem excélſi. Allelúia. Ver. Inueni Dauid ſeruum meum: óleo ſancto meo vnxi eum. Allelúia. Proſa. Grates nunc.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndùm Matthæum.

IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis parabolã hanc. Homo quidam peregrè proficíſcẽs, vocáuit ſeruos ſuos, & trádidit illis bona ſua. Et vni dedit quinque talénta, alii autem duo, alii verò vnum: vnicuique ſecũdùm própriam virtútem: & proféctus eſt ſtatim. Abiit autem qui quinque talénta accéperat: & operátus eſt in eis, & lucrâtus eſt alia quinque. Similiter & qui duo talénta accéperat, lucrâtus eſt alia duo. Qui autem vnum accéperat, ábiens fodit in terram, & abſcóndit pecúniam Dómini ſui. Poſt multùm verò témporis venit Dóminus ſeruôrum illôrũ, & pósuit ratiónem cum eis. Et accédens qui quinque talénta accéperat, óbtulit ália quinq. dicens: Dómine, quinque talénta tradidíſti mihi: ecce, ália quinque ſuperlucrâtus ſum. Ait illi

Dóminus eius. Euge ſerue bone & fidélis: quia in pauca fuísti fidélis, ſupra multa te conſtítuã: intra in gáudium Dómini tui. Accéſsit autem & qui duo talénta accéperat, & ait: Dómine, duo talénta tradidísti mihi: ecce, ália duo ſuperlucrâtus ſum. Ait illi Dóminus eius: Euge ſerue bone & fidélis: quia in pauca fuísti fidélis, ſupra multa te conſtítuã: intra in gáudium Dómini tui. Credo. Offert. Inuéni Dauid ſeruum meum, óleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei, & brachium meum confortábit eum. Pſa. 88.

Secreta.

SAncti tui nos quæſumus Dómine vbique lætíficent & ádiuuẽt: vt dum eôrum mérita recólimus: patrocínia ſentiámus. Per. Aliæ Secretæ ſicut in die S. Thomæ. Comm. Beátus ſeruus, quem cùm vénerit Dñus, inuénerit vigilántẽ: amen dico vobis, ſuper ómnia bona ſua conſtítuet eum. Mat 24.

Cõpl.

PRæſta quęſumus omnípotẽs Deus: vt de percéptis munéribus grátias exhibéntes: intercedénte beáto Syluéſtro confeſſôre tuo atque pontífice; benefícia potiôra ſumámus. Per. Aliæ Complen. vt ſuprà in die S. Thomæ.

IN CIRCVMCISIONE

Dñi. Introitus.



PUer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: cuius impériũ ſuper húmerum eius: & vocábitur nomen eius magni cõſílii ángelus. Iſa. 9. Pſal. Cantáte Dómino cánticum nouum: quia mirabília fecit. Pſa. 97. Ver. Glória patri. Kyrie minus totũ duplex.

Oratio.

DEus qui nobis nati Saluatôris diem celebrâre concédis octáuum: fac nos quæſumus eius perpétua diuinitâte munîri: cuius ſumus carnáli commértio reparâti. Qui tecum viuit &. Nulla fit cõmemoratio, niſi de Dominica, ſi fuerit.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Titum.

CHaríſsimè. appáruit benígnitas & humánitas Saluatôris Dei: non ex opéribus iuſtítiæ, quæ fécimus nos: ſed ſecúndùm miſericórdiam ſaluos nos fecit: per lauâcrum regeneratiónis, & renouatiónis ſpíritus ſancti: quem effúdit in nos abúndè, per Ieſum Chriſtum Saluatôrem noſtrum. Vt iuſtificáti grátia ipſius, hærédes ſimus ſecúndùm ſpem vitæ ætérnæ: in Chriſto Ieſu Dómino noſtro. Cap 3.

Gradual. Vidêrunt omnes fines terræ ſalutâre Dei noſtri: iubiláte Deo omnis terra. Ver. Notum fecit Dóminus ſalutâre ſuum: ante conſpéctũ géntium reueláuit iuſtítiã ſuam. Allelúia. Ver. Dies ſanctificátus illúxit nobis: veníte gentes, & adorâte Dóminum; quia hódie deſcéndit lux magna ſuper terrã. Allelúia. Proſa. Lætabúndus exúltet fidélis chorus, allelúia. Regem regum intáctæ profúdit thorus: res miránda. Angelus consílii natus eſt de vírgine: ſol de ſtella. Sol occáſum néſciens: ſtella ſemper rútilans, ſemper clara. Sicut ſydus rádium, profert virgo filium, pari forma. Neque ſydus rádio, neque mater filio, fit corrupta. Cedrus alta Líbani, conformátur hyſopo, valle noſtra. Verbum ens altíſsimi, corporáli páſſum eſt carne ſumpta. Iſaías cécinit, ſyna- Pſa. 97.

góga méminit, nunquam tamen desinit esse cæca. Si non suis vótibus credat, vel gentílibus, Sibyllínis vérsibus hæc prædícta. Infelix própera, crede vel vétera: cur damnáberis gens mísera? Natum consídera, quem docet lítera: ipsum génuit puérpera.

Sequéntia sancti Euangélii secúndùm Lucam.

Cap 2. IN illo témpore. Postquàm cõsummáti sunt dies octo, vt circumcidêrtur puer: vocátum est nomen eius Iesus: quod vocâtum est ab ángelo, priusquã in útero conciperêtur. Credo. Offert. Tui sunt cæli, & tua est terra: orbem terrârum, & plenitúdinem eius tu fundásti: iustítia & iudicium præparâtio sedis tuæ. Secreta.

Pfa. 88. PRæsta quæsumus Dñe: vt hæc múnera quæ Dómini nostri Iesu Christi arcánæ natiuitâtis mystério gérimus: purificátæ mentis intelligẽtia consequâmur. Per eúndem. Præfatio, & Communicántes de Natiuitate dicuntur. Complen.

PRæsta quæsumus Dñe: vt quod Saluatôris nostri Iesu Christi ite râta solennitâte percépimus: perpétuæ redemptiónis nobis cõferat medicínam. Per eúndem. Si aliqua ex sequẽtibus Octauis in Dominica venerit, fit officium de Octaua, de Dominica veró nihil fit. Vlterius non dicitur Communicántes. In Octaua autem S. Stephani, & sancti Ioannis semper fit cum Kyrie Octauæ solennis.

IN OCTAVA S. STEPHANI.

TOtum officiũ dicitur sicut in die. Kyrie &c. semiduplx. Et fit cõmemoratio de S. Ioanne, & Innocentibus, sub vna conclusione. Prosa.

HAnc cõcórdi famulátu, colámus solennitátem. Authoris illíus exémplo docti benígno. Pro perfecutôrum precátus fraude suôrum. O Stéphane, signifer regis summi bone, nos exáudi. Profícue qui es pro tuis exaudítus inimícis. Paulus tuis précibus Stéphane te quondam persecútus, Christo credit. Et tecum tripúdiat in regno, cui nullus persecûtor appropínquat. Nos proinde, nos súpplices ad te clamántes, & précibus te pulsántes. Orátio sanctíssima nos tua semper concíliet Deo nostro. Te Petrus Christi minístrum státuit: tu Petro normam credéndi ástruis; ad dextram summi patris ostendéndo, quem plebs furens crucifíxit. Te sibi Christus elegit Stéphane, per quem fidéles suos corróboret: se tibi inter rotátus saxôrũ solátio manifésťans. Nunc inter inclytas martyrum púrpuras corúscas coronatus. Credo dicitur. Præfatio de natiuitate.

IN OCTAVA S. IOANNIS.

SIcut in die. Kyrie semiduplex. fit commemoratio de Innocẽtibus, sub vna conclusione. Prosa.

IOánnes Iesu Christo multum dilécte virgo. Tu eius amôre carnálem. In náui paréntem liquísti. Tu leue cóniugis pectus respuísti, Messiam secútus. Vt eius péctoris sacra meruísses fluénta potâre. Tuque in terra pósitus, glóriã cõspexísti filii Dei. Quæ solùm sanctis in vita créditur contuénda esse perénni. Te Christus in cruce triúmphans, matri suę dedit custódem. Vt virgo vírginem seruâres, atq. curam suppeditâres. Tu te cárcere flagrisq. fractus, testimónio

pro Christi es gauísus. I dẽ mórtuos ſuſcitas, inque Ieſu nómine venénũ forte vincis. Tibíque ſummus tácitum cæteris verbum ſuum, pater reuélat. Tu nos omnes précibus ſédulis apud Deum ſemper comménda. Ioãnes Christi chare. Præfatio de Apoſtolis.

IN OCTAVA SS. INNOcentum.

SIcut in die Kyrie. &c. ix. lect. Et dicitur Glória in excélſis. Oratio diei concluditur per ſe. Secunda dicitur, Deus qui ſalutis æternæ. Tertia Eccléſiæ vt infrà. Allelúia. Te martyrum. Proſa. O beàta beatôrum de martyribus. Non dicitur Credo, niſi Dñica fuerit. Præfatio de natiuitate. De S. Maria. Oratio.

DEus qui ſalútis ætérnæ beátæ Marię virginitáte fœcúnda humáno géneri præmia præſtitíſti: tríbue quæſumus: vt ipſam pro nobis intercédere ſentiámus: per quã merúimus auctôrẽ vitæ ſuſcípere: Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum fílium tuum. Secreta.

MVnéribus noſtris quæſumus Dómine precibúſq; ſuſcéptis: & cæléſtibus nos munda myſtériis: & cleménter exáudi. Per. Complen.

HAEc nos commúnio Dñe purget à crímine: & intercedénte beáta Dei genitrîce María: cæléſtis remédii fáciat eſſe cõſórtes. Per eúndẽ. Cõtra perſecutores Eccleſię. Oratio.

ECcléſiæ tuę quæſumus Dómine preces placátus admítte: vt deſtrúctis aduerſitátib⁹ & erróribus vniuérſis: ſecûra tibi ſéruiat libertáte. Per. Secreta.

PRótege nos Dómine tuis myſtériis ſeruiéntes: vt diuínis rebus inhæréntes: & córpore tibi famulêmur & mente. Per. Complenda.

QVæſumus Dómine Deus noſter: vt quos diuína tríbuis participatióne gaudêre: humánis non ſinas ſubiacére periculis. Per.

IN VIGILIA EPIPHANIAE. Introitus.



VX fulgébit hódie ſuper nos: quia natus eſt nobis Dóminus: & vocábitur admirábilis, Deus, princeps pacis, pater futûri ſeculi: cuius regni non erit finis. Iſa. 9.

Pſal. Dóminus regnáuit, decôrem indútus eſt: indútus eſt Dóminus fortitúdinem, & præcínxit ſe. Pſa. 92. Ver. Glória. Kyrie primum de alternantibus, ſine Glória in excélſis; nec dícitur Allelúia, nec Credo: niſi Dñica fuerit. Tunc enim fit cum Kyrie ix. lect. & cum Glória in excélſis. Et dicitur Allelúia cum ſuo Ver. ſine Proſa. Credo dicitur. Oratio.

COrda noſtra quęſumus Dómine ventûrę feſtiuitátis ſplẽdor illúſtret: quò mundi huius ténebris carêre valeámus: & peruenîre ad pátriam claritátis ætérnæ. Per. Sola dicatur Epiſtola Appâruit benígnitas, fol. 17. Grad. Benedíctus qui venit. ibidem. Si Dominica fuerit Allelúia. Ver. Dóminus regnáuit.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

IN illo témpore. Defúncto Heróde, ecce ángelus Dómini appáruit in ſomnis Ioſeph in Aegypto dicens. Surge, & áccipe púerum, & matrem Cap 2.

eius:

eius: & vade in terram Iſraël. Defúncti ſunt enim, qui quærébant ánimã púeri. Qui conſúrgens accépit púerum, & matrem eius: & venit in terrã Iſraël. Audiens autem quòd Archelaus regnâret in Iudæa pro Heróde patre ſuo, tímuit illò ire. Et admónitus in ſomnis, ſecéſſit in partes Galilęæ. Et véniens habitáuit in ciuitáte, quæ vocâtur Nazaréth: vt adimplerêtur quod dictũ eſt per prophétas, quòniam Nazaræus vocábitur. Offert. Deus firmáuit orbem terræ, qui non commouébitur: paráta ſedes tua Deus ex tunc, à ſeculo tu es. Secreta.

Pſa. 92.

TRibue quæſumus Dómine: vt eum pręſentibus ſacrifíciis immolémus & ſumámus: quem ventûræ ſolennitátis pia múnera præloqúuntur: Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: qui tecum. Præfatio de Natiuitate. Comm. Tolle púerũ & matrem eius, & vade in terram Iuda: defúncti ſunt enim qui quærébant ánimam púeri. Complen.

Mat 2.

ILlúmina quæſumus Dómine pópulum tuum; & ſplendôre glóriæ tuæ cor eius ſemper accénde: vt ſaluatôris mundi ſtella famulánte manifeſtáta natíuitas: eôrum méntibus ſemper reuelêtur & creſcat. Per eũdẽ

IN EPIPHANIA

Dñi. Introitus.



Mal 3.

ECce aduenit dominátor Dóminus: & regnum in manu eius, & potéſtas, & impérium. Pſ. Deus iudícium tuum regi da: & iuſtítiam tuam filio regis. Ver. Glória patri. Kyrieel maius Totumdu plex.

Pſa. 71.

Oratio.

DEus qui hodiérna die vnigénitum tuum gẽtibus ſtella duce reueláſti: concéde propítius: vt qui iam te ex fide cognóuimus: vſque ad contemplándam ſpeciem tuæ celſitúdinis perducâmur. Per eúndem.

Léctio Iſaíæ prophétæ.

SVrge, illuminâre Ieruſalém: quia venit lumen tuum, & glória Dómini ſuper te orta eſt. Quia ecce ténebræ opérient terram, & calígo pópulos. Super te autem oriétur Dóminus, & glória eius in te vidébitur. Et ambulábunt gentes in lúmine tuo, & reges in ſplendôre ortus tui. Léua in circúitu óculos tuos, & vide: omnes iſti congregáti ſunt, venêrunt tibi. Fílii tui de longè vénient: & filiæ tuæ de látere ſurgent. Tunc vidébis, & áfflues: & mirábitur, & dilatábitur cor tuum, quando conuérſa fúerit ad te multitúdo maris, fortitúdo géntium vénerit tibi. Inundátio camelôrum opériet te, dromedárii Mádian, & Epha. Omnes de Saba vénient, aurum, & thus deferéntes: & laudem Dómino annunciántes. Gradu. Omnes de Saba vénient, aurum, & thus deferéntes; & laudem Dómini annunciántes. Ver. Surge, & illuminâre Ieruſalém: quia glória Dómini ſuper te orta eſt. Allelúia. Ver. Vídimus ſtellam eius in oriénte: & vénimus cũ munéribus adorâre Dóminum Allelúia.

Cap 60.

Iſa. 60.

Mat 2.

Proſa.

FEſta Chriſti omnis Chriſtiánitas celebret. Quæ miris ſunt modis ornáta, cunctisque veneránda pópulis. Per omnipoténtis aduéntum, atque vocatiónẽ géntium. Vt natus eſt Chriſtus, eſt ſtella magis viſa lucida. At illi non caſſam

putántes

putántes tanti ſigni glóriã. S ecum múnera déferunt: páruulo ófferunt, vt regi cæli, quem ſydus prædícat. Atque áureo túmidi príncipis léctulo tránſito, Chriſti præſépe quæritant. Hinc ira ſæui Heródis féruida, ínuidit recens rectô ri génito, Bethlehém páruulos præcépit enſe crudéli pérdere. O Chriſte quantum patri exércitum iúuenis (doctus ad bella máxima, pópulis prædicans) cólligis; ſugens cum tantum míſeris! Anno hóminis tricéſimo, ſubtus fámuli ſe ínclyti inclináuerat manus Deus, cónſecrans nobis baptíſma, in abſolutiônem críminum. Ecce ſpíritus, in ſpécie ipsũ álitis innócuæ vnctûrus, ſanctis præ ómnibus víſitat, ſemper ipſius conténtus manſiône péctoris. Patris étiam inſónuit vox pia, véteris oblíta ſermónis; pœnitet me fecíſſe hóminem. Verè filius es tu meus, mihimet plácitus, in quo sũ placátus: hódie te mi fili génui. Huic omnes auſcultáte pópuli, præceptôri.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndúm Matthæum.

Cap 2. CVm natus eſſet Ieſus in Bethlehém Iudæ, in diébus Heródis regis: ecce Magi ab oriénte venêrũt Ieroſolymam, dicéntes. Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæôrum? Vídimus enim ſtellam eius in oriénte: & vénimus adorâre eum. Audiens autẽ Herôdes rex, turbátus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo. Et cóngregans omnes príncipes ſacerdótum, & ſcribas pópuli, ſciſcitabâtur ab eis, vbi Chriſtus naſcerêtur. At illi dixérunt ei: In Bethlehém Iudæ. Sic enim ſcriptum eſt per prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequáquam mínima es in princípibus Iuda. Ex te enim éxiet dux, qui regat pópulum meum Iſraël. Tunc Herôdes clàm vocàtis Magis, diligénter dídicit ab eis tempus ſtellæ, quæ appáruit eis. Et mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogâte diligénter de púero: & cùm inuenéritis, renunciâte mihi; vt & ego veniens adôrem eum. Qui cùm audíſſent regem, abiérunt. Et ecce, ſtella quam víderant in oriénte, antecedêbat eos: vſque dum véniens, ſtaret ſuprà vbi erat puer. Vidéntes autem ſtellã, gauíſi ſunt gaudio magno valdè. Et intrãtes domum, inuenêrunt púerum cum María matre eius: * & procidéntes adorauêrunt eum. Hîc flectit genua

Et apertis theſáuris ſuis, obtulêrunt ei mùnera: aurum, thus, & myrrhã. Et reſpónſo accépto in ſomnis, ne redírent ad Heródem: per áliam viam reuérſi ſunt in regiónem ſuam. Credo. Offer. Reges Tharſis & ínſulæ múnera ófferent: reges Arabum & Saba dona addúcent: & adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes ſéruient ei. Psa. 71.

Secreta.

ECcleſiæ tuæ quęſumus Dñe dona propítius intuêre: quibus iã nõ aurum, thus, & myrrha defertur: ſed quod eiſdem muneribus declarâtur, immolâtur, & ſumitur. Per Dñm.

Præfatio Quia cùm vnigénitus. Communicantes & diem vt in præfationib⁹. Et dicũtur per Octauam. Comm. Vídimus ſtellã eius in oriénte: & vénimus cum munéribus adorâre Dñm. Mat 2. Comp.

PRæſta quęſumus omnipotẽs Deus: vt quæ ſolenni celebrâmus offício, purificátæ mentis intelligẽtia conſequâmur. Per. Si hoc feſtum in Dominica venerit, nihil fiet de Dominica

nica vſque in feriam vi. vt infrà. Infrà Octauam Epiphaniæ, fit idem officium, quod in die, cum Kyrie ſemiduplici. Et poſt orationem diei dicuntur orationes Deus qui ſalútis ętérnę. & Eccléſię tuę. vt in Octaua Innocentum. Omnes ſub vna cóncluſione. Proſa, vt ſuprà, vel ibi. Anno hóminis. Sed in craſtino Epiphaniæ, ſi Dominica non fuerit, dicitur

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndum Ioánnem.

Cap 1. IN illo témpore. Vidit Ioánnes Iesũ veniéntem ad ſe, & ait. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccâta mundi. Hic eſt, de quo dixi: poſt me venit vir, qui ante me factus eſt: quia prior me erat, & ego neſciébam eum. Sed vt manifeſtétur in Iſraël, propterea veni ego in aqua baptízans. Et teſtimónium perhíbuit Ioánnes, dicens. Quia vidi ſpíritum deſcendéntẽ quaſi colúmbam de cælo: & manſit ſuper eum. Et ego neſciébam eum: ſed qui miſit me baptizâre in aqua, ille mihi dixit: Super quem víderis ſpíritũ deſcendéntem, & manéntem ſuper eũ: hic eſt qui baptízat in ſpíritu ſancto. Et ego vidi, & teſtimónium perhíbui: quia hic eſt filius Dei. Si verò in craſtino Epiphaniæ Dominica venerit, feria ii. dicetur hoc euangelium; Vidit Ioánnes Ieſum.

DOMINICA INFRA Octauam Epiphaniæ.

Eccl  IN excélſo throno vidi ſedêre virum, quem adôrat multitúdo angelôrum, pſalléntes in vnum: ecce cuius impérii nomen eſt in ætérnum. Pſal. I ubiláte Deo omnis terra: ſeruíte Dómino in lætítia. Ver. Glória Kyrieel. ſemiduplex

Pſa. 99.

Oratio.

VOta quæſumus Dñe ſupplicántis pópuli cæléſti pietâte proſéquere; vt & quæ agénda ſunt vídeant: & ad implénda quæ víderint conualéſcant. Per Dñm. Fit commemoratio Epiphaniæ, Deus qui hodierna die. ſub vna concluſione.

Léctio epíſtolæ beâti Pauli Apóſtoli ad Romános.

Cap 12. FRatres. Obſecro vos per miſericórdiam Dei: vt exhibeâtis córpora veſtra hóſtiam viuéntem, ſanctam, Deo placéntem, rationábile obſéquium veſtrum. Et nolíte conformâri huic ſéculo: ſed reformámini in nouitáte ſenſus veſtri, vt probétis quæ ſit volúntas Dei bona & beneplácens, & perfécta. Dico enim per grátiam quæ data eſt mihi, ómnibus qui ſunt inter vos: non plus ſápere, quàm opórtet ſápere: ſed ſápere ad ſobrietátem. Et vnicuique ſicut Deus diuíſit menſúram fídei. Sicut enim in vno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra nõ eúndem actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter altérius membra. In Chriſto Ieſu Dómino noſtro. Grad. Benedíctus Dóminus Deus Iſraël, qui facis mirabília magna ſolus à ſéculo. Ver. Suſcípiant montes pacẽ pópulo ſuo, & colles iuſtítiam. Allelúia. Ver. Iubiláte Deo omnis terra: ſeruíte Dómino in lætítia. Allelúia. Proſa Feſta Chriſti.

Pſa. 71. Pſa. 99.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndum Lucam.

Cap 2. CVm factus eſſet Ieſus annôrũ duódecim

ódecim, aſcendentibus illis Ieroſolymam ſecúndùm conſuetúdinem diei feſti, conſummatiſque diébus cùm redîrent, remánſit puer Ieſus in Ieruſalém: & non cognouêrunt paréntes eius. Exiſtimántes autem illũ eſſe in comitátu, venêrunt iter diei, & requirébant eum inter cognátos, & notos. Et non inueniéntes regréſsi ſunt in Ieruſalém; requiréntes eum. Et factum eſt; poſt tríduum inuenêrunt eum in templo ſedéntẽ in medio doctôrum, audiéntem illos, & interrogántem. Stupébãt autem omnes qui eum audiébant, ſuper prudéntia & reſpónſis eius. Et vidéntes admiráti ſunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego, doléntes quærebámus te. Et ait ad illos: Quid eſt quod me quærebátis? Neſciebátis, quia in his quę patris mei ſunt, opórtet me eſſe? Et ipſi non intellexérunt verbum, quod locútus eſt ad illos. Et deſcéndit cũ eis, & venit Nazareth: & erat ſúbditus illis. Et mater eius conſeruábat ómnia verba hæc in corde ſuo. Et Ieſus proficiébat ſapiéntia & ætáte, & grátia, apud Deum, & hómines. Credo.

Offert. Iubilâte Deo omnis terra, ſeruíte Dómino in lætítia, introíte in conſpéctu eius in exultatiône, quia Dóminus ipſe eſt Deus. Pſa. 99.

Secreta.

OBlâtum tibi Dómine ſacrifícium viuificet nos ſemper & múniat. Per D. Eccléſiæ tuæ quæſumus.

Præfatio & Communicántes ſicut in feſto. Comm. Fili, quid feciſti nobis ſic? ego & pater tuus doléntes, quærebám⁹ te. Et quid eſt quod me quærebâtis? neſciebâtis quia in his quæ patris mei ſunt, opórtet me eſſe? Complen. Lu. 2.

SVpplices te rogámus omnípotẽs Deus: vt quos tuis reficis ſacraméntis: tibi etiam plácitis móribus dignánter deſeruíre concédas. Per Dominum. Præſta q̃sũs omnípotens.

¶ Si feſtum Epiphaniæ in Dominicam inciderit, ſupràſcripta Miſſa dicitur feria vi. infrà Octauam. Et tunc pro tertia oratione dicitur Deus qui ſalútis ætérnæ. Proſa ibi Anno hóminis.

IN OCTAVA EPIPHANIAE.

Officium.

ECce aduenit. ſicut in die, præter infrà ſcripta Kyrieel. ſemiduplex.

Oratio.

DEus cuius vnigénitus in ſubſtãtia noſtræ carnis appáruit: præſta quæſumus: vt per eum quem ſimilem nobis foris agnóuimus: intus reformâri mereâmur. Qui tecũ viu.

DEus qui nos ſanctôrum tuôrũ Hilárii & Remígii confeſsiónibus glorióſis circúndas & prótegis: da nobis & eôrum imitatiône profícere; & interceſſiône gaudêre. Per D.

Léctio Iſaíæ prophetæ.

IN diébus illis. Dixit Iſaías: Dómine Deus meus honorificâbo te: laudem tríbuam nómini tuo, qui facis mirábiles res. Conſílium tuum antíquum verum fiat. Dómine excélſum eſt bráchium tuum, Deus Sabaóth: coróna ſpei, quæ ornáta eſt glória. Exúltet deſértum, & exúltent ſolitúdines Iordánis. Et pópulus meus vidébit altitúdinem Dómini, & maieſtâtem Dei: & erit congregátus & redémptus per Deum: & véniens in Sion cum lætítia, & lætítia ſempitérna: erit ſuper caput eius laus, & exúltatio. Cap 11.

últatio. Et apériam in móntibus flúmina: in médiis campis fontes diſrũpam: & terram ſitiéntem ſine aqua infúndam. Et puer meus exaltábitur & eleuábitur, & ſublímis erit valdè. Hauriêtis aquas in gáudio de fóntibus Saluatôris: & dicêtis in illa die. Confitémini Dómino, & inuocáte nomen eius. Notas fácite in pópulis adinuentiónes eius: mementóte quóniam excélſum eſt nomen eius. Cantáte Dómino, quoniam magníficè fecit: annunciâte hoc in vniuêrſa terra. Dicit Dóminus omnípotens.

Proſa vt in ipſo feſto.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndum Matthæum.

Cap 3. IN illo témpore. Venit Ieſus à Galilæa in Iordánem ad Ioánnem vt baptizarétur ab eo. Ioánnes autem prohibébat eum, dicens. Ego à te débeo baptizâri, & tu venis ad me? Reſpóndens autem Ieſus, dixit ei: Sine modò: ſic enim decet nos adimplére omnem iuſtítiam. Tunc dimíſit eum. Baptizâtus autem Ieſus, conféſtim aſcéndit de aqua. Et ecce apérti ſunt ei cæli: & vidit ſpíritum Dei deſcendéntem ſicut colúmbam, & manéntem ſuper ſe. Et ecce vox de cælis, dicens: Hic eſt filius meus diléctus, in quo mihi complácui.

Credo.

Secreta.

HOſtias tibi Dómine pro nati filii tui apparitiône deférimus: ſupplíciter exorántes: vt ſicut ipſe noſtrôrum eſt author múnerum: ita ſit ipſe miſéricors & ſuſcéptor; IESVS Chriſtus filius tuus Dóminus noſter.

Qui tecum.

SVſcipe quæſumus Dómine preces & múnera: quæ vt tuo ſint digna conſpéctui: ſanctôrum tuôrum précibus adiuuêmur. Per. Pręfatio & Communicantes ſicut in ipſo die.

Complen.

CAeléſti lúmine quæſumus Dómine ſemper & vbiq; nos prę-ueni: vt myſtérium cuius nos partícipes eſſe voluíſti: & puro cernámus intúitu: & digno percipiâmus affectu. Per Dominum.

CORporis ſacri & pretiôſi ſángui nis tui repléti libámine, quæſumus Dómine Deus noſter: vt quod pia deuotiône gérimus: certa redemptiône capiámus. Per. Si hæc Octaua in Dominica venerit, nihil fiat de Dñica.

¶ Ab Octaua Epiphaniæ vſque ad feriam iiij. Cinerum, infrà hebdomadam, in feriis vacantibus dicitur Miſſa. Feria ii. pro defunctis. Feria iij. de Angelis. Feria iiij. pro peccatis. Feria v. de ſancto Spiritu. Feria vj. de S. cruce. Sabbatho de S. Maria. Niſi Miſſa præcedentis Dominicæ infrà hebdomadam explenda fuerit: tunc enim feria iiij. aut ſi ea impedita fuerit, feria ij. de Dominica fit officium, cum memoria votiuæ ferialis.

¶ Si tempus tam breue fuerit ab Octaua Epiphanię vſque ad Septuageſimam, vt nulla Dominica, vel non omnes locũ habeant, ita quod omnia vel aliqua officia Dominicalia non poſsint expleri ſuis Dominicis, Miſſæ reſiduarum Dominicarum dicentur in vltima hebdomada ante Septuageſimam, iis quidem diebus quibus ſecundùm ordinẽ Breuiarii contigerit in Matutino homiliam alicuius ſuperfluę Dominicæ imponi. Quòd ſi ex neceſsitate fiat in feſto jx. lect. dicuntur duæ Miſſæ, quarũ vna fit de feſto, altera de Dominica. Sed eiuſmodi Miſſæ Dominicales, quando explentur infrà he-

bdomadam, fiunt ferialiter, id est cum Kyrie &c. trium lect. sine Glória in excélsis, sine Credo, & cum Benedicâm^o ¶ Orationes ab Octaua Epiphaniæ vsque ad purificationem, in Dñicis, quando fit de Dominica, post primam orationem dicuntur hæ: De^o qui nobis sub sacraménto. & Deus qui salútis ætérnę. Infrà hebdomadam verò, quando de superfluarum Dominicarum aliqua, aut de votiua feriali, (non tamen B. Mariæ) aut de festo iij. vel jx. lect. agitur, dicuntur istæ orationes: Deus qui salútis ætérnæ. & Ecclésiæ tuæ. Nisi tam in Dominica quàm per hebdomadam facienda sit alicuius sancti memoria. Post Septuagesimam tamen & Sexagesimam, si ante Purificationem veniant, quãdo infrà hebdomadam non occurrit dicenda oratio de sancto, secunda dicitur de S. Maria, tertia vero A cunctis, vel de Dominica, vel de votiua feriali, vel alia ad libitum.

DOMINICA I. POST OCTAVAM EPIPHANIÆ. Introitus.



Pſa. 65. Omnis terra adôret te Deus, & psallat tibi: psalmum dicat nómini tuo altíssime. Psal. Iubiláte Deo omnis terra: psalmum dicat nómini sancto eius. Ver. Glória. Kyrieel. Dominicale hyemale: quod canitur Dñicis diebus quando de Dominica fit Missa, vsq. ad Dñicam Palmarũ. Et dicitur Glória in excélsis, in Dñicis, vsque ad Septuagesimam. Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus: qui cæléstia simul & terréna moderâris: supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi: & pacem tuã nostris concéde tempóribus. Per.

De S. corpore Christi. Oratio.

DEus qui nobis sub sacraménto mirábili passiônis tuæ memóriam reliquísti: tríbue quæsumus: ita nos córporis & sánguinis tui sacra mystéria venerâri: vt redemptiónis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus. Qui viuis. &c.

De Sancta Maria. Oratio.

DEus qui salútis ætérnæ beátæ Maríę virginitáte fœcúnda humáno géneri præmia præstitísti: tríbue quæsumus: vt ipsam pro nobis intercédere sentiámus: per quam meruimus authôrẽ vitæ suscípere: Dñm nostrum Iesum Christum F. t. Qui.

Léctio epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános. Cap 12.

FRatres. Habéntes donatiónes, secúndùm grátiam quæ data est nobis, differéntes: siue prophetíam secúndùm ratiônem fidei, siue ministérium in ministrándo, siue qui docet in doctrîna: qui exhortâtur in exhortándo, qui tríbuit in simplicitáte, qui præest in solicitúdine, qui miserétur in hilaritâte. Diléctio sine simulatiône. Odiéntes malum: adhæréntes bono: charitâtem fraternitátis ínuicem diligéntes: honôre ínuicẽ prę-ueniéntes. Solicitúdine nõ pigri: spíritu feruéntes: Dómino seruiẽtes: spe gaudéntes: in tribulatiône patiéntes: oratiôni instántes: necessitátibus sanctôrum communicántes: hospitalitátẽ sectántes. Benedícite persequẽtibus vos: benedícite, & nolíte maledícere. Gaudéte cũ gaudéntibus: flete cum fléntibus: idipsum ínuicẽ sentiêntes: sed humílibus consentiêntes.

Pſa. 106 **Gradu.** Miſit Dóminus verbum ſuum, & ſanáuit eos: & erípuit eos de intéritu eôrum. **Ver.** Confiteántur Dómino miſericórdiæ eius; & mirabília eius filiis hóminum. **Allelúia.** Pſa. 96. **Ver.** Dóminus regnáuit, exúltet terra: lætẽtur ínſulæ multæ. Allelúia.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Ioánnem.

Cap 2. IN illo témpore. Nuptiæ factę ſunt in Cana Galilææ: & erat mater Ieſu ibi. Vocâtus eſt autem & Ieſus, & diſcípuli eius, ad núptias. Et deficiénte vino, dicit mater Ieſu ad eum. Vinũ non habent. Et dicit ei Ieſus. Quid mihi & tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius miníſtris. Quodcúnque díxerit vobis, fácite. Erant autem ibi lapídeæ hydriæ ſex póſitæ, ſecúndùm purificatiônẽ Iudæôrum: capiéntes ſíngulæ metrétas binas vel ternas. Dicit eis Ieſus. Impléte hydrias aqua. Et impleuêrũt eas vſque ad ſummum. Et dicit eis Ieſus. Haurîte nunc, & ferte architriclîno. Et tulérunt. Vt autem guſtáuit architriclînus aquam vinum factã, & non ſciébat vnde eſſet: miníſtri autem ſciébant qui háuſerant aquam: vocat ſponſum architriclînus, & dicit ei. Omnis homo primùm bonum vinum ponit: & cùm inebriâti fúerint, tunc id quod detérius eſt: tu autẽ ſeruâſti bonum vinum vſq; adhuc. Hoc fecit inítium ſignôrum Ieſus in Cana Galilææ: & manifeſtâuit glóriam ſuam. Et credidêrunt in eum diſcípuli eius. Credo.

Pſa. 65. **Offert.** Iubilâte Deo vniuêrſa terra: pſalmum dícite nómini eius: veníte & audíte, & narrâbo vobis omnes qui timêtis Deũ, quanta fecit Dñs ánimę meę.

Secreta.

OBláta Dómine múnera ſanctífica: noſque à peccatôrum noſtrôrum máculis emúnda. Per.

De ſanctiſſimo corpore Chriſti.

Secreta.

ECcléſiæ tuæ quæſumus Dómine vnitâtis & pacis propítius dona concéde: quæ ſub oblátis munéribus myſticè deſignántur.

De S. Maria. **Secreta.**

MVnéribus noſtris quæſumus Dómine precibúſq; ſuſcéptis: & intercedénte gloriôſa Dei genitrîce María: & cæléſtibus nos munda myſtériis; & cleménter exáudi. Per eúndem.

Comm.

Ian. 2. Dicit Dóminus, implête hydrias aqua, & ferte architriclîno: dum guſtâſſet architriclînus aquam vinum factam, dicit ſponſo; ſeruáſti bonum vinum vſque adhuc: hoc ſignum fecit Ieſus primùm coram diſcípulis ſuis.

Complen.

AVgeâtur in nobis quæſumꝰ Dómine tuæ virtútis operátio: vt diuînis vegetâti ſacraméntis: ad eôrum promíſſa capiénda tuo múnere præparémur. Per.

De ſanctiſſimo corpore Chriſti.

Complen.

FAc nos quęſumus Dómine diuinitátis tuæ ſempitérna fruitióne replêri: quã pretióſi córporis & ſánguinis tui temporâlis percéptio præfigûrat.

De S. Maria. **Compl.**

HAec nos commúnio Dómine purget à crímine: & intercedẽte pro nobis beáta Dei genitrîce María: cæléſtis remédii fáciat eſſe conſórtes. Per eúndem.

DOMINICA SECVNDA

Introitus.

Psa. 96.  Dorâte Deum omnes ángeli eius: audíuit & lætáta est Sion: & exúltauêrunt fíliæ Iudæ. Psa. Dóminus regnáuit, exúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. Ver. Glória patri. Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: infirmitátem nostram propítius réspice: atque ad protegéndum nos, déxteram tuæ maiestátis exténde. Per. Aliæ orationes. Deus qui nobis sub sacraménto. & Deus qui salútis. vt in præcedenti Dominica.

Lectio epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

Cap 12. FRatres. Nolíte esse prudéntes apud vosmetípsos: nulli malum pro malo reddéntes: prouidéntes bona, non tantùm coram Deo, sed etiã coram ómnibus homínibus. Si fíeri potest, quod ex vobis est, cum ómnibus homínibus pacem habéntes. Non vosmetípsos defendéntes, charíssimi: sed date locum iræ. Scriptũ est enim. Mihi vindíctam: & ego retríbuam, dicit Dñus. Sed si esuríerit inimícus tuus, ciba illum. Si sitit, potũ da illi: hoc enim fáciens, carbónes ignis cóngeres super caput eius. Noli vinci à malo: sed vince in bono malũ.

Psa. 101. Grad. TImêbunt gentes nomen tuum Dómine, & omnes reges terræ glóriam tuam. Ver. Quóniam ædificáuit Dóminus Sion, & vidébitur in maiestáte sua.

Psa 148 Allelúia. Ver. Laudáte Deum omnes ángeli eius: laudate eum omnes virtútes eius. Allelúia.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Matthæum.

Cap 8. IN illo témpore. Cùm descendísset Iesus de monte, secútæ sunt eũ turbæ multæ. Et ecce leprôsus véniens, adorâbat eum dicens. Dómine, si vis, potes me mundâre. Et exténdens Iesus manum, tétigit eum, dicens. Volo, mundâre. Et conféstim múndata est lepra eius. Et ait illi Iesus. Vide, némini díxeris: sed vade, osténde te sacerdóti: & offer munus quod præcépit Moyses, in testimónium illis. Cùm autem introísset Caphárnaum, accéssit ad eum Centúrio, rogans eum, & dicens: Dómine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquêtur. Et ait illi Iesus. Ego véniam, & curâbo eum. Et respóndens Centúrio, ait: Dómine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantùm dic verbo, & sanábitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me mílites; & dico huic, vade, & vadit: & alio veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus, mirâtus est: & sequẽtibus se dixit. Amen dico vobis, non ínueni tantam fidem in Israël. Dico autem vobis, quòd multi ab oriénte & occidénte vénient: & recúmbent cum Abrahám, & Isaac, & Iacob in regno cælôrum: filii autem regni eiiciéntur in ténebras exteriôres. Ibi erit fletus, & strídor déntium. & dixit Iesus Centurióni: Vade, & sicut credidísti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora. Credo.

Offert. DÉxtera Dómini fecit virtútẽ: déxtera Dñi exaltáuit me: non móriar, sed viuam, & narrabo ópera Dñi. Psa. 117.

Secreta.

HAec hóstia queſumus Dómine emúndet noſtra delícta: & ad ſacrifícium celebrándum ſubditôrũ tibi córpora menteſq́. ſanctíficet. Per Aliæ ſecretæ, vt in Dominica præcedéti.

Luc 4. Comm. Mirabántur omnes de his, quæ procedébant de ore Dei.

Complen.

QVos tantis Dómine largîris vti myſtériis: quæſumus, vt effectibus eôrum veráciter nos aptâre dignêris. Per. Aliæ Complendæ vt in Dominica præterita.

DOMINICA TERTIA

Officium.

ADorâte Deum, repetatur totum, præter infraſcripta. Oratio.

DEus qui nos in tantis periculis cõſtitútos pro humána ſcis fragilitâte non poſſe ſubſíſtere: da nobis ſalútem mentis & córporis: vt ea quæ pro peccátis noſtris pátimur; te adiuuánte vincámus. Per. Aliæ orationes. Deus qui nobis ſub ſacraménto. Deus qui ſalútis. vt in Dñica I. fol. 38.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

Cap 13. FRatres. Némini quicquam debeátis; niſi vt ínuicem diligâtis. Qui enim díligit próximum, legem implêuit. Nam non adulterâbis: nõ occídes: non furáberis: non falſum teſtimónium dices: non concupíſces: & ſi quod eſt aliud mãdatum, in hoc verbo inſtaurâtur: díliges próximum tuum ſicut teípſum. Diléctio próximi, malum non operâtur. Plenitúdo ergo legis, eſt diléctio.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

Cap 8. IN illo témpore. Aſcendénte Ieſu in nauículam, ſecúti ſunt eum diſcípuli eius. Et ecce, motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauícula operirêtur flúctibus. Ipſe verò dormiébat. Et acceſsêrunt ad eum diſcípuli eius, & ſuſcitauêrunt eum, dicéntes. Dómine, ſalua nos, perimus. Et dicit eis. Quid tímidi eſtis módicæ fidei? Tunc ſurgens imperâuit ventis & mari: & facta eſt tranquillitas magna. Porrò hómines mirâti ſunt, dicéntes. Qualis eſt hic? quia venti & mare obédiunt ei. Credo. Secreta.

COncéde quæſumus omnipotẽs Deus: vt huius ſacrificii munus oblátum: fragilitâtem noſtram ab omni malo purget ſemper & múniat. Per. Aliæ Secretæ vt in Dominica prima, fol. 39. Complenda.

MVnera tua queſumus omnípotens Deus; à delectatiónibus terrênis nos expédiant: & cæléſtibus ſemper inſtáurent aliméntis. Per. Aliæ Complendæ, fol. 39.

DOMINICA QVARTA

Officium.

ADorâte repetatur. Oratio.

FAmíliam tuam quæſumus Dómine contínua pietáte cuſtódi: vt quæ in ſola ſpe grátiæ cæléſtis innítitur: tua ſemper protectiône muniâtur. Per. Poſt feſtum purificationis dicitur ſecunda oratio. Deus qui nobis. ſub ſacraménto. Tertia: A cunctis nos quæſumus. vt infrà in Dominica Septuageſimæ.

Léctio Epiſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Coloſsénſes.

Cap 3. FRatres. Indúite vos ſicut eléćti Dei, ſancti & diléćti, viſcera miſericórdiæ, benignitâtem, humilitâ-

tem,modéſtiam,patiéntiam,ſupportántes ínuicem: & donántes vobismetípſis, ſi quis aduérſum áliquem habet querelam. Sicut & Dóminus donáuit vobis; ita & vos. Super ómmnia autem hæc, charitátem habéte: quod eſt vínculum perfectiônis. Et pax Chriſti exúltet in córdibus veſtris,in qua & vocáti eſtis in vno córpore: & grati eſtôte. Verbum Chriſti hábitet in vobis abundánter, in omni ſapiéntia: docéntes & commonéntes voſmetípſos,in pſalmis,hymnis,& cánticis ſpirituálibus: in grátia cantâtes in córdibus veſtris Deo. Omne quodcunq; fácitis in verbo aut in ópere: ómnia in nómine Dñi noſtri Ieſu Chriſti fácite,grátias agêtes Deo & patri:per Ieſũ Chriſtũ Dñm noſtrũ.

Sequentia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

Cap. 13. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis parábolam hanc. Símile factum eſt regnum cælôrum hómini qui ſeminâuit bonum ſemen in agro ſuo. Cùm autem dormírẽt hómines, venit inimîcus eius, & ſuperſeminâuit zizánia in médio trítici, & ábiit. Cùm autem creuíſſet herba, & fructum fecíſſet: tunc apparuêrunt & zizánia. Accedéntes autem ſerui patrisfamiliâs,dixêrunt ei.Dómine,nõné bonum ſemen ſeminâſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizánia? Et ait illis. Inimîcus homo hoc fecit.Serui autẽ eius dixêrunt ei. Vis imus, & collígimus ea? Et ait. Non: ne forte colligéntes zizánia, eradicêtis ſimul cum eis & tríticum. Sínite vtraq. créſcere vſque ad meſſem: & in témpore meſſis dicam meſſôribus. Collígigite primùm zizánia, & alligáte ea in faſcículos ad comburéndum: tríticum autem congregâte in hórreũ meum. Credo. Secreta.

HOſtias tibi Dómine placatiónis offérimus: vt & delícta noſtra miſerátus abſóluas: & nutántia córda tu dírigas. Per. Secũda Secreta Ecclésiæ tuæ. tertia Exáudi nos Deus. vt in Dñica Septuageſimæ. Complen.

QVæſumus omnípotens Deus: vt illíus ſalutâris capiâmus efféctum: cuius per hæc myſtéria pignus accépimus. Per. Secunda Complenda Fac nos quæſumus. tertia Mundet & múniat. vt in Dñica Septuageſi.

DOMINICA QVINTA.

Officium.

ADorâte repetatur. Oratio.

CONſérua pópulum tuum Deus: & tuo nómini fac deuôtum: vt ſubiéctus diuínis offíciis: & temporália vtíliter agat: & ætérna dona percípiat. Per. Aliæ orationes De' qui nobis ſub ſacraménto. A cunctis. vt infrà in Dñica Septuageſimę. Epiſtola. Indúite vos. vt in præcedenti Dominica.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

Cap. 11. IN illo témpore. Reſpóndens Ieſus dixit. Confiteor tibi pater, Dómine cæli & terræ: quia tu abſcondíſti hæc à ſapiéntibus & prudéntibus: & reuelâſti ea páruulis. Ita pater: quóniam ſic plácitum fuit ante te. Omnia mihi trádita ſunt à patre meo. Et nemo nouit filium, niſi pater: neque patrem quis nouit, niſi filius: Et cui volúerit filius reuelâre. Veníte ad me omnes qui laborátis, & oneráti eſtis: & ego refíciam vos. Tóllite iugũ meum ſuper vos: & díſcite à me, quia

mitis sum & húmilis corde: & inueniêtis réquiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est: & onus meum leue. Credo. Secreta.

HAec nos quęsumus Dómine oblátio mundet & rénouet; gubérnet & prótegat. Per. Aliæ Secretæ Ecclésiæ tuæ. Exáudi nos Deus. vt in Dominica Septuagesimæ. Complen.

CÆlestibus pasti mystériis quęsumus Dómine: vt semper eadem per quæ vímus veráciter appetámus. Per. Aliæ Complendæ. Fac nos quæsumus. Mundet & muniat. vt in Dominica Septuagesimæ.

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA.

Psa 17.



Ircumdedêrunt me gémitus mortis, dolôres inferni circũdedêrunt me: & in tribulatióne mea inuocâui Dóminum, & exaudíuit de tẽplo sancto suo vocem meam. Psal. Díligam te Dómine virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meum, & liberâtor meus. Ver. Glória patri. Kyrie el. Dominicale hyemale. Non dicitur Glória in excélsis, nec Ite Missa est à Dñica Septuagesimæ vsque ad Pascha; excepta feria quinta in cœna Domini celebrante Episcopo, & Sabbatho sancto, & quando dicitur Missa de festo. Oratio.

Cap 11.

PReces pópuli tui quæsumus Dómine cleménter exáudi: vt qui iustè pro peccátis nostris affligimur, pro tui nominis glória misericórditer liberémur. Per.

De sacra Eucharistia. Oratio.

DEus qui nobis sub sacraménto mirábili passiônis tuæ memóriam reliquísti: tríbue quæsumus: ita nos córporis & sánguinis tui sacra mystéria venerâri, vt redemptiônis tuæ fructũ in nobis iúgiter sentiámus.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

ACunctis nos quæsumus Dómine mentis & córporis defénde periculis: & intercedénte gloriósa vírgine dei genitrîce María: cum beátis Apóstolis tuis Petro & Paulo atque Andrea & ómnibus sanctis: salútem nobis tríbue benígnus & pacẽ; vt destrúctis aduersitátibus & erróribus vniuérsis: ecclesia tua secûra tibi séruiat libertâte. Per eun.

Léctio epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

FRatres. Nescítis, quòd hi qui in stádio currunt, omnes quidẽ currunt: sed vnus áccipit bráuiũ? Sic cúrrite, vt cõprehẽdátis. Omnis autẽ qui in agóne cõténdit ab ómnibus se ábstinet. Et illi quidẽ, vt corruptíbilem corónã accípiant: nos autem incorrúptã. Ego ígitur sic curro, non quasi incértũ: sic pugno, nõ quasi áërem vérberans: sed castígo corpus meum, & in seruitùtem redígo: ne forté cùm alijs prædicáuerim, ipse repróbus efficiar. Nolo enim vos ignorâre fratres: quóniã patres nostri omnes sub nube fuêrunt, & omnes mare transiérunt, & omnes in Moyse baptizâti sunt in nube & in mari. Et omnes eándem escam spirituâlem manducauêrunt, & omnes eúndem potũ spirituâlem bibêrunt. Bibêbant autẽ de spiritâli, consequénte eos, petra: petra autem erat Christus. Sed non in plúribus eôrũ beneplácitũ est Deo.

1. c. 9.

Cap 10.

Pſa. 9. **Gradu. A** diútor in opportunitátibus, in tribulatiône: ſperent in te, qui nouêrunt te: quóniam non derelínques quæréntes te Dómine. **Ver.** Quóniã non in finem oblíuio erit páuperis: patiéntia páuperum non períbit in ætérnũ: exúrge Dómine, non præuáleat homo.

Pſa. 129. **Tractus. D**e profúndis clamáui ad te Dñe, Dñe exáudi vocẽ meã. **Ver.** Fiant aures tuę intẽdéntes in oratiónem ſerui tui. **Ver.** Si iniqtátes obſeruáueris Dñe, Dñe quis ſuſtinébit: **Ver.** Quia apud te propitiátio eſt, & propter legem tuam ſuſtínui te Dñe. Ab hac die vsque ad feriam iiij. Cinerũ, Tractus dicitur tantùm in Dñicis & feſtis jx. lectionum, ac maioribus: in feriis autẽ (licet repetatur Miſſa de Dominica) nõ dicitur; nec in feſtis iij. lectionũ: ſed Graduale tantũ.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

Cap 20. **I**N illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis parábolã hanc. Símile eſt regnum cælôrum hómini patrifamiliâs, qui éxiit primo mane condúcere operários in víneã ſuam. Conuentiône autem facta cum operáriis ex denário diúrno, miſit eos in víneam ſuam. Et egréſſus circa horam tertiã, vidit alios ſtantes in foro otióſos, & dixit illis. Ite & vos in vineam meam: & quod iuſtum fúerit, dabo vobis. Illi autem abiêrunt. Iterum autem éxiit circa ſextam, & nonam horam: & fecit ſimiliter. Circa vndécimam verò horam éxiit, & inuénit álios ſtãtes, & dixit illis. Quid hîc ſtatis tota die otióſi? Dicunt ei. Quia nemo nos condúxit. Dicit illis. Ite & vos in víneam meam. Cùm autem ſeró factũ eſſet, dixit Dóminus víneæ procuratôri ſuo. Voca operários, & redde illis mercédem, incípiens à nouíſſimis vſque ad primos. Cùm veníſſent ergo qui circa vndécimam horam vénerant, accepêrunt ſingulos denários. Veniéntes autem & primi, arbitráti ſunt quòd plus eſſent acceptûri: accepêrunt autem & ipſi ſingulos denários. Et accipiéntes, murmurâbant aduérſus patrẽfamiliâs, dicéntes. Hi nouíſſimi vna hora fecêrunt, & pares illos nobis fecíſti, qui portáuimus pondus diei & æſtus. At ille reſpóndens, vni eôrum dixit. Amíce, non fácio tibi iniúriã. Nonné ex denário cõueníſti mecum? Tolle quod tuum eſt, & vade. Volo autẽ & huic nouíſſimo dare, ſicut & tibi. Aut nõ licet mihi quod volo, fácere? An óculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Sic erunt nouíſſimi primi: & primi nouíſſimi. Multi enim ſunt vocáti: pauci verò electi.. **C**redo

Offert. Bonum eſt confitéri Dómino, & pſállere nómini tuo altíſsime. Pſa. 91.

Secreta.

MVnéribus noſtris quęſumꝰ Dómine precibusque ſuſcéptis: & cæléſtibus nos munda myſtériis, & cleménter exáudi. Per.

De ſacra Euchariſtia. Secreta.

ECcléſiæ tuæ quęſumus Dómine vnitátis & pacis propítius dona concéde: quæ ſub oblátis munéribus myſticè deſignântur.

Tertia Secreta.

EXáudinosDeus ſalutâris noſter: & per huius ſacraménti virtútẽ: & glorióſę vírginis Dei genitrícis Maríæ, Apoſtolôrumque tuôrum Petri, & Pauli, atque Andreæ, & ómnium ſanctôrum tuôrum interceſſiônem: à cunctis nos hóſtibus mentis & cór-

poris

poris tueâris: grátiã tríbuens in præsénti: & glóriam in futûro. Per eũdẽ.

Pſa. 30. Comm. Illúmina fáciem tuam ſuper ſeruum tuum, & ſaluum me fac in tua miſericórdia: Dómine non confúndar, quóniam inuocáui te. Complen.

FIdéles tui Deus per tua dona firméntur: vt eádem & percipiéndo requîrant: & quæréndo ſine fine percípiant. Per.

De ſacra Euchariſtia. Compl.

FAc nos quæſumus Dómine diuinitátis tuæ ſempitérna fruitiône replêri: quã pretióſi córporis & ſánguinis tui temporâlis percéptio præfigûrat. Tertia. Complenda.

MVndet & múniat quæſumus Dómine diuíni ſacramẽti nos munus oblátum: & intercedénte glóriósa Dei genitrîce María, cum beátis Apóſtolis tuis Petro, & Paulo, atque Andréa, & ómnibus ſanctis; à cunctis nos reddat peruerſitátibus expiátos: & aduerſitátibus expedítos. Per eúndem. Benedicámus Dómino. Reſ. Deo gratias.

¶ Si aliquod feſtũ ſẽmiduplex aut maius in hac Dominica, & ſequentibus vſq. ad Dominicam Palmarum excluſiuè venerit, in craſtinum transfertur. Exceptis feſtis Purificationis & Annũtiationis B. Mariæ quæ ſemper ſuo loco celebrãtur. Niſi Dominica Paſsionis Domini fuerit.

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

Pſa. 43. 

EXúrge, quare obdórmis Dñe? exúrge, & ne repéllas in finem: quare fáciem tuam auértis, obliuiſcêris tribulati ónis noſtræ? adhæſit in terra venter noſter: exúrge Dómine, adiúua nos, & líbera nos. Pſal. Deus áuribus noſtris audíuimus: patres noſtri annunciauêrunt nobis. Ver. Glória patri.

Oratio.

DEus qui cónſpicis, quia ex nulla noſtra actiône confídimus: concéde propítius: vt contra aduérſa ómnia doctôris géntium protecti ône muniâmur. Per. Aliæ orationes, vt in Dominica præcedenti.

Léctio Epíſtolę bcáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

2. Cap. 11. FRatres. Libénter ſuffértis inſipiẽtes: cùm ſitis ipſi ſapiéntes. Suſtinétis enim, ſi quis vos in ſeruitútẽ rédigit, ſi quis déuorat, ſi quis áccipit, ſi quis extóllitur, ſi quis in fáciem vos cædit. Secúndùm ignobilitátem dico, quaſi nos infírmi fuérimus in hac parte. In quo quis audet (in inſipiéntia dico) áudeo & ego. Hebræi ſunt; & ego. Iſraëlítæ ſunt; & ego. Semen Abrahæ ſunt; & ego. Miníſtri Chriſti ſunt; & ego: vt minus ſápiens dico; plus ego. In labóribus plúrimis, in carcéribus abundántiùs, in plagis ſupra modum, in mórtibus frequenter. A Iudæis quínquies: quadragénas vna minus accépi. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidátus ſum, ter naufrágium feci, nocte & die in profúndo maris fui. In itinéribus ſæpè, perículis flúminum, perículis latrônum, perículis ex génere, perículis ex géntibus, perículis in ciuitâte, perículis in ſolitúdine, perículis in mari, perículis in falſis frátribus. In labôre & ærúmna, in vigíliis multis, in fame & ſiti, in ieiúniis multis, in frígore & nuditâte: præter illa quæ extrínſecus

ſunt:

sunt: instántia mea quotidiána, solicitúdo ómniũ ecclesiârum. Quis infirmâtur, & ego non infírmor? Quis scandalizâtur,& ego nõ vror? Si glóriâri opórtet, quæ infirmitâtis meæ sunt, gloriâbor. Deus & pater Dómini nostri Iesu Christi, qui est benedíctus in séçula,scit quòd non méntior.

Cap 12. Damásci, præpósitus gentis Arétæ régis, custodiébat ciuitátem Damascenôrum, vt me comprehénderet:& per fenéstram in sporta demíssus sum per murũ:& sic effúgi manus eius. Si gloriâri opórtet, nõ éxpedit quidem. Véniam autem ad visiônes, & reuelatiônes Dómini. Scio hóminem in Christo ante annos quatuórdecim, siue in córpore, siue extra corpus, néscio,Deus scit: raptum huiúsmodi vsq; ad tértium cælum. Et scio huiúsmodi hóminem, siue in córpore,siue extra corpus,néscio,Deus scit: quóniam raptus est in paradysum:& audíuit arcána verba, quæ non licet hómini loqui.Pro huiúsmodi gloriâbor: pro me autem nihil gloriâbor,nisi in infirmitátibus meis. Nam & si volúero gloriâri, non ero insípiens : veritátem enim dicam. Parco autem: ne quis me exístimet supra id quod videt in me, aut audit áliquid ex me. Et ne magnitúdo reuelatiónũ extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meæ ángelus satánæ, qui me colaphízet. Propter quod,ter Dóminum rogáui, vt discéderet a me: & dixit mihi. Súfficit tibi grátia mea:nã virtus in infirmitáte perficitur.Libenter ígitur gloriâbor in infirmitâtibus meis: vt inhábitet in me virtº Christi.

Pſa. 82. Gradu. Sciant gentes, quóniam nomẽ tibi Deus: tu solus altíssimus super omnem terram. Ver. Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stípulam ante fáciem venti.

Tractus. Commouísti Dómine terrã, & conturbásti eam. Ver. Sana contritiónes eius, quia mota est. Ver: Vt fúgiant à facie arcus:vt liberẽtur dilécti tui. Pſa. 95.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

Cap 8. IN illo témpore. Cùm turba plúrima conueníret, & de ciuitátibus properârent ad Iesum, dixit per similitúdinem. Exiit qui séminat seminâre semen suum. Et dum séminat, áliud cécidit secus viam, & conculcâtũ est: & vólucres cæli comedêrunt illud. Et áliud cécidit supra petram: & natum áruit, quia non habébat humôrem. Et áliud cécidit inter spinas: & simul exórtæ spinæ suffocauêrunt illud. Et áliud cécidit in terram bonam: & ortum,fecit fructum céntuplum.Hæc dicens,clamábat.Qui habet aures audiéndi, aúdiat. Interrogábãt autem eum discípuli eius,quæ esset hęc parábola.Quibus ipse dixit. Vobis datum nosse mystérium regni Dei: cæteris autem in parábolis: vt vidéntes non vídeant, & audiéntes non intélligant.Est autem hæc parábola. Semen, est verbum Dei. Quod autem secus viam: hi sunt qui aúdiunt, deinde venit diábolus, & tollit verbum de corde côrum, ne credéntes salui fiant. Nam quod supra petram:hi sunt,qui cùm audíerint,cum gáudio suscípiunt verbum: & hi radíces non hábent: quia ad tempus credunt,& in témpore tentatiônis recédunt. Quod autem in spinas cécidit: hi sunt, qui audiêrunt, & à solicitudínibus, & diuítiis, & voluptáti-

bus vi-

bus vitæ, eúntes, suffocántur,& non réferũt fructum. Quod autẽ in terrã bonam:hi sunt,qui in corde bono & óptimo,audiéntes,verbũ rétinent,& fructũ áfferunt in patiéntia. Credo.

Pſa. 16. **Offert.** Pérfice gressus meos in sémitis tuis, vt non moueântur vestígia mea: ínclina ad me aurem tuã,& exáudi verba mea: mirífica misericórdias tuas,qui saluos facis sperántes in te Dómine.

Secreta.

OBlátum tibi Dómine sacrifícium viuíficet nos semper & múniat. Per. **Aliæ Secretæ, vt in Dominica præcedenti.**

Pſa. 42. **Comm.** Introíbo ad altâre Dei, ad Deum, qui lætíficat iuuentútem meam.

Complen.

SVpplices te rogámus omnípotẽs Deus: vt quos tuis réficis sacraméntis: tibi etiam plácitis móribus dignânter deseruíre concédas. Per. **Aliæ Complen. vt in præcedenti Dñica.**

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA.

Pſa. 30. 

STo mihi in Deum protectôrem, & in locum refúgii,vt saluum me fácias:quóniam firmamẽtum meum,& refúgium meum es tu: & propter nomen tuũ, dux mihi eris, & enútries me. **Pſa.** In te Dómine speráui,non confúndar in ætérnum: in iustítia tua líbera me. **Ver.** Glória patri. **Oratio.**

PReces nostras quæsumus Dómine cleménter exáudi: atq; à peccatôrum vínculis absolútos; ab omni nos aduersitáte custódi. Per.

Oratio. Deus qui nobis sub sacraménto. & **Oratio** A cunctis nos quæsumus. vt in Dominica Septuagesimæ.

Léctio epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

FRatres. Si linguis hóminum loquar & angelôrum, charitátem autem non hábeam: factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tínniens. Et si habúero prophetíam,& nóuerim mystéria ómnia,& omnem sciéntiam: & si habúero omnem fidẽ, ita vt montes tránsferam, charitátẽ autem non habúero: nihil sum. Et si distribúero in cibos páuperum omnes facultátes meas: & si tradídero corpus meum ita vt árdeam,charitátem autem non habúero: nihil mihi prodest. Cháritas patiens est,benígna est: cháritas non æmulátur,non agit pérperam; non inflátur,non est ambitiósa; non quærit quæ sua sunt,nõ iritátur;non cógitat malum,nõ gáudet super iniquitâte: congáudet autem veritâti. Omnia suffert, ómnia credit, ómnia sperat, ómnia sústinet. Cháritas nunquam éxcidit: siue prophetiæ euacuabúntur, siue línguæ cessábunt,siue sciéntia destruétur. Ex parte enim cognóscimus,& ex parte prophetámus. Cùm autem vénerit quod perféctũ est,euacuábitur quod ex parte est. Cùm essem páruulus,loquébar vt páruulus, sapiébam vt páruulus,cogitábam vt páruulus. Quando autem factus sum vir, euacuáui quæ erant páruuli. Vidémus nũc per spéculum in ænígmate: tunc autem fácie ad fáciem. Nunc cognósco ex parte: tunc autem cognóscam sicut & cógnitus sum. Nunc autem manent, fides, spes, cháritas: tria hæc: maior autem horum est cháritas. 1. Cap 13.

Gradu. Tu es Deus, qui facis mirabí- Pſa. 76.

lia so-

lia ſolus: notam fecíſti in géntibus virtútem tuam. Ver. Liberáſti in bráchio tuo pópulum tuũ, fílios Iſraël, & Ioſeph.

Pſa. 99. Tractus. Iubiláte Dómino omnis terra: ſeruite Dómino in lætítia. Ver. Intráte in conſpéctu eius, in exultatióne. Scitóte, quóniã Dóminus ipſe eſt Deus. Ver. Ipſe fecit nos, & non ipſi nos: nos autem pópulus eius, & oues páſcuæ eiꝰ.

Sequéntia ſancti cuangélii ſecúndum Lucam.

Cap 18. IN illo tẽpore. Aſſúmpſit Ieſus dudécim diſcípulos ſuos, & ait illis. Ecce aſcéndimus Ieroſólymam; & conſummabúntur ómnia quæ ſcripta ſunt per prophétas de fílio hóminis: tradétur enim géntibus, & illudétur, & flagellábitur, & cõſpuétur. Et poſtquàm flagelláuerint, occídẽt eum: & tértia die reſúrget. Et ipſi nihil horum intellexêrunt. Et erat verbum iſtud abſcónditum ab eis: & nõ intelligébant quæ dicebántur. Factũ eſt autem, cùm appropinquâret Iéricho, cœcus quidam ſedêbat ſecus viam, mendícans. Et cùm audîret turbam prætereúntẽ, interrogábat quid hoc eſſet. Dixêrunt autem ei, quòd Ieſus Nazarénus transíret. Et clamáuit dicens. Ieſu fili Dauid, miſerêre mei. Et qui præíbant, increpábant eum, vt tacêret. Ipſe verò multò magis clamábat. Fili Dauid miſerêre mei. Stans autem Ieſus, iuſſit illũ addúci ad ſe. Et cùm appropinquáſſet, interrogâuit illum dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Dómine, vt vídeam. Et dixit illi Ieſus. Réſpice: fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit: & ſequebâtur illum magníficans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo. Credo.

Offert. Benedíctus es Dñe, doce me iuſtificatiônes tuas: in lábiis meis pronũciáui ómnia iudícia oris tui. Pſa. 118. Secreta.

HAec hóſtia queſumus Dómine emúndet noſtra delícta: & ad ſacrifícium celebrándum ſubditôrũ tibi córpora mẽteſq. ſanctíficet. Per. Secre. Eccléſiæ tuæ. Exaudi nos Deꝰ. vt in Dominica Septuageſimæ.

Comm. Manducauêrunt, & ſaturâti ſunt nimis, & deſidérium eôrum áttulit eis Dóminus: non ſunt fraudáti à deſidério ſuo. Pſa. 77. Complen.

QVæſumus omnípotens Deus: vt qui cæléſtia aliménta percépimus: per hæc contra ómnia aduérſa muniâmur. Per. Complen. Fac nos quæſumus. Exaudi nos Deus ſalutàris. vt in Dominica Septuageſimæ.

FERIA TERTIA,

SI vacat à feſto, dicitur Miſſa de B. Maria, ſicut poſt Septuageſimam.

FERIA QVARTA IN CAPITE Ieiunij.

ANte officium Miſſæ, fit benedictio cinerum á Sacerdote ſacris veſtibus, ſeu ad minus ſuperpellicio & ſtola induto priuatim, ſiue in ſacrario, ſiue in altari, per ſequentes orationes: quæ leguntur tàntùm. Orémus.



OMnípotẽs ſempitérne Deus, parce metuéntibus, propitiâre ſupplicántibꝰ: & mítere dignâre ſanctũ ángelum tuũ de cælis, qui benedícat & ſanctí✠ficet hos cíneres; vt ſint remédium ſalúbre ómnibus nomen ſanctum tuũ humí-

humíliter implorántibus: ac ſemetíp ſos pro cõſciéntia delictôrum ſuôrũ accuſántibus: atque ante conſpéctũ diuínæ cleméntiæ tuæ facínora ſua deplorántibus: vel ſereníſſimam pietâtem tuam ſupplíciter obnixèq. flagitántibus: & præſta per inuocatiônem ſanctíſſimi nóminis tui: vt quicúnque eos ſuper ſe aſpérſerint pro redemptiône peccatôrum ſuôrum; córporis ſanitátem, & ánimæ tutélã percípiant. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen. Orémus.

DEus qui non mortem, ſed pœniténtiã desíderas peccatôrum: fragilitâtẽ conditiônis humánæ benígnus réſpice: & hos cíneres, quos cauſa proferéndæ humilitâtis, atque promeréndæ véniæ capítibus ímponi decréuimus, bene ✠ dícere pro tua pietâte dignâre: vt qui nos cínerem eſſe, & ob prauitâtis noſtræ méritum in púluerem reuerſũros cognóſcimus: peccatôrum ómnium véniã, & præmia pœniténtibus repromíſſa miſericórditer cónſequi mereâmur. Per Chriſtum. Orémus.

DEus qui humiliatiône flectéris, & ſatisfactiône placâris: aurẽ tuæ pietâtis inclína précibus noſtris: & capítibus ſeruôrum tuôrum, horũ cínerum aſperſiône attáctis, effúnde propítius grátiã tuæ bene ✠ dictiônis: vt eos & ſpíritu compunctiónis répleas, & quæ iuſtè poſtuláuerint, efficáciter tríbuas: & concéſſa perpétua ſtabilitâte intáctos manêre decérnas. Per Chriſtum. Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui Niniuítis in cínere & cilício pœniténtib⁹ indulgẽtiæ tuę remédia præſtitíſti: cõcéde propítius: vt ſic eos imitêmur hábitu, quátenus véniæ proſequâmur obténtu. Per Dñm no.

Deinde aſpergãtur cineres aqua benedicta: & ſtatim flexis genibus cãtatur Aña.

EXaudi nos Dómine: quóniam benígna eſt miſericórdia tua: ſecúndùm multitúdinem miſeratiônum tuárum réſpice nos Dómine. Pſal. SAluum me fac Deus, quóniam intrauêrunt aquæ: vſque ad ánimam meam. Et repetit̃ antipho-na Exaudi nos. Qua finita, ſurgunt omnes. Et primò imponitur cinis ſacerdoti, celebraturo Miſſam, ab alio ſacerdote, (eoque maiore) ſi adeſt: alioquin ſacerdos ipſemet genibus flexis corã alta ri ſibiipſi cineres imponit: & cantatur ſtatim à choro antiphona. IMmutêmur hábitu, in cínere & cilício: ieiunêmus & plorêmus ante Dóminum: quia multũ miſéricors eſt dimíttere peccâta noſtra Deus noſter. Alia antiphona. IUxta veſtíbulum & altâre plorábunt ſacerdótes miníſtri Dñi, & dicent: parce Dómine, parce pópulo tuo: & ne díſsipes ora clamántium ad te Dómine. Sequitur, ſi opus ſit, Reſ. EMendémus in mélius, quæ ignoránter peccáuimus: ne ſúbitò præoccupâti die mortis, quærâmus ſpátium pœniténtiæ, & inueníre nõ poſsímus. Atténde Dómine, & miſerêre; quia peccáuimus tibi. Ver. PEccáuimus cum pátribus noſtris; iniuſtè égimus, iniquitátem fécimus. Atténde. ſine Gloria. Interim dum præmiſſa cantantur: ſacerdos primò miniſtris ſtantibus genibus flexis coram altari, imponit cinerem, ſuper verticem cuiuſque in formam crucis, dicens. Memẽto homo qa puluis es, & in púluerẽ reuertêris. Poſtea veniunt alij: primó clerus per ordinem, deinde populus: & genibus flexis ante altare ſigillatim quisque recipiunt

Pſa. 118.
Pſa. 77.
Pſa. 68.
Ioel. 2.
Ibid
Gen 3.

cineres à ſacerdote, vt dictũ eſt de miniſtris. Alius verò ſacerdos, vel aliquis miniſter altaris, poſt impoſitionem cinerum ſingulos aſpergat aqua benedicta. Completa cinerum datione, ſacerdos dicat Ver. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam. Pſa. 84. Reſ. Et ſalutâre tuum da nobis. Orémus.

COncéde nobis Dómine quæſumus præſidia milítiæ Chriſtiánæ ſanctis inchoâre iciúnijs: vt contra ſpirituáles nequítias pugnatûri: continéntiæ muniâmur auxíliis. Per Chriſtum. A. In eccleſijs parochialibus quo loco, & quemadmodum Litaniæ fiant, habetur in agendis.

SEQVITVR MISSA

Introitus.

Sap. 11. 

Iſerêris ómniũ Deus, & nihil odísti eôrũ quæ feciſti: diſſimulãs peccâta hóminum propter pœniténtiam, & parcẽs illis: quia tu es Dómin⁹ Deus noſter. Pſal. Miſerêre mei Deus, miſerêre mei: quóniã in te confídit ánima mea. Pſa. 56. Ver. Glória patri. Kyrie quadrageſimale: quod canitur per totam Quadrageſimam ferialibus diebus vſque ad Cœnã Domini. Dóminus vobíſcũ. Oré⁹. Dicat Diaconus. Flectám⁹ génua. Subdiaconus dicat. Leuáte. Si non ſint in eis officiis ſeruientes, ipſe ſacerdos immediatè dicat vtrumq. Et ita dicitur per totã Quadrageſimam ferialibus diebus vſq. ad Cœnam Dñi excluſiuè. Oratio.

Præſta quæſum⁹ Dñe fidélibus tuis: vt ieiuniôrũ venerânda ſolénnia, & cóngrua pietâte ſuſcípiant; & ſecûra deuotiône percúrrant. Per.

¶ Ab hac die vſq. ad Dominicam paſſionis, in ferialibus Miſsis poſt orationẽ diei, dicuntur duæ ſequentes orationes: niſi aliter ſignetur loco ſuo.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum.

Oratio.

ACunctis nos quæſumus Dómine mentis & córporis defénde periculis: & intercedẽte gloriósa vírgine Dei genitrîce María: cum beátis apóſtolis tuis Petro & Paulo atq; Andréa & ómnibus ſanctis: ſalútem nobis tríbue benígnus & pacem: vt deſtrúctis aduerſitátibus & errórib⁹ vniuérſis: eccléſia tua ſecûra tibi ſéruiat libertáte. Per eun. Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui viuôrum dominâris ſimul & mortuôrum: omniumque miſerêris quos tuos fide & ópere futúros eſſe prænóſcis: te ſuppliciter exorâmus: vt pro quibus effúndere preces decréuimus: quosq; vel præſens ſéculum adhuc in carne rétinet: vel futûrum iam exútos córpore ſuſcépit; pietâtis tuæ clemẽtia delictôrum ſuôrum véniã, & gáudia cónſequi meréantur ætérna. Per Dóminum. Si verò ſecunda Oratio de ſancto, aut dignior aliqua in ſequẽtibus ferijs dici debet, dicatur vna ex præmiſsis pro tertia hoc modo: nimirum feria ij. iiij. vj. A cunctis. & feria iij. v. ſabbatho. Omnípotens ſempitérne Deus, qui viuôrum: niſi quis ſabbatho malit dicere. Concéde nos fámulos. Poteſt tamen etiam ex rationabili cauſa vna tantũ de illis ſecundum feriam dici pro ſecunda, & tertia ad libitum. Eadem ratione poteſt ferialis votiuæ oratió, ſi eam imponere libeat (quod tamen rarius fieri debet in Quadrageſima) de S. Spiritu, & Cor-

pore

pore Christi, de Angelis, pro secunda dici: & tunc talium votiuarum orationes præcedunt generalem pro viuis & defunctis. Similiter de S. Cruce, aut passione Domini feria vj. dicitur ante orationem A cunctis. Pro peccatis dicitur post orationem A cunctis.

Léctio Ióèlis Prophetæ.

Cap 2. HAEC dicit Dóminus. Conuertímini ad me in toto corde vestro, in iciúnio, & fletu & planctu: & scíndite corda vestra, & nō vestiménta vestra. Et conuertímini ad Dóminum Deum vestrū: quia benígnus & miséricors est, pátiēs & multæ misericórdiæ, & præstábilis super malítia. Quis scit, si conuertâtur & ignóscat Deus: & relínquat post se benedictiônem, sacrifícium & libámen Dómino Deo nostro? cánite tuba in Sion: sanctificâte iciúnium: vocâte cætum: congregâte pópulū: sanctificâte ecclésiam: coadunâte senes: congregâte páruulos, & sugéntes úbera. Egrediâtur sponsus de cubíli suo, & sponsa de thálamo suo. Inter vestíbulum & altâre plorâbunt sacerdótes minístri Dómini, & dicent. Parce Dómine, parce pópulo tuo: & ne des hæreditátem tuam in oppróbrium, vt dominéntur eis natiônes. Quare dicunt in pópulis: vbi est Deus eôrū? Zelátus est Dóminus terram suam: & pepércit pópulo suo. Et respóndit Dóminus, & dixit pópulo suo. Ecce ego mittam vobis fruméntum, & vinum, & óleum: & replebímini eis. Et non dabo vos vltra oppróbrium in géntibus. Dicit Dóminus omnípotens. Graduale. Miserêre mei Deus, miserêre mei: quoniam in te confidit ánima mea. Ver. Misit de cælo, & liberâuit me: dedit in oppróbrium conculcántes me. Tractus. Dómine non secúndùm peccáta nostra fácias nobis, neq; secúndū iniquitátes nostras retríbuas nobis. Ver. Dñe, ne memíneris iinquitâtū nostrârum antiquârum: citò antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. Cum dicitur sequens versus, genu flectitur. Adiuua nos Deus salutâris noster: & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos: & propítius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Iste Tractus ab hac die vsque ad feriam quartam ante Pascha, dicitur secunda, & quarta, & sexta feriis ad Missam de Quadragesima: excepta quarta feria quatuor temporū.

Pſa. 56.

Pſa. 102.

Pſa. 78.

Sequéntia sancti Euangélii secúndùm Matthæum.

IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Cùm ieiunátis, nolíte fieri, sicut hypócritæ, tristes. Extérminat enim fácies suas: vt appáreant homínibus ieiunántes. Amen dico vobis, quia recepêrunt mercédem suā. Tu autē cùm ieiúnas, vnge caput tuū, & fáciem tuā laua: ne videâris homínibus ieiúnans: sed patri tuo, qui est in abscōdito. Et pater tuus, qui videt in abscōdito, reddet tibi. Nolíte thesaurizâre vobis thesáuros in terra: vbi ærúgo & tínea demólitur, & vbi fures effódiūt & furántur. Thesaurízate autē vobis thesáuros in cęlo: vbi neq; ęrugo, neq; tínea demólitur: & vbi fures nō effódiunt nec furántur. Vbi est enim thesáurus tuus, ibi est & cor tuū.

Cap 6.

Offer. Exaltábo te Dómine, quóniam suscepísti me, nec delectásti inimícos meos super me: Dómine clamáui ad te, & sanásti me.

Pſa. 29.

Secreta.

FAc nos quęsumus Dómine his mu-

néribus offeréndis conuenienter aptâri: quibus ipsius venerábilis sacraménti celebrâmus exórdium. Per.

Præfatio. Qui corporáli ieiúnio.

¶ Et dicitur quotidie vsque ad Dominicam Passionis etiã in Missa de Sanctis, propriam prefationem non habentibus. Excipiuntur Dominicæ; in quibus præfatio communis dicitur.

Aliæ Secretæ.

EXáudinos Deus salutâris noster: & per huius sacraménti virtútẽ: à cunctis nos hóstibus mentis & córporis tuêaris: grátiã tríbuens in præsénti, & glóriam in futûro. Per Dñm.

DEus cui soli cógnitus est núme rus electôrum in supérna felicitâte locándis: tríbue quæsumus, vt intercedéntibus ómnibus sanctis tuis vniuersôrum quos in oratióne commendátos suscépimus, & nómina ómnium fidélium, beátæ prædestinatiônis liber ascripta retíneat. Per.

Comm. Qui meditábitur in lege Dómini die ac nocte, dabit fructum suum in témpore suo. Psa. 1. Complenda.

PErcepta nobis Dómine præbeãt sacraménta subsídiũ: vt tibi grata sint nostra ieiúnia: & nobis proficiant ad medélam. Per.

Aliæ complendæ.

MVndet & múniat nos quæsumus Dómine diuíni sacraménti munus oblâtum: & intercedénte beáta vírgine Dei genitrîce María: cum beátis Apóstolis tuis Petro & Paulo atque Andrea & ómnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitátibus expiâtos: & aduersitátibus expedîtos. Per eundem.

PVrificent nos, quæsumus, omnípotens & misericors Deus, sacraménta quæ súmpsimus: & præsta: vt hoc tuum sacraméntum non sit nobis reátus ad pœnam: sed intercéssio salutâris ad véniam: sit ablútio scélerum: sit fortitúdo fragílium: sit contra mundi perícula firmamén tum: sit viuôrum & mortuôrum fidélium remíssio ómnium delictôrũ. Per Dóminum nostrum Iesum Christũ. Post vltimam Complendã responso Amen, Sacerdos absolutè dicit Orémus. Postea Diaconus (si in officio diaconatus ministret) dicat Humiliate capita vestra Deo. Alioquin ipse Sacerdos. Interea inclinet se Chorus, vsq; ad finem orationis.

Super populum. Oratio.

INclinántes se Dómine maiestáti tuæ propítius inténde: vt qui diuíno múnere sunt refécti: cæléstibus semper nutriántur auxíliis. Per.

Et hic modus dicendi orationem super populum seruatur tantummodo in Missa de feria, abhinc vsque ad Cænam Domini. Benedicámus Dómino. ferialiter. Si festum jx. lectionum vel maius inciderit in hanc diem, transfertur in sequentem feriam v. Sed festũ S. Agathæ veniens hac die, anticipatur in præcedentem feriam iij.

FERIA QVINTA.



VIm clamârẽ ad Dóminũ, exaudíuit vocẽ meam ab his qui appropínquant mihi: & humiliâuit eos qui est ante secula, & manet in ætérnum: iacta cogitâtum tuum in Dómino, & ipse te enútriet. Psal. Psa. 54. EXáudi Deus oratiônẽ meam: & ne despéxeris deprecatiônem me

am. Ver. Glória patri. Orémus. Flectámus genua Leuáte. Oratio.

DEus qui culpa offénderis, pæniténtia placâris: preces pópuli tui ſupplicántis propítius réſpice: & flagélla tuæ iracúndiæ quæ pro peccátis noſtris merêmur cleménter auérte. Per. Aliæ orationes, ſicut in Miſſa præcedenti ſignatur.

Léctio Iſaíæ prophétæ.

Cap 38. IN diébus illis. Aegrotáuit Ezechías vſque ad mortem: & introíuit ad eum Iſaías fílius Amos prophéta, & dixit ei. Hæc dicit Dóminus. Diſpône dómui tuæ: quia moriéris tu, & non viues. Et conuértit Ezechías fáciem ſuam ad parietem, & orâuit ad Dóminum, & dixit. Obſecro Dómine, meménto quæſo, quómodo ambuláuerim coram te in veritâte, & in corde perfécto: & quod bonum eſt in óculis tuis fécerim. Et fleuit Ezechías fletu magno. Et factum eſt verbum Dómini ad Iſaíam, dicens. Vade, & dic Ezechíę. Hæc dicit Dóminus Deus Dauid patris tui. Audíui oratiónem tuã: & vidi láchrymas tuas. Ecce ego adiíciam ſuper dies tuos quíndecim annos: & de manu Aſſyriórum éruam te, & ciuitâtem iſtã: & prótegam eã. Ait Dñus omnípotẽs.

Pſa 54. Gradu. Iacta cogitátum tuum in Dómino, & ipſe te enútriet. Ver. Dum clamárem ad Dóminum, exaudíuit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

Cap 8. IN illo témpore. Cùm introíſſet Ieſus Caphárnaum, accéſsit ad eum Centúrio rogans eum, & dicens. Dómine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquêtur. Et ait illi Ieſus. Ego véniam, & curâbo eum. Et reſpóndens Centúrio, ait. Dómine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantùm dic verbo, & ſanábitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtâte cõſtitûtus, habens ſub me mílites: & dico huic, Vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit. Aúdiens autẽ Ieſus mirátus eſt: & ſequéntibus ſe dixit. Amen dico vobis: non inuéni tantam fidem in Iſraël. Dico autem vobis, quod multi ab oriénte & occidénte vénient, & recúmbent cum Abrahám, Iſaác, & Iacob in regno cælôrum: filii autem regni eijciéntur in ténebras exteriôres: ibi erit fletus, & ſtridor déntium. Et dixit Ieſus Centurióni. Vade, & ſicut credidíſti, fiat tibi. Et ſanàtus eſt puer eius ex illa hora.

Offerto. Ad te Dómine leuaui ánimã meam: Deus meus in te confído, non erubéſcã: neq; irrídeant me inimíci mei: étenim vniuérſi qui te expéctant, non confundéntur. Pſa. 4 Secreta.

SAcrificiis præſéntibus Dñe quæſumus inténde placâtus: vt & deuotióni noſtrę proficiãt & ſalúti. Per. Aliæ ſecretæ, ſicut in præcedenti Miſſa.

Cõm. Acceptábis ſacrificium iuſtítiæ, oblatiónes & holocauſta, ſuper altâre tuum Dómine. Pſa. 50. Complenda.

CAeléſtis doni benedictiône per cépta: ſúpplices te Deus omnípotens deprecâmur: vt hoc idem nobis & ſacramẽti cauſa ſit & ſalútis. P. Aliæ Complendæ, vt in Miſſa præterita.

Super populum. Orémus. Humiliáte cápita veſtra Deo. Oratio.

PArce Dómine parce pópulo tuo: vt dignis flagellatiónibus caſtigátus:

gátus: in tua miseratiône respíret. Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

Psa. 29.  Vdíuit Dóminus, & miserť est mihi: Dóminus factus est adiútor meus. Psal. Exaltábo te Dñe, quóniã suscepísti me: nec delectásti inimícos meos sup me. Ver. Glória. Oratio.

INchoáta ieiúnia quæsumus Dómine benígno fauôre prosequere: vt obseruántiã quám corporáliter exhibémus: méntibus etiam syncéris exercêre valeâmus. Per. Aliæ orationes, sicut in die Cinerum fol. 50.

Léctio Isaíæ Prophétæ.

Cap 58. HAEC dicit Dóminus Deus. Clama, ne cesses: quasi tuba exálta vocem tuam: & annũcia pópulo meo scélera eôrum, & dómui Iacob peccâta eôrum. Me étenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt: quasi gens quæ iustítiam fécerit, & quæ iudícium Dei sui non derelíquerit. Rogant me iudícia iustítiæ: & appropinquâre Deo volunt. Quare ieiunáuimus, & non aspexísti: humiliáuimus ánimas nostras, & nescísti? Ecce in die ieiúnij vestri inuenîtur volúntas vestra: & omnes debitôres vestros repétitis. Ecce, ad lites & contentiônes ieiunátis: & percútitis pugno ímpiè. Nolíte ieiunâre sicut vsque ad hanc diem, vt audiátur in excélso clamor vester. Nunquid tale est ieiúnium quod elégi, per diẽ afflígere hóminem ánimam suam? Nunquid, contorquêre quasi círculũ caput suum, & saccum & cinerem stérnere? Nunquid istud vocábis ieiúnium, & diem acceptábilem Dómino? Nonné hoc est magis ieiúnium, quod elégi? Dissólue colligatiônes impietátis: solue fascículos depriméntes. Dimítte eos, qui confrácti sunt líberos: & omne onus disrúmpe. Frange esuriénti panem tuum: & egénos vagosq; induc in domũ tuam. Cùm víderis nudum, óperi eum: & carnẽ tuam ne despéxeris. Tunc erúmpet quasi mane lumen tuum: & sánitas tua cítius oriêtur: & anteíbit fáciem tuam iustítia tua: & glória Dómini cólliget te. Tunc inuocâbis, & Dóminus exáudiet: clamábis, & dicet: ecce assum. Quia misércors sum Dóminus Deus tuus.

Graduale. Vnam petij à Dómino, hãc requíram: vt inhábitem in domo Dñi. Psa. 26. Ver. Vt vídeam voluntátem Dómini, & prótegar à templo sancto eius.

Tractus. Dómine non secúndùm vt in feria iiij. Cinerum. fol. 51.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Matthæum.

IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Audístis quia dictũ est antíquis. Díliges próximum tuum, & ódio habébis inimícum tuum. Ego autẽ dico vobis. Dilígite inimícos vestros: benefácite his, qui odêrunt vos: & oráte pro persequẽtib⁹ & calumniántib⁹ vos: vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est: qui solem suũ oríri facit super bonos & malos: & pluit super iústos & iniústos. Si enim dilígitis eos, qui vos díligunt. quam mercédem habébitis? Nonné & publicáni hoc fáciunt? Et si salutauéritis fratres vestros tantùm, quid ámplius fácitis? Nonné & éthnici hoc fáciunt? Estôte er- Cap 5.

Cap 6. te ergo vos perfécti, ſicut & pater veſter cæléſtis perféctus eſt. Atténdite ne iuſtítiam veſtram faciâtis coram homínibus, vt videámini ab eis: alióquin mercédē non habébitis apud patrem veſtrū, qui in cælis eſt. Cùm ergo facis eleemóſynam, noli tuba cánere ante te, ſicut hypócritæ fáciunt in ſynagógis & in vicis, vt honorificéntur ab homínibus. Amen dico vobis, recepêrunt mercédem ſuam. Te autem faciénte eleemóſynam, néſciat ſiníſtra tua, quid fáciat déxtera tua: vt ſit eleemóſyna tua in abſcóndito. Et pater tuus, qui videt in abſcóndito, reddet tibi. Et cùm orátis, non éritis ſicut hypócritæ, qui amāt in ſynagógis & in ángulis plateârum ſtantes orâre, vt videántur ab homínibus: Amen dico vobis, recepêrunt mercédem ſuam. Tu autem cùm oráueris, intra in cubículum tuum: & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcóndito: & pater tuus, qui videt in abſcóndito, reddet tibi.

Pſa. 118. Cap 5. **Offerto.** Dómine viuífica me ſecúndū elóquium tuū, vt ſciam teſtimónia tua.

Secreta.

SAcrifícium Dómine obſeruántiæ quadrageſimâlis quod offérimus: præſta quæſumus: vt & mentes noſtras tibi reddat accéptas: & continéntiæ promptiôris nobis tríbuat facultátem. Per. **Aliæ ſecretæ, vt in die Cinerum.**

Pſa. 2. **Comm.** Séruíte Dño in timôre, & exultáte ei cum trémore: appreheńdite diſciplínam, ne pereátis de via iuſta.

Complen.

SPíritum nobis Dómine tuæ charitátis infúnde: vt quos vno pane cæléſti ſatiâſti: tua fácias pietáte cōcórdes. Per, eiuſdem. **Aliæ Complendæ vt in die Cinerum.**

Super populum. Orémus. Humiliáte cápita veſtra Deo. **Oratio.**

TVêre Dómine pópulum tuum & ab ómnibus peccátis clemẽter emúnda: quia nulla ei nocébit aduérſitas, ſi nulla ei dominêtur iniquitas. Per.

SABBATHO.

Pſa. 29. AVdíuit Dóminus, & miſértus eſt mei: Dóminus factꝰ eſt adiútor meus. Pſa. Exaltábo te Dôminе quóniam ſuſcepíſti me: nec delectâſti inimícos meos ſuper me. Ver. Glória patri.

ADéſto Dómine ſupplicatiónibus noſtris: & concéde, vt hoc ſolémne ieiúnium, quod ánimis corporibuſque curándis ſalúbriter inſtitútum eſt, deuóto ſeruítio celebrémus. Per. **Aliæ orationes vt feria iiij. Cinerum, fol. 50. vel dicantur hæ.**

De beáta Maria. Oratio.

COncéde nos famulós tuos quę ſumus Dómine Deus: perpétua mentis & córporis ſanitâte gaudére: & glorióſa beátæ Maríæ ſemper vírginis interceſsióne: à præſénti liberâri triſtítia: & ætérna pérfrui lætítia. **Tertia Oratio.** Omnípotens ſempitérne Deus: qui viuôrum. vt ſupra.

Léctio Iſaiæ Prophetæ.

Cap 58. HAEC dicit Dóminus Deus. Si abſtúleris de médio tui caténā, & deſieris dígitum exténdere, & loqui quod non prodeſt: cùm effúderis eſuriénti ánimam tuam, & ánimā afflictam repléueris: oriétur in ténebris lux tua, & ténebræ tuæ erunt ſicut merídies. Et réquiem tibi dabit Dóminus Deus tuus ſemper, & im-

plébit splendóribus ánimam tuam: & ossa tua liberâbit. Et eris quasi hortus irríguus: & sicut fons aquârum, cuius non defícient aquæ. Et ædificabúntur in te desérta seculôrum: fundaménta generatiônis & generatiônis suscitábis. Et vocáberis ædificátor sepiũ: conuértens sémitas in quíetem. Si auérteris a Sabbatho pedem tuum, fácere voluntátem tuã in die sancto meo: & vocáueris Sábbathũ delicátum, & sanctum Dómini gloriósum: & glorificáueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenîtur volúntas tua, vt loquâris sermónẽ: tunc delectáberis super Dómino: & sustóllam te super altitúdinem terræ: & cibâbo te hæreditáte Iacob patris tui. Os enim Dómini locútum èst.

Psa 26. **Gradu.** V nam petij à Dómino, hanc requiram, vt inhábitem in domo Dómini.

Ver. Vt vídeam voluntátem Dómini: & prótegar à templo sancto eius.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Marcum.

Cap 6. IN illo témpore. Cùm serò factum esset, erat nauis in médio mari, & Iesus solus in terra. Et vidit discípulos suos laborântes in remigándo. Erât enim ventus contrárius eis. Et circa quartam vigíliam noctis venit ad eos ámbulans super mare: & volébat præteríre eos. At illi vt vidêrunt eum ambulántem super mare, putauêrũt phantásma esse: & exclamauêrunt. Omnes enim vidêrunt eum: & conturbâti sunt. Et statim locutus est cũ eis, & dixit eis. Confídite, ego sum: nolîte timére. Et ascéndit ad illos in nauim: & cessâuit ventus. Et plus magis intra se stupébant: non enim intellexêrũt de pánibus: erat enim cor eôrum obcæcátum. Et cùm transfretássent, venêrunt in terram Genézareth, & applicuêrunt. Cùmque egréssi essent de naui, contínuò cognouêrunt eum. Et percurréntes vniuérsã regiónẽ illã, cæperunt in grabátis eos, qui se malè habébant, circumférre, vbi audiêbant eum esse. Et quocúnque introîbat in vicos, vel in villas, aut in ciuitátes: in pláteis ponébant infírmos, & deprecabántur eũ, vt vel símbriam vestiménti eius tángerent. Et quotquot tángebant eum, salui fiébant.

Offert. Dómine viuífica me secúndũ eloquium tuũ, vt fáciam testimónia tua. Psa. 118.

Secreta.

PRæpara nos quæsumus Dómine huius abstinéntiæ festíuis offíciis: vt hæc sacrifícia veneránda sóbriis méntibus semper celebrémus. Per.

Aliæ Secretæ vt in die Cinerum, fol. 51. vel dicantur hæ.

De S. Maria. Secreta.

TVa Dómine propitiatiône: & beátæ Maríæ semper vírginis intercessiône: ad perpétuã atq. præséntem hæc oblátio nobis proficiat prosperitátem & pacem. **Tertia Secreta.** Deus cui soli. vt suprà.

Comm. Seruíte Dómino in timôre, & exultáte ei cum tremore: apprehéndite disciplínam, ne pereátis de via iusta. Psa. 2.

Complenda.

CAeléstis vitæ múnere vegetâti quæsumus Dómine: vt quod est nobis in præsenti vita mystérium: fiat æternitátis auxilium. Per. Aliæ cõplendæ vt in feria iiij. Cinerum, fol. 52. vel dicantur hæ.

De S. Maria. Complen.

SVmptis Dòmine salútis nostrę sub

sídiis: da quæsumus: beátæ Maríæ semper vírginis patrocíniis nos vbiq; prótegi: in cuius veneratiône hæc tuæ obtúlimus maiestâti. Tertia Compl. Purificent nos. vt suprà.

Super populum. Orémus. Humiliáte capita vestra Deo. Oratio.

FAc nos quęsumus Dômine salútis nostræ causas: & deuótis sem per obséquiis inchoâre: & obseruántia débita consummâre. Per.

DOMINICA PRIMA in Quadragesima.



Psa. 90. Nuocábit me, & ego exáudiam eum: cripiam eum, & glorificábo eum: longitúdine diêrum adimplébo eum. Psal. Qui hábitat in adiutório altíssimi: in protectiône Dei cæli cõmorábitur. Ver. Glória. Kyrie el. Dñicale hyemale.

Oratio.

DEus qui eccléstam tuam ánnua quadragesimáli obseruatiône purificas: pręsta famíliæ tuæ: vt quod à te obtinêre abstinéndo nititur: hoc bonis opéribus exequâtur. Per.

De sacra Eucharistia. Oratio.

DEus qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: tríbue quæsumus: ita nos córporis & sánguinis tui sacra mystéria veneràri: vt redẽptiônis tuę fructum in nobis iúgiter sentiámus. Qui viuis.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

ACunctis nos quæsumus Domine mentis & córporis defénde periculis: & intercedénte gloriósa vírgine Dei genitríce María: cum beátis Apóstolis tuis Petro, & Paulo, atque Andrea, & ómnibus sanctis: salútem nobis tríbue benígnus & pacem: vt destrúctis aduersitátibus & erróribus vniuérsis: eccléstia tua secûra tibi séruiat libertáte. Per eundẽ.

Léctio epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corinthios.

FRatres. Hortâmur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiâtis. Ait enim. Témpore accépto exaudíui te: & in die salútis adiúui te. Ecce nunc tempus acceptábile: ecce nunc dies salútis. Némini dantes vllam offensiônem: vt non vituperêtur ministérium nostrum. Sed in ómnibus exhibeâmus nosmetipsos sicut Dei minîstros, in multa patiéntia, in tribulatiónibus, in necessitátibus, in angústiis, in plagis, in carcéribus, in seditiónibus, in labóribus, in vigíliis, in ieiuniis, in castitâte, in sciéntia, in longanimitâte, in suauitâte, in spíritu sancto: in charitâte non ficta, in verbo veritátis, in virtúte Dei: per arma iustítiæ à dextris & à sinistris: per glóriam, & ignobilitâtem: per infámiam, & bonam famam: vt seductôres, & veráces: sicut qui ignôti, & cógniti: quasi moriéntes, & ecce víuimus: vt castigáti, & non mortificáti: quasi tristes, semper autem gaudéntes: sicut egéntes, multos autem locupletántes: tanquam nihil habéntes, & ómnia possidéntes. 2. Cap 6.

Gradua. Angelis suis mandáuit de te, vt custódiant te in ómnibus viis tuis. Ver. In mánibus portábunt te, ne vnquã offéndas ad lápidem pedem tuum. Psa 90.

Tractus. Qui hábitat in adiutório altíssimi, in protectióne Dei cæli commorábitur. Psa. 90.

rábitur. Ver. Dicet Dómino, susceptor meus es tu, & refúgium meum: Deus meus sperábo in eum. Ver. Quóniam ipse liberáuit me de láqueo venántiũ, & à verbo áspero. Ver. Scápulis suis obũbrábit tibi, & sub pennis eius sperâbis. Ver. Scuto circumdábit te véritas eius: non timébis à timôre noctúrno. Ver. A sagítta volánte per diem, à negótio perambulánte in ténebris, à ruína & dæmónio meridiáno. Ver. Cadent à látere tuo mille, & decem millia á dextris tuis: tibi autem non appropinquâbit. Ver. Quóniam ángelis suis mandáuit de te, vt custódiant te in ómnibus viis tuis. Ver. In mánibus portábunt te: ne vnquam offéndas ad lápidem pedem tuũ. Ver. Super áspidem & basilíscum ambulábis, & conculcábis leónem & draconem. Ver. Quóniam in me sperâuit, liberabo eum: prótegam eum; quóniã cognóuit nomen meũ. Ver. Inuocábit me, & ego exáudiam eum: cum ipso sum in tribulatióne: erípiam eum, & glorificábo eum. Ver. Longitúdine diêrum adimplébo eũ, & osténdã illi salutáre meũ.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Matthæum.

Cap 4. IN illo témpore. Ductus est Iesus in desértum à spíritu, vt tentarêtur à diábolo. Et cùm ieiunâsset quadragínta diébus & quadragínta nóctibus, postea esúriit. Et accédens tentâtor, dixit ei. Si fílius Dei es, dic vt lápides isti panes fiant. Qui respóndens, dixit. Scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procédit de ore Dei. Tunc assúmpsit eum diábolus in sanctam ciuitâtem: & státuit eum super pinnáculum templi, & dixit ei. Si filius Dei es, mitte te deôrsum. Scriptum est enim: Quia ángelis suis mandáuit de te, & in mánibus tollent te, ne fortè offéndas ad lápidem pedem tuũ. Ait illi Iesus rursum. Scriptum est. Non tentábis Dóminum Deum tuum. Iterum assúmpsit eum diábolus in montem excélsum valdè: & osténdit illi ómnia regna mundi, & glóriam eôrum: & dixit illi. Hæc ómnia tibi dabo, si cadens adoráueris me. Tunc dixit ei Iesus. Vade satána: scriptũ est enim. Dóminum Deum tuum adorábis, & illi soli séruies. Tunc relíquit eum diábolus: & ecce ángeli accessêrunt, & ministrábant ei. Credo.

Offert. Scápulis suis obumbrábit tibi Dóminus, & sub pennis eius sperabis: scúto circumdábit te véritas eius. Psa. 90.

Secreta.

SAcrifícium quadragesimális inítii solénniter immolâmus: te Dómine deprecántes: vt cum epulârum restrictiône carnálium: à nóxiis quoque voluptátibus temperêmur. Per.

De sacra Eucharistia.

ECclésiæ tuæ quæsumus Dómine vnitátis & pacis propítius dona concéde: quæ sub oblátis munéribus mystícè designántur. Per D.

Alia Secreta.

EXáudi nos Deus salutâris noster: & per huius sacraménti virtûtẽ: à cunctis nos hóstibus mentis & córporis tueâris: grátiam tríbuens in prę sénti, & glóriam in futûro. Per.

Comm. Scápulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis: scúto circũdábit te véritas eius. Psa. 90. Complen.

TVi nos Dómine sacraménti libátio sancta restáuret: & à vetustáte purgatos: in mystérii salutâris fáciat transíre consórtium. Per.

De sacra

De sacra Eucharistia. Complen.

FAc nos quęsumus Dómine diuinitátis tuæ sempitérna fruitiône replêri: quã pretiósi córporis & sánguinis tui temporális percéptio præfigûrat. Qui viuis. Alia Complenda.

MVndet & múniat nos quęsum⁹ Dñe diuíni sacraménti munus oblátũ: & intercedénte beáta vírgine Dei genitríce María: cum beátis Apóstolis tuis Petro & Paulo atq; Andréa & ómnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitátibus expiátos: & aduersitátibus expedítos. Per eúndẽ Dóminum nostrum Iesum Christũ.

FERIA SECVNDA.

Pſa. 122.



Icut óculi seruôrum in mánibus Dominôrum suôrum: ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec miserêatur nostri: miserêre nostri Dómine, miserêre nostri. Ver. Ad te Dómine leuáui óculos meos: qui hábitas in cælis. Ver. Glória patri. Oratio.

COnuérte nos Deus salutâris noster: & vt nobis ieiúnium quadragesimále profíciat: mentes nostras cæléstib⁹ ínstrue disciplínis. Per.

Aliæ orationes vt in feria iiij. Cinerum, fol. 50. vel vna ex eis A cunctis. & alia vna ad libitum.

Léctio Ezechiélis prophétæ.

Pſa. 90.

Cap 34.

HÆc dicit Dóminus Deus. Ecce, ego ipse requíram oues meas: & visitábo illas. Sicut pastor vísitat gregem suum in die, quando fúerit in médio óuium suârum dissipatârũ: sic visitábo oues meas: & liberâbo eas de ómnibus locis, in quibus dispérsæ fúerant in die nubis & calíginis. Et edúcam eas de pópulis: & cõgregábo eas de terris: & indúcam eas in terram suam: & pascam eas in móntibus Israël, in riuis, & in cunctis sédibus terræ. In páscuis vbérrimis pascam eas: in móntibus excélsis Israël erunt páscua eârum. Ibi requiéscent in herbis viréntibus: & in páscuis pínguibus pascêntur super montes Israël. Ego pascam oues meas: & ego eas accubâre fáciam, dicit Dóminus Deus. Quod perierat, requíram: & quod abiéctum erat, redúcam: & quod confráctum fúerat, alligábo: & quod infírmũ fúerat, consolidábo: & quod pingue & forte, custódiam. Et pascam illas in iudício: dicit Dóminus omnípotens.

Gradu. Protéctor noster áspice Deus, & réspice super seruos tuos. Ver. Dómine Deus virtútum, exáudi preces seruôrum tuôrum. Pſa. 83.

Tractus. Dómine non secúndũ. fol. 51

Sequéntia sancti euangélii secúndum Matthæum.

Cap 25.

IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Cùm vénerit filius hóminis in maiestáte sua, & omnes ángeli eius cum eo: tunc sedébit super sedem maiestátis suæ. Et congregabûntur ante eum omnes gentes: & separábit eos ab ínuicẽ, sicut pastor ségregat oues ab hædis. Et státuet oues quidem à dextris, hædos autem à siníst ris. Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erunt. Venîte benedícti patris mei: possidéte parâtum vobis regnum à constitutiône mundi. Esuríui enim: & dedístis mihi manducâre. Sitíui: & dedístis mihi bíbere. Hospes eram: & collegístis me. Nudus: &

cooperu-

cooperuíſtis me. Infírmus: & viſitáſtis me. In cârcere eram: & veníſtis ad me. Tunc reſpondébunt ei iuſti, dicéntes. Dómine, quando te vídimus eſuriéntem, & páuimus te: aut ſitiéntem, & dédimus tibi potum? Quando autem te vídimus hóſpitē, & collégimus te? aut nudum, & cooperúimus te? aut quando te vídimus infírmum, aut in cárcere, & vénimus ad te? Et reſpóndens rex, dicet illis. Amen dico vobis: quandiu fecíſtis vni de his frátribus meis mínimis mihi fecíſtis. Tunc dicet & his, qui ad ſiniſtram eius erunt. Diſcédite à me maledícti in ignem ætérnum, qui parátus eſt diábolo & ángelis eius. Eſuríui enim: & non dedíſtis mihi manducâre. Sitíui: & non dedíſtis mihi potum. Hoſpes eram: & non collegíſtis me. Nudus: & non operuíſtis me. Infírmus, & in cárcere: & non viſitâſtis me. Tunc reſpondébūt ei & ipſi, dicéntes. Dómine, quando te vídimus eſuriéntem, aut ſitiéntem, aut hóſpitem, aut nudum, aut infírmū, aut in cárcere: & non miniſtráuimus tibi? Tunc reſpōdébit illis dicēs. Amen dico vobis: quandiu non fecíſtis vni de minóribus his, nec mihi fecíſtis. Et ibunt hi in ſupplícium ætérnum: iuſti autem in vitam ætérnā.

Pſa. 118. **Offert.** Reuéla óculos meos, & conſiderábo mirabília tua Dómine, vt dóceas me iuſtítiam tuam: da mihi intelléctum, vt diſcam mandáta tua. **Secreta.**

MVnera tibi Dñe obláta ſanctífica: noſque à peccatôrū noſtrôrum máculis emúnda. Per. **Aliæ Secretæ, fol. 51. vel vna ex eis** Exáudi nos Deus. **& alia vna ad libitum.**

Pſa. 3. **Communio.** Voce mea ad Dóminum clamáui, & exaudíuit me de monte ſancto ſuo: non timébo míllia pópuli circumdántis me. **Complenda.**

SAlutâris tui Dómine múnere ſatiáti, ſúpplices exorâmus: vt cuius lætâmur guſtu: renouêmur efféctu. Per. **Aliæ Complendæ, fol. 52. vel vna ex eis** Mundet & múniat. **& alia vna ad libitū. Super populū.** Orémus.

Humiliâte cápita veſtra Deo.

ABſólue quæſumus Dómine noſtrôrum víncula peccatôrum: & quicquid pro eis merêmur, propitiátus auérte. Per Dóminum noſtrū Ieſum Chriſtum.

FERIA TERTIA.



Pſa. 89. Omine refúgium factus es nobis à generatióne in generatiónem: à ſeculo, & in ſeculū tu es. **Pſal.** Prius quàm mōtes fíerent; aut formarétur terra, & orbis: à ſéculo & vſque in ſéculum tu es Deus. **Ver.** Glória patri. **Oratio.**

REſpice Dómine famíliam tuā, & præſta: vt apud te mens noſtra tuo deſidério fúlgeat: quæ ſe carnis maceratióne caſtígat. Per. **Aliæ orationes, fol. 50. vel vna ex eis** Omnípotens ſempitérne Deus, qui viuôrum. **& alia vna ad libitum.**

Léctio Iſaíæ prophétæ.

Cap 55. IN diébus illis. Locútus eſt Iſaías prophéta, dicens. Quærite Dóminum, dum inuenîri poteſt: inuocâte eum, dum propè eſt. Derelínquat ímpius viam ſuam, & vir iníquus cogitatiónes ſuas: & reuertátur ad Dóminum, & miſerébitur eius: & ad Deū noſtrum, quóniā multus eſt ad ignoſcéndum.

scéndū. Non enim cogitatiónes meę, cogitatiónes vestræ: neque viæ meę, viæ vestræ, dicit Dóminus. Quia sicut exaltántur cæli a terra: sic exaltátæ sunt viæ meę à viis vestris, & cogitatiónes meæ à cogitatiónibus vestris. Et quómodo descéndit imber & nix de cælo, & illuc vltrà non reuértitur, sed inébriat terram, & infúndit eam, & germinâre eā facit, & dat semen serénti, & panem comedénti. Sic erit verbum meum, quod egrediétur de ore meo: non reuertétur ad me vácuum, sed fáciet quæcúnque vólui, & prosperábitur in his ad quæ misi illud: ait Dóminus omnípotens.

Pſa 140 **Gradu.** Dirigátur orátio mea, sicut incénsum in conspéctu tuo Dómine. **Ver.** Eleuátio manuum meârum sacrafícium vespertínum.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Matthæum.

Cap 21 IN illo témpore. Cùm intrâsset Iesus Ierosólymam, commóta est vniuérsa cíuitas, dicens. Quis est hic? Pópuli autem dicébant. Hic est Iesus, prophéta à Nazaréth Galilææ. Et intráuit Iesus in templum Dei: & eiiciébat omnes vendéntes, & eméntes in templo: & mensas numulariôrum, & cathédras vendéntium colúmbas euértit: & dicit eis. Scriptū est enim: Domus mea, domus oratiónis vocábitur: vos autem fecístis illam spelūcam latrônum. Et accessêrunt ad eum cæci, & claudi in templo: & sanáuit eos. Videntes autem príncipes sacerdótum & scribæ, mirabília quæ fecit, & púeros clamántes in templo, & dicéntes, Hosánna filio Dauid: indignáti sunt, & dixêrūt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis. Vtique. Nunquam legístis, quia ex ore infántium & lactántium perfecísti laudem? Et relíctis illis, ábiit foras extra ciuitâtem in Bethániam: ibiq; mansit. Pſa. 8.

Offert. In te sperâui Dñe: dixi, tu es Deus meus, in mánibus tuis tēpora mea. Pſa. 30.

Secreta.

OBlátis quæsumus Dómine placáre muneribus: & à cunctis nos defénde periculis. Per. **Aliæ Secretæ, fol. 51.** vel vna ex eis Deus cui soli. & alia vna ad libitum.

Comm. Cùm inuocârem te, exaudísti me Deus iustítiæ meæ: in tribulatióne dilatásti me: miserêre mihi Dómine, & exáudi oratiónem meam. Pſa. 4. **Complen.** PRæsta quæsumus omnípotēs Deus: vt illíus salutâris capiámus efféctum: cuius per hæc mystéria pignus accépimus. Per. **Aliæ Complendæ, fol. 52.** vel vna ex eis Purificēt nos & alia vna ad libitū. **Super populum.**

Orémus. Humiliáte.

AScéndant ad te Dómine preces nostræ: & ab ecclésia tua cunctam repélle nequítiam. Per.

FERIA QVARTA

Quatuor temporum.



Eminiscére miserationum tuârum Dómine, & misericórdiæ tuæ quæ à secúlo sunt: ne vnquam dominētur nobis inimíci nostri: líbera nos Deus Israël ex ómnibus angústiis nostris. Pſa. 24. **Psal.** Ad te Dómine leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubéscā. **Ver.** Glória patri. **Hic sine** Dómin⁹ vobiscū **dicitur** Orémus. Flectám⁹ genua.

Leuáte. Oratio.

PReces noſtras quæſumus Dómine cleménter exáudi: & contra cuncta nobis aduerſántia déxteram tuæ maieſtátis exténde. Per.

Léctio libri Exodi.

Cap 24. IN diébus illis. Dixit Dóminus ad Móyſen. Aſcénde ad me in montẽ, & eſto ibi: dabóq; tibi duas tábulas lapídeas: & legem, ac mandáta quæ ſcripſi: vt dóceas fílios Iſraël. Surrexêrunt autem Móyſes, & Ioſue miníſter eius: aſcendénſq; Móyſes in montem Dei, ſenióribus ait. Expectâte hîc, donec reuertâmur ad vos. Habétis Aaron & Hur vobíſcum: ſi quid natum fúerit quæſtiónis, referêtis ad eos. Cúmq; aſcendíſſet Móyſes, opéruit nubes montẽ: & habitáuit glória Dñi ſuper Sinai, tegens illum nube ſex diébus. Séptimo autem die vocáuit eũ Dóminus de médio calíginis. Erat autẽ ſpécies glóriæ Dómini, quaſi ignis ardens ſuper vérticem montis, in conſpéctu filiórum Iſraël. Ingreſſúsque Móyſes médium nébulæ, aſcéndit in montem. Et fuit ibi quadragínta diébus, & quadragínta nóctibus.

Pſa. 24. Grad. Tribulatiónes cordis mei dilatátæ ſunt: de neceſsitátibꝰ meis éripe me. Ver. Vide humilitátem meam, & labórem meum: & dimítte ómnia peccáta mea. Dóminus vobíſcum. Oratio.

DEuotiónẽ pópuli tui quęſumus Dómine benígnus inténde: vt qui per abſtinéntiam macerántur in córpore: per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per. Aliæ orationes fol. 50. vel ex eis vna A cunctis. & alia vna ad libitum.

Léctio libri Regum.

3. Cap 19. IN diébus illis. Venit Elías in Berſábee Iuda, & dimíſit ibi púerum ſuum: & perréxit in deſértum viã vnius diéi. Cúmq. veníſſet, & ſedêret ſubter vnã iuníperum: petíuit ánimæ ſuæ vt morerêtur: & ait. Súfficit mihi Dómine: tolle ánimã meam. Neq; enim mélior ſum, quàm patres mei. Proiecitq. ſe, & obdormíuit in vmbra iuníperi. Et ecce, ángelus Dómini tétigit eum, dixitque ei. Surge, cómede. Reſpéxit, & ecce ad caput ſuum ſubcinerícius panis, & vas aquæ. Comédit ergo, & bibit: & rurſum obdormíuit. Reuerſuſque eſt ángelus Dómini ſecúndò, & tétigit eum: dixitque ei. Surge, cómede: grãdis enim tibi reſtat via. Qui cùm ſurrexíſſet, comédit & bibit: & ambuláuit in fortitúdine cibi illius quadragínta diébus & quadragínta nóctibꝰ, vſq. ad montem Dei Horeb.

Pſa. 24. Tractus. De neceſsitátibus meis éripe me Dómine: vide humilitâtem meam & labórem meum, & dimítte ómnia peccâta mea. Ver. Ad te Dómine leuáui ánimam meam, Deus meus in te cónfído, non erubéſcam: neque irrídeant me inimíci mei. Ver. Etenim vniuêrſi qui te expéctant, non confundéntur: confundántur omnes faciéntes vana.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

Cap 12. IN illo témpore. Acceſsêrunt ad Ieſum Scribæ & Phariſæi, dicéntes. Magíſter, vólumus à te ſignum vidêre. Qui reſpóndens, ait illis. Generátio mala & adúltera ſignum quærit: & ſignum non dábitur ei, niſi ſignum Ionæ prophétę. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diébus, & tribus nóctibus: ſic erit filius hóminis in corde terræ tribus diébus, & tribus nóctibus. Viri Niniuítę ſurgent in iu-

dício

dício cum generatiône ista, & condemnábit eã: quia venit à finibus terræ audíre sapiéntiam Salomónis. Et ecce plus quàm Sálomon, hic. Cúm autem immúndus spíritus exíerit ab hómine, ámbulat per loca árida, quærens réquiẽ, & non ínuenit. Tunc dicit. Reuértar in domum meam, vnde exíui. Et véniens, ínuenit eam vacántem, scopis mundátam & ornátam. Tunc vadit, & assúmit septem álios spíritus secum nequiôres se: & intrántes hábitant ibi: & fiunt nouíssima hóminis illius peiôra prióribus. Sic erit generatióni huic péssimæ. Ad huc eo loquénte ad turbas: ecce, mater eius & fratres stabant foris, quæréntes loqui ei. Dixit autem ei quidã. Ecce, mater tua & fratres tui foris stant, quæréntes te. At ipse respóndens dicénti sibi, ait. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et exténdens manum in discípulos suos, dixit. Ecce, mater mea, & fratres mei. Quicúnque enim fécerit voluntátẽ patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, & soror, & mater est.

Psa. 24.

Offert. Meditábor in mãdátis tuis quę dilexi valdè: & leuábo manus meas ad mandáta tua, quæ dilexi.

Psa. 118.

Secreta.

HOstias tibi Dómine placatiónis offérimus: vt & delícta nostra miserátus absóluas: & nutántia corda tu dírigas. Per. Aliæ Secretæ, fo. 52. vel ex eis vna Exáudi nos. & alia vna ad libitum. **Comm.** Intéllige clamôrem meum: inténde voci oratiónis meæ rex meus, & Deus meus: quóniam ad te orâbo Dómine. **Complen.**

Cap 12

Psa. 5.

TVi Dómine perceptiône sacraménti: & à nostris mundémur occúltis: & ab hóstium liberêmur insídiis. Per. Aliæ Complendæ, fol. 52. vel ex eis vna Mundet & múniat. & alia vna ad libitum. **Super populum.**

Orémus. Humiliáte. **Oratio.**

MEntes nostras quæsumus Dómine lúmine tuæ claritatis illústra: vt vidére possímus quæ agenda sunt: & quæ recta sunt ágere valeámus. Per Dóminum.

FERIA QVINTA.

Psa. 95.

ONféssio & pulchritúdo in conspéctu eius: sanctitas & magnificéntia in sanctificatióne eius. **Psal.** Cãtáte Dómino cãticum nouum: cantáte Dómino omnis terra. **Ver.** Glória pa. **Oratio.**

DEuotiônem pópuli tui quæsumus Dómine benígnus inténde: vt qui per abstinéntiam macerãtur in córpore: per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per. Aliæ orationes, fol. 50. vel ex eis vna Omní potens sempitérne Deus qui viuôrum. & alia vna ad libitum.

Léctio Ezechiélis prophétæ.

Cap 18.

IN diêbus illis. Factus est sermo Dómini ad me, dicens. Quid est quod inter vos parábolam vértitis in prouérbium istud in terra Israël, dicéntes: patres nostri comedêrunt vuam acérbam, & dentes filiôrum obstupéscunt? Viuo ego, dicit Dóminus Deus: si erit vltrà vobis parábola hęc in prouérbium in Israël. Ecce, omnes ánimæ, meæ sunt: vt ánima patris, ita & ánima filii, mea est. Anima quæ peccáuerit, ipsa moriêtur. Et vir si fúerit iustus, & fécerit iudícium & iustí-

tiam: in móntibus non coméderit,& óculos ſuos non leuáuerit ad idôla domus Iſraël: & vxôrem próximi ſui non violáuerit: & ad mulíerem menſtruátam non accéſſerit: & hóminẽ non contriſtáuerit: pignus debitôri reddîderit: per vim nihil rapúerit:panem ſuum eſuriénti déderit: & nudũ operúerit veſtiménto: ad vſúram nõ commodáuerit; & ámpliùs non accéperit:ab iniquitâte auérterit manũ ſuam: & iudícium verum fécerit inter virum & virum: & in præcéptis meis ambuláuerit,& iudícia mea cuſtodíerit, vt fáciat veritâtem: hic iuſtus eſt. Vita viuet,ait Dóminus omnípotens.

Pſa. 16. Gradu. Cuſtódi me Dómine vt pupíllã óculi: ſub vmbra alârum tuârum prótege me· Vcr. De vultu tuo iudícium meum pródeat:óculi tui vídeant æquitátẽ.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Ioánnem.

Cap 8. IN illo témpore. Dicébat Ieſus ad eos qui credidérunt ei, Iudæos. Si vos manſéritis in ſermóne meo, verè diſcípuli mei éritis: & cognoſcétis veritátem, & véritas liberábit vos. Reſpondêrũt ei. Semen Abrahæ ſumus, & némini ſeruíuimus vnquam. Quómodo tu dicis: líberi éritis? Reſpóndit eis Ieſus. Amen amen dico vobis; quia omnis, qui facit peccátum, ſeruus eſt peccáti. Seruus autem nõ manet in domo in ætérnum; fílius autẽ manet in ætérnum. Si ergo vos fílius liberáuerit, verè líberi éritis. Scio, quia fílii Abrahæ eſtis: ſed quæritis me interfícere, quia ſermo meus nõ capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem meum, loquor: & vos quæ vidíſtis apud patrem veſtrum,fácitis. Reſpondêrunt, & dixêrunt ei. Pater noſter Abrahám eſt. Dicit eis Ieſus. Si fílii Abrahæ eſtis,ópera Abrahæ fácite. Nunc autẽ quæritis me interfícere hóminem, qui veritátẽ locútus ſum vobis,quam audíui à Deo: hoc Abrahám non fecit. Vos fácitis ópera patris veſtri. Dixêrunt itaque ei. Nos ex fornicatióne non ſumus nati: vnum patrem habémus Deum. Dixit ergo eis Ieſus. Si Deus pater veſter eſſet, diligerêtis vtique me. Ego enim ex Deo procéſſi, & veni: neque enim à meípſo veni, ſed ille me miſit. Quare loquélam meam non cognóſcitis? Quia non potéſtis audîre ſermónem meum. Vos ex patre diábolo eſtis,& deſidéria patris veſtri vultis fácere. Ille homicída erat ab inítio, & in veritâte non ſtetit: quia mendax eſt, & pater eius. Ego autem quia veritátẽ dico, non créditis mihi. Quis ex vobis árguet me de peccáto? Si veritátem dico: quare non créditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.

Offert. Immíttet ángelus Dñi in circuitu timéntium eum,& erípiet eos: guſtâte & vidête, quóniam ſuauis eſt Dñs. Pſa. 33.

Secreta.

SAcrifícia queſumus Dómine propénſiùs iſta nos ſaluent: quæ medicinálibus ſunt inſtitûta ieiúniis. Per Aliæ Secretæ, fol. 51. vel ex eis vna Deus cui ſoli. & alia vna ad libitum.

Comm. Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro ſéculi vita. Ioa 6.

Complen.

TVôrum nos Dómine largitâte donôrum:& temporálibus attólle præſídiis: & rénoua ſempitérnis. Per. Aliæ Complendæ, fol. 52. vel ex eis vna Purificent nos. & alia vna ad libitum.

Super

Super populum Orémus. Humiliáte. DA quæsumus Dómine pópulis Christiánis: & quæ profiténtur agnóscere: & cæléste munus dilígere quod frequéntant. Per.

FERIA SEXTA.

Psa. 24. EN necessitátibus meis éripe me Dómine: vide humilitátē meam, & labórem meam; & dimítte ómnia peccáta mea.

Psal. Ad te Dómine leuâui ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubescam. Ver. Glória. Oratio.

ESto Dñe propítius plebi tuæ: & quam tibi facis esse deuôtam: benígno refóue miserâtus auxílio. Per. Aliæ orationes, fol. 50. vel ex eis vna A cunctis. & alia vna ad libitum.

Léctio Ezechiélis Prophétæ.

Cap 18. HÆc dicit Dóminus Deus. Anima quæ peccáuerit, ipsa moriétur. Fílius non portábit iniquitátē patris: & pater non portábit iniquitátem filii. Iustítia iusti super eum erit: & impíetas ímpii erit super eum. Si autem ímpius égerit pœniténtiam ab ómnibus peccátis suis quæ operâtus est, & custodíerit vniuérsa præcépta mea, & fécerit iudícium & iustítiam: vita viuet, & non moriétur. Omnium iniquitâtum eius quas operâtus est, non recordâbor. In iustítia sua quam operâtus est, viuet. Nunquid voluntátis meæ est mors ímpii, dicit Dóminus Deus, & non vt conuertâtur à viis suis, & viuat? Si autem auérterit se iustus à iustítia sua, & fécerit iniquitátem secúndùm omnes abominatiônes quas operâri solet ímpius: nunquid viuet? Omnes iustítiæ eius quas fécerat, non recordabúntur. In præuaricatiône qua præuaricâtus est, & in peccáto suo quod peccâuit in ipsis moriêtur. Et dixístis. Non est æqua via Dómini. Audíte ergo domus Israël. Nunquid via mea non est æqua, & non magis viæ vestræ prauæ sunt? Cùm enim auérterit se iustus à iustítia sua, & fécerit iniquitâtē: moriêtur in ea. In iniustítia sua quam operâtus est, moriêtur. Et cùm auérterit se ímpius ab impietâte sua quam operâtus est, & fécerit iudícium & iustítiam, ipse ánimam suam viuificâbit, considerans enim, & auértens se ab ómnibus iniquitâtibus suis quas operâtus est: vita viuet, & non moriêtur: ait Dóminus omnípotens.

Psa. 85. Gradu. Saluum fac seruum tuum Deus meus sperántem in te. Ver. Auribus pércipe Dómine oratiónem meam.

Tractus. Dómine non secúndū. fo. 51.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Ioánnem.

Cap 5. IN illo témpore. Erat dies festus Iudæôrum: & ascéndit Iesus Ierosólymam. Est autem Ierosólymis probática piscína, quæ cognominâtur Hebráicè Bethsaïda, quinque porticus habens. In his iacébat multitûdo magna languéntium, cæcôrū, claudôrum, aridôrum, expectántium aquæ motum. Angelus autem Dómini secúndùm tempus descendébat in piscínam: & mouebâtur aqua. Et qui prior descendísset in piscínam post motiônem aquæ, sanus fiébat à quacúnque detinebâtur infirmitâte. Erat autem quidam homo ibi, trigínta & octo annos habens in infirmitâte sua.

Hunc cùm vidíſſet Ieſus iacéntem, & cognouíſſet quia multùm iam tẽpus habêret, dixit ei. Vis ſanus fíeri? Reſpóndit ei lánguidus. Dómine, hóminem non hábeo, vt cùm turbâta fúerit aqua, mittat me in piſcínam. Dum vénio enim ego, álius deſcéndit ante me. Dicit ei Ieſus. Surge: tolle grabâtum tuum, & ámbula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: & ſúſtulit grabâtum ſuũ, & ambulâbat. Erat autem Sábbathum in illa die. Dicébant ergo Iudæi illi, qui ſanátus fúerat. Sábbathum eſt: non licet tibi tóllere grabâtum tuum. Reſpóndit eis: Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit: tolle grabâtum tuum, & ámbula. Interrogauêrunt ergo eũ. Quis eſt ille homo, qui dixit tibi: tolle grabâtum tuum, & ámbula? Is autem qui ſanus fúerat effêctus, neſciébat quis eſſet. Ieſus enim declináuit à turba conſtitúta in loco. Póſtcà inuênit eum Ieſus in templo, & dixit illi. Ecce ſanus factus es: iam noli peccâre, ne detériùs tibi áliquid contíngat. Abiit ille homo: & nunciáuit Iudæis, quia Ieſus eſſet, qui fecit eum ſanũ.

Pſa. 102. Offert. Benedíc ánima mea Dómino, & noli obliuíſci omnes retributiônes eius: & renouábitur ſicut áquilæ iuuént⁹ tua.

Secreta.

SVſcipe, quæſumus Dñe múnera noſtris oblâta ſeruítiis: & tua propítius dona sãctífica. Per. Aliæ Secretę fol. 51. vel ex eis vna Exáudi nos Deus.

Pſa. 6. & alia vna ad libitum. Comm. Erubéſcant, & conturbéntur omnes inimíci mei: auertántur rètrórſum, & erubéſcant valdè velóciter. Complen.

PEr huius Dómine operatiónem myſtérii: & vítia noſtra purgéntur: & iuſta deſidéria compleántur. Per. Aliæ Complendæ, fol. 52. vel ex eis vna Mundet & múniat. & alia vna ad libitum.

Super populum.

Orémus. Humiliáte.

EXáudi nos miſéricors Deus: & méntibus noſtris grátiæ tuæ lumen oſténde. Per.

SABBATHO QVATVOR temporum.



Pſa. 87. INtret orátio mea in cõſpéctu tuo: inclína aurem tuam ad precem meam Dómine. Pſal. Dómine Deus ſalútis meæ: in die clamáui, & nocte corã te. Ver. Glória patri. ſine Dóminus vobíſcum dicitur Orémus. Flectámus génua. Leuáte.

Oratio.

POpulum tuum quæſumus Dómine propítius réſpice: atque ab eo flagélla tuæ iracúndiæ cleménter auérte. Per.

Léctio libri Deuteronómij.

Cap 26. IN diébus illis. Locútus eſt Moyſes ad Dóminum, dicens. Réſpice Dómine de ſanctuário tuo, & de excélſo cælôrum habitáculo: & benedíc pópulo tuo Iſraël, & terræ quam dedíſti nobis, ſicut iurâſti pátribus noſtris, terræ lacte & melle manánti. Hódie Dóminus Deus tuus præcépit tibi, vt fácias mandáta hæc atque iudícia: & cuſtódias, & ímpleas ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua. Dóminum elegîſti hódie, vt ſit tibi Deus: & ámbules in viis eius: & cuſtódias cæremónias illius, & mandáta atque iudícia: & obédias eius império. En, Dóminus elégit te hódie,

vt sis ei pópulus peculiâris, sicut locútus est tibi;& custódias ómnia præcépta illîus: & fáciet te excelsiôrem cunctis géntibus, quas creáuit in laudem & nomen, & glóriam suam; vt sis pópulus sanctus Dómini Dei tui, sicut locûtus est tibi.

Isa. 78. **Gradu.** Propítius esto Dómine peccátis nostris: ne quando dicant gentes,vbi est Deus eôrum? **Ver.** Adiúua nos Deus salutâris noster, & propter honôrem nóminis tui Dómine líbera nos.

Orémus. Flectámus genua. Leuáte.

Oratio.

DEus qui nos in tantis perículis constitútos: præ humána scis fragilitâte non posse subsístere:da nobis salútem mentis & córporis: vt ea quæ pro peccátis nostris pátimur: te adiuuánte vincâmus. Per.

Léctio libri Deuteronómij.

Cap 11. IN diébus illis. Dixit Móyses filiis Israël.Si custodiéritis mandáta quę ego præcípio vobis, & fecéritis ea, vt diligátis Dóminum Deum vestrũ, & ambulétis in ómnibus viis eius,adhæréntes ei: dispérdet Dóminus omnes gentes istas ante fáciem vestram, & possidébitis eas; quæ maiôres & fortiôres vobis sunt. Omnis locus quem calcáuerit pes vester, vester erit. A deserto & Líbano, & flúmine magno Euphrate, vsque ad mare occidentále, erunt términi vestri. Nullus stabit contra vos. Terrôrem vestrum, & formídinem dabit Dóminus Deus vester super omnem terrã, quam calcatûri estis: sicut locûtus est vobis Dóminus Deus vester.

Pfa. 83. **Gradu.** Protéctor noster áspice Deus: & réspice super seruos tuos. **Ver.** Dómine Deus virtûtum, exáudi preces seruôrum tuôrum. Orémus. Flectámus genua. Leuáte.

Oratio.

PRotéctor noster áspice Deus: vt qui peccatôrũ nostrôrum põdere prémimur: percépta misericórdia tua,líbera tibi mẽte famulêmur.Per.

Léctio libri Machabæôrum.

2. Cap IN diébus illis. Oratiônẽ faciébant Sacerdótes, dum sacrifícium offérrent pro pópulo Israël, Ionátha inchoánte, cæteris autem respondéntibus, & dicéntibus. Benefáciat vobis Deus: & memínerit testaménti sui, quod locûtus est ad Abrahám, Isaác, & Iacob,seruôrum suôrum fidélium. Et det vobis cor ómnibus:vt colâtis eum, & faciátis eius voluntátem corde magno,& ánimo volénti. Adapériat cor vestrum in lege sua, & in præcéptis suis: Et fáciat pacem. Exáudiat oratiónes vestras,& reconciliétur vobis: nec vos déserat in témpore malo, Dóminus Deus vester.

Psa. 146 **Gradu.** Dirigátur orátio mea,sicut incénsum in conspéctu tuo Dómine. **Ver.** Eleuátio mánuum meárum sacrifícium vespertínum. Orémus. Flectámus génua. Leuáte.

Oratio.

ADésto quæsumus Dómine supplicatiónibus nostris: vt esse,te largiénte, mereâmur; & inter próspera húmiles: & inter aduérsa sécuri. Per.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Ecc 36. MIserére nostri Deus ómnium, & réspice nos: & osténde nobis lucem miseratiônum tuârum: & immítte timôrem tuum super gentes, quæ non exquisiêrunt te: vt cognóscant, quia non est Deus nisi tu: vt enárrent magnália tua.Alléua manum tuam super gentes aliénas: vt

vídeant poténtiam tuam. Sicut enim in conſpéctu eôrum ſanctificâtus es in nobis, ſic in conſpéctu noſtro magnificâberis in illis: vt cognóſcant te, ſicut & nos cognóuimus, quóniam non eſt Deus præter te Dómine. Innoua ſigna, & immúta mirabília. Glorífica manum, & brachium dextrum. Excita furôrem & effúnde iram. Extólle aduerſárium, & afflige inimícũ. Feſtína tempus, & meménto finis: vt enárrent mirabília tua, Dómine Deus noſter.

Pſa. 85. **Gradu.** Saluum fac ſeruum tuum Deus meus, ſperántem in te. **Ver.** Auribus pércipe Dómine oratiónem meam.

Orémus. Flectámus genua. Leuáte.

Oratio.

PReces pópuli tui quæſumus Dómine cleménter exáudi: vt qui iuſtè pro peccátis noſtris afflígimur: pro tui nóminis glória miſericórditer liberêmur. Per. **Prophetia.** Angel⁹ Dómini. **Hymnus.** Benedíctus es Dómine. fol. II. Dóminus vobiſcũ. Orém⁹. ſine Flectámus genua. **Oratio.** Deus q̃ tribus púeris. fol. II.

De S. Maria. **Oratio.**

CONcéde nos fámulos tuos quę ſumus Dñe Deus: perpétua mẽtis & córporis ſanitáte gaudêre: & gloriósa beátę Maríę ſemper vírginis interceſſiône: à præſénti liberâri triſtítia: & ætérna pérfrui lætítia.

Pro Papa. **Oratio.**

DEus ómnium fidélium paſtor & rector: fámulum tuum N. quem Eccléſiæ tuæ præéſſe voluíſti propítius réſpice: da ei quęſumus verbo & exémplo quibus præeſt profícere: vt ad vitam vnà cum grege ſibi crédito peruéniat ſempitérnam. Per.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Theſſalonicenſes.

FRatres. Rogámus vos, corrípite inquiêtos, conſolámini puſillánimes, ſuſcípite infírmos, patientes eſtôte ad omnes. Vidête, ne quis malum pro malo alícui reddat: ſed ſemper quod bonum eſt ſectámini in ínuicem, & in omnes. Semper gaudête: ſine intermiſſiône oráte: in ómnib⁹ grátias ágite. Hæc eſt enĩ voluntas Dei in Chriſto Ieſu, in ómnib⁹ vobis. Spíritum nolîte extínguere: prophétias nolîte ſpérnere. Omnia autẽ probâte: quod bonum eſt tenête. Ab omni ſpécie mala abſtinête vos. Ipſe autem Deus pacis ſanctíficet vos per ómnia: vt ínteger ſpíritus veſter, & ánima & corpus, ſine querela in aduẽtu Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſeruêtur. 1. Cap 5.

Tractus. Laudáte Dóminũ omnes gentes, & collaudáte eum omnes pópuli. **Ver.** Quóniã confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia eius, & véritas Dómini manet in ætérnum. Pſa. 116.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

IN illo témpore. Aſſúmpſit Ieſus Petrum, & Iacóbum, & Ioánnem fratrem eius: & dúxit illos in montem excélſum ſeôrſum: & transfigurâtus eſt ante eos. Et reſplénduit fácies eius, ſicut ſol: veſtiménta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix. Et ecce, apparuêrunt illis Móyſes & Elías cum eo loquéntes. Reſpóndens autem Petrus, dixit ad Ieſum. Dómine, bonum eſt nos hîc eſſe. Si vis, faciámus hîc tria tabernácula; tibi vnum, Móyſi vnum, & Elíæ vnum. Adhuc eo loquénte, ecce, nubes lúcida obumbrâuit eos. Et ecce, vox de nube dicens. Cap 17.

Hic

Hic est fílius me⁹ diléctus, in quo mihi benè complácui: ipsu audíte. Et audiéntes discípuli, cecidêrunt in fáciem suam, & timuêrunt valdè. Et accéssit Iesus, & tétigit eos, dixitq; eis: Súrgite, & nolîte timêre. Leuántes autem óculos suos, néminem vidêrũt, nisi solum Iesum. Et descendénti bus illis de monte, præcépit eis Iesus, dicens. Némini dixéritis visiônẽ: donec fíli⁹ hôminis â mórtuis resúrgat.

Offert. Dómine Deus salútis meæ, in die clamâui, & nocte coram te: intret orátio mea in conspéctu tuo Dómine.

Secreta.

PRæséntibus sacrifíciis queſumus Dómine ieiúnia nostra sanctífica: vt quod obseruántia nostra profitêtur extrínsecùs: intériùs operêtur efféctus. Per.

De S. Maria. Secreta.

TVa Dómine propitiatiône: & beátæ Maríæ semper vírginis intercessiône: ad perpétuam atque præséntem hæc oblátio nobis proficiat prospéritátem & pacem.

Pro Papa. Secreta.

OBlâtis quæsumus Dómine placâre munéribus: & fámulum tuum N. quem pastôrẽ eccléſiæ tuę præêsse voluísti: assídua protectiône gubérna. Per. Comm. Dómine Deus meus in te speráui: líbera me ab ómnibus persequéntibus me, & éripe me.

Complenda.

SAnctificatiônibus tuis quæsum⁹ omnípotens Deus: & vítia nostra curéntur: & remédia nobis ætérna prouéniant. Per.

De S. Maria. Complenda.

SVmptis Dñe salútis nostræ subsídiis: da quæsumus: beátæ Maríæ semper vírginis patrocíniis nos vbiq; prótegi: in cuius veneratiône hæc tuæ obtúlimus maiestáti.

Pro Papa. Complen.

HAec nos quęsumus Dómine diuíni sacraménti percéptio prótegat: & fámulum tuum N. quẽ pastôrem eccléſiæ tuæ præêsse voluísti: vnà cum commísso sibi grege saluet semper & múniat. Per.

Super populum. Orémus. Humiliáte.

ABómnibus nos quæsumus Dómine peccátis propítius absólue: vt percépta vénia peccatôrum: líberis tibi méntibus seruiámus. Per.

DOMINICA SECVNDA in Quadragesima.



EMinisceêre miserati ônum tuârum Dómine, & misericórdiæ tuæ, quæ à sécu lo sunt: ne vnquam dominẽtur nobis inimíci nostri: líbera nos Deus Israël ex ómnibus angústiis nostris. Psal. Ad te Dómine leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubéscã. Ver. Glória patri. Oratio.

DEus qui cónspicis omni nos vir túte destítui: intériùs exteriùsque custódi: vt ab ómnibus aduersitátibus muniâmur in córpore: & à prauis cogitatiônibus mundêmur in mente. Per. Aliæ orationes, vt in Dominica præcedenti. fol. 50.

Léctio epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Thessalonicenses.

FRatres. Rogámus vos, & obsecrámus in Dño Iesu: vt quemádmodum accepístis à nobis, quómodo opórteat vos ambulâre & placêre

Deo:

Deo: sic & ambulêtis, vt abundêtis magis. Scitis enim quæ præcépta dé derim vobis, per Dóminum Iesum. Hæc est enim volúntas Dei, sanctificátio vestra: vt abstineâtis vos à fornicatiône: vt sciat vnusquísq; vestrũ vas suum possidêre in sanctificatiône & honôre: non in passióne desidérii, sicut & gentes quæ ignôrant Deum. Et ne quis supergrediâtur, neque circumuéniat in negótio fratrem suum: quóniam vindex est Dóminus de his ómnibus, sicut prædíximus vobis, & testificâti sumus. Non enim vocâuit nos Deus in immundíciam, sed in sanctificatiônem: in Christo Iesu Dómino nostro.

Pſa. 24. **Gradu.** Tribulatiónes cordis mei dilatâtæ sunt: de necessitátibus meis erípe me Dómine. **Ver.** Vide humilitâtẽ meã, & labôrem meum: & dimítte ómnia peccâta mea.

Mat 15. **Tractus.** Dixit Dóminus mulíeri Chananææ, non est bonum súmere panem filiôrum, & míttere cánibus ad manducãdum. **Ver.** At illa dixit, vtique Dómine; nam & catélli edunt de mícis, quæ cadunt de mensa Dominôrum suôrũ. **Ver.** Ait illi Iesus: ô múlier, magna est fides tua, fiat tibi vt petísti.

Sequéntia sancti euangélij secúndùm Matthæum.

Cap 15. IN illo témpore. Egréssus Iesus secéssit in partes Tyri & Sidônis. Et ecce múlier Chananæa à fínibus illis egréssa, clamábat dicens. Miserêre mei Dómine, fili Dauid: fília mea malè à dæmónio vexâtur. Qui non respóndit ei verbum. Et accedéntes discípuli eius, rogábant eum, dicéntes. Dimítte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respóndens, ait. Non sum missus, nisi ad oues, quæ períerunt, domus Israel. At illa venit; & adorâuit eum, dicens. Dómine adiúua me. Qui respóndens, ait. Non est bonum súmere panem filiôrũ, & mítt ere cánibus. At illa dixit. Etiam Dómine: nam & catélli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominôrum suôrum. Tunc respóndens Iesus, ait illi. O múlier, magna est fides tua: fiat tibi, sicut vis. Et sanáta est filia eius ex illa hora. Credo.

Offert. Meditâbor in mandátis tuis, quæ diléxi valdè: & leuábo manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi. Pſa. 118.

Secreta.

SAcrifíciis præséntibus quæsumus Dómine placátus inténde: vt & deuotióni nostræ proficiant, & salúti. Per. Aliæ Secretę vt in Dominica prę cedenti, fol. 58. Comm. Intéllige clamórem meum: inténde voci oratiônis meæ rex meus, & Deus meus: quóniam ad te orábo Dómine. Pſa. 5.

Complen.

SVpplices te rogámus omnípotẽs Deus: vt quos tuis reficis sacraméntis: tibi etiam plácitis móribus dignánter deseruîre concédas. Per. Aliæ Complendę, vt in Dñica præcedẽti.

FERIA SECVNDA.



REdime me Dómine, & miserêre mei: pes enim meus stetit in via recta: in eccléssiis benedícam Dñm. Pſa. 25. Pſal. Iúdica me Dómine, quóniam in innocéntia mea ingréssus sum: & in Dómino sperans, non infirmâbor. Pſa. 96. **Ver.** Glória patri. **Oratio.**

PRæsta quęsumus omnípotẽs Deus: vt familia tua quæ se affligẽ-

do car-

do carnem ab aliméntis ábstinet: sectándo iustítiam à culpa ieiúnet. Per. Aliæ orationes vt in die Cinerũ fol. 50. vel ex eis vna A cunctis, & alia vna ad libitum.

Léctio Danielis Prophétæ.

Cap 9. IN diébus illis. Oráuit Dániel Dóminum dicens. Dómine Deus noster, qui eduxísti pópulum tuum de terra Aegypti in manu forti, & fecísti tibi nomen secúndùm diẽ hanc: peccáuimus, iniquitátem fécimus Dómine in omnem iustítiam tuã. Auertátur óbsecro ira tua, & furor tuus à ciuitáte tua Ierusalém, & à monte sancto tuo. Propter peccâta enim nostra, & iniquitâtes patrum nostrôrũ, Ierusalém & pópulus tuus in oppróbrium sunt ómnibus per circúitum nostrum. Nunc ergo exáudi Deus noster oratiônem serui tui, & preces eius: & osténde fáciem tuã super sanctuárium tuum, quod desértum est. Propter temetípsum inclína Deus meus aurem tuam, & audi: áperi óculos tuos, & vide desolatiónem nostram, & ciuitátem super quam inuocâtum est nomen tuum. Neque enim in iustificatiónibus nostris prostérnimus preces ante fáciem tuam: sed in miseratiónibus tuis multis. Exáudi Dómine, placâre Dómine. Atténde, & fac: ne morêris propter temetípsũ Deus meus: quia nomen tuum inuocâtum est super ciuitátem, & super pópulum tuum, Dñe Deus noster.

Pſa. 118.

Pſa. 5.

Pſa. 25.

Gradu. A diútor meus, & liberâtor meus esto: Dñe ne tardáueris. Ver. Confundántur, & reuereántur inimíci mei, qui quærunt ánimam meam.

Pſa. 96.

Tractus. D ómine nõ secúndũ. fol. 51.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Ioánnem.

Cap 8. IN illo témpore. Dixit Iesus turbis Iudæôrum. Ego vado, & quærêtis me, & in peccâto vestro moriémini. Quò ego vado, vos non potéstis venîre. Dicébant ergo Iudæi. Nunquid interfíciet semetípsũ, quia dicit: quò ego vado, vos non potéstis venîre? Et dicébat eis. Vos deôrsum estis: ego de supérnis sum. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriémini in peccâtis vestris. Si enim non credidéritis, quia ego sum: moriémini in peccâto vestro. Dicébant ergo ei. Tu quis es? Dicit eis Iesus. Princípium: qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, & iudicâre. Sed qui misit me, verax est: & ego quæ audíui ab eo, hæc loquor in mundo. Et nõ cognouêrunt, quia patrem eius dicébat Deum. Dixit ergo eis Iesus. Cùm exaltauéritis fílium hóminis; tunc cognoscétis, quia ego sum, & à me ipso facio nihil: sed sicut dócuit me pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecum est: & non relíquit me solum, quia ego quę plácita sunt ei, facio semper.

Offert. Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum: prouidébam Dóminum in conspéctu meo semper: quóniam à dextris est mihi, ne commóuear.

Secreta.

HAec hóstia quæsumus Dómine placatiônis & laudis: tua nos protectiône dignos efficiat. Per. Alię Secretę, fo. 51. vel ex eis vna Exáudi nos Deus. & alia vna ad libitum.

Comm. Dómine Dóminus noster, quã admirábile est nomen tuum in vniuérsa terra!

Pſa. 15.

Complen.

HAec nos commúnio Dómine purget à crímine: & cæléstis remédii

médii fáciat esse consórtes. Per. Aliæ Cóplendæ, fol. 52. vel ex eis vna Mundet & múniat. & alia vna ad libitum.

Super populum. Orémꝰ. Humiliate.

ADésto supplicatiónibus nostris omnípotens Deus:& quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges: consuétæ misericórdiæ tribue benígnus efféctum. Per.

Psa. 26.

FERIA TERTIA.



Ibi dixit cor meum, quæsíui vultum tuum:vultum tuũ Dómine requíram: ne auértas fáciem tuã à me. Psal. Dóminus illuminátio mea: & salus mea,quem timébo? Ver. Glória. Oratio.

PErfice quæsumus Dómine benígnus in nobis obseruántiæ sanctæ subsídium: vt quæ te authore faciénda cognóuimus: te operánte impleámus. Per Dó. Aliæ orationes, vt fol. 50. vel ex eis vna Omnípotens sempiterne Deus, qui viuôrum. & alia vna ad libitum.

Léctio libri Regum.

3. Cap 17.

IN diébus illis. Factus est sermo Dómini ad Elîam Thesbîtem, dicens. Súrge, & vade in Saréptha Sidoniôrũ: & manébis ibi: Præcépi enim ibi mulíeri víduæ, vt pascat te. Surréxit, & ábiit in Saréptha. Cumq; venîsset ad portam ciuitátis, appáruit ei múlier vídua cólligens ligna: & vocáuit eam, dixitque ei. Da mihi páululum aquæ in vase, vt bibam. Cumque illa pérgeret vt afférret, clamáuit post tergum eius,dicens. Affer mihi óbsecro & buccéllam panis in manu tua. Quæ respóndit. Viuit Dóminus Deus tuus, quia non hábeo panem, nisi quantum pugillus cápere potest farínæ in hydria,& páululũ ólei in lécytho. En, cólligo duo ligna, vt ingrédiar,& fáciã illud mihi, & filio meo: vt comedámꝰ, & moriâmur. Ad quã Elías ait. Noli timêre:sed vade,& fac sicut dixísti. Verumtamen mihi primùm fac de ipsa farínula subcinerícium panem páruulum, & affer ad me: tibi autem, & fílio tuo fácies pósteà. Hæc autem dicit Dóminus Deus Israël. Hydria farínæ non defíciet: nec lécythus ólei minuêtur,vsq. in diem,in qua datûrus est Dóminus plúuiam super fáciem terræ. Quæ ábiit, & fecit iuxtà verbum Elîæ. Et comêdit ipse, & illa, & domus eius. Ex illa autem die hydria farínæ non defêcit: & lécythus ólei non est imminûtus, iuxta verbũ Dómini, quod locútus fúerat in manu Elîæ.

Gradu. Iacta cogitátum tuum in Dómino,& ipse te enútriet. Ver. Dum clamârem ad Dóminum,exaudíuit vocem meam ab his,qui appropínquant mihi. Psa. 54.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Matthæum.

Cap 23.

IN illo témpore. Locútus est Iesus ad turbas,& ad discípulos suos,dicens. Super Cathédram Móysi sedêrunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque díxerint vobis, seruâte & fácite: secúndùm verò ópera eôrum nolíte fácere: dicunt enim, & non fáciunt. Alligant autem ónera grauia & importabília, & impónunt in húmeros hóminum:dígito autem suo nolunt ea mouêre. Omnia verò ópera sua fáciunt,vt videántur ab homínibus. Dilátant enim phylactéria sua, & magnífícant fimbrias. Amant

autem

autem primos recúbitus in cœnis,& primas cáthedras in ſynagógis,& ſalutatiônes in foro, & vocâri ab homínibus,rabbi. Vos autem nolîte vocâri rabbi. Vnus eſt enim magíſter veſter:omnes autem vos fratres eſtis. Et patrem nolîte vocâre vobis ſuper terram: vnus eſt enim pater veſter, qui in cælis eſt. Nec vocémini magíſtri ; quia magíſter veſter, vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrùm, erit miníſter veſter. Qui autem ſe exaltáuerit, humiliábitur: & qui ſe humiliáuerit, exaltábitur.

Pſa. 50. **Offert.** Miſerêre mei Dómine ſecúndũ magnam miſericórdiam tuam: dele Dómine iniquitátem meam.

Secreta.

SAnctificatiônem tuam nobis Dómine his myſtêriis placâtus operâre:quę nos & à terrénis purget vítiis:& ad cæléſtia regna perdùcat.Per.

Aliæ Secretæ, fol. 51. vel ex eis vna Deus cui ſoli, **& alia vna ad libitum.**

Pſa. 9 **Comm.** Narrábo ómnia mirabília tua: lætâbor, & exultábo in te: pſallam nómini tuo altíſsime.

Complenda.

VT ſacris Dómine reddámur dígni munéribus: fac nos quæſumus tuis ſemper obedîre mandátis. Per. **Aliæ Complendæ, fol. 52. vel ex eis vna** Puríficent nos. **& alia vna ad libitum. Super populũ. Orém⁹.** Humili.

PRopitiâre Dómine ſupplicatiónibus noſtris: & animârum noſtrârum medêre languóribus: vt remiſſióne percépta, in tua ſemper benedictiône lætémur. Per.

FERIA QVARTA.

Pſa. 37. NE derelínquas me Dómine Deus meus, ne diſcédas à me: inténde in adiutórium meum Dómine virtus ſalútis meæ. Pſal. Dómine ne in furôre tuo árguas me: neque in ira tua corrípias me. **Ver** Glória patri.

Oratio.

POpulum tuum Dómine propítius réſpice: & quos ab eſcis carnálibus præcipis abſtinêre: á nóxiis quoque vítiis ceſſâre concéde. Per.

Aliæ orationes, vt fol. 50. vel ex eis vna A cunctis. & alia vna ad libitum.

Léctio libri Heſter.

Cap 12. IN diébus illis. Oráuit Mardochæus ad Dñm, dicens. Dómine Deus rex omnípotens, in ditióne tua cuncta ſunt póſita: & non eſt qui poſſit reſíſtere voluntáti tuæ. Si decréueris ſaluâre nos, continùo liberábimur. Tu enim Dómine feciſti cælum & terrã, & quicquid cæli ámbitu continêtur. Tu es Dóminus ómnium: & non eſt qui reſiſtat maieſtâti tuæ. Et nũc Dómine rex regum, Deus Abrahám, miſerêre pópuli tui: quia volunt nos inimíci noſtri pérdere, & hæreditátem tuam delêre. Ne deſpícias partem tuam, quam redemíſti tibi: ſed exáudi oratiónem noſtram, & propítius eſto ſorti & funículo hæreditátis tuæ. Et conuérte luctum noſtrum in gáudiũ: vt viuéntes, laudêmus nomen tuum: & ne claudas ora canéntium te, Dómine Deus noſter.

Pſa. 27. **Gradual.** Saluum fac pópulum tuum Dómine, & bénedic hęreditáti tuę. **Ver.** Ad te Dómine clamâui, Deus meus ne ſileas à me, & ero ſimilis deſcendéntibus in lacum.

Tractus. Dómine non ſecúndũ. **fol. 51.**

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndum Matthæum.

Cap 20. IN illo témpore. Aſcéndens Ieſus Ieroſólymam, aſſúmpſit duódecim

discípulos suos secrétò,& ait illis. Ecce ascéndimus Ierosólymam,& fílius hóminis tradêtur princípibus sacerdôtum & scribis: & condemnábunt eum morte. Et tradẽt eum géntibus ad illudéndum, & flagellándum, & crucifigéndum:& tertia die resúrget. Tunc accéssit ad eum mater filiôrum Zebedæi cũ filiis suis, adórans,& petens áliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sédeant hi duo filii mei,vnus ad déxteram tuam,& vnus ad sinístrã in regno tuo. Respóndens autem Iesus,dixit. Nescítis quid petâtis. Potéstis bíbere cálicem, quẽ ego bibitûrus sum? Dicunt ei. Póssumus. Ait illis. Cálicem quidem meũ bibétis:sedére autem ad déxterã meã vel sinístram,non est meũ dare vobis: sed quibus parâtum est à patre meo. Et audiéntes decem, indignáti sunt de duobus frátribus.Iesus autem vocáuit eos ad se,& ait.Scitis,quia príncipes géntium dominántur eôrum: & qui maiôres sunt, potestátem exércent in eos?Non ita erit inter vos.Sed quicúnque volúerit inter vos maior fíeri, sit vester miníster: & qui volúerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut fílius hóminis non venit ministrâri: sed ministráre, & dare ánimã suã redemptiônẽ pro multis.

Offert. Ad te Dómine leuáui ánimam meam, Deus meus in te confído,non erubéscam: neque irrídeant me inimíci mei: étenim vniuêrsi qui te expéctant, non confundéntur. Pfa. 24.

Secreta.

HOstias quæsumus Dñe quas tibi offérimus propítius réspice: & per hæc sancta commércia víncula peccatôrum nostrôrum absólue. Per. Aliæ Secretæ, fol. 51. vel ex eis vna.

Exaudi nos Deus. & alia vna ad libitum.

Comm. Iustus Dóminus,& iustítias dilexit: æquitâtem vidit vultus eius. Pfa. 10.

Complenda.

SVmptis Dómine sacraméntis:ad redemptiônis ætérnæ quęsumus proficiámus augméntum. Per. Aliæ Complendæ, fol. 52. vel ex eis vna Mundet & múniat. & alia vna ad libitum.

Super populum. Orémus.Humiliáte.

DEus innocéntiæ restitûtor & amâtor: dírige ad te tuôrũ corda seruôrum: vt spíritus tui feruôre concépto: & in fide inueniántur stábiles:& in ópere efficáces. Per eiusdẽ.

FERIA QVINTA.



EUs in adiutóriũ meum inténde, Dómine ad adiuuándum me festína: confundántur & reuereántur inimíci mei, qui quærunt ánimam meam. Pfal.Auertántur retrórsum, & erubéscant: qui volunt mihi mala. Ver. Glória. Pfa. 69.

Oratio.

PRæsta nobis quæsumus Dómine auxílium grátiæ tuæ: vt ieiúniis & oratiónibus conueniénter inténti: liberêmur ab hóstibus mentis & córporis. Per. Aliæ orationes, fol. 50. vel ex eis vna Omnípotens sempitérne Deus, qui viuôrum. & alia vna ad libitum.

Léctio Ieremiæ Prophétæ.

HÆc dicit Dóminus Deus. Maledíctus homo qui confídit in hómine, & ponit carnem bráchium suum: & à Dómino recédit cor eius. Erit enim quasi myricæ in desérto, & non vidébit cùm vénerit bonum:sed habitábit in siccitâte in desérto, in terra salsúginis, & inhabitábili. Bene Cap 17.

dictus

dictus vir qui confídit in Dómino,& erit Dóminus fidúcia eius.Et erit qua si lignum,quod transplantâtur super aquas: quod ad humôrem mittit rádices suas: & non timébit cùm véne rit æstus. Et erit fólium eius víride:& in témpore siccitátis non erit solícitum: nec aliquándo désinet fácere fructum. Prauum est cor hóminis & inscrutábile: quis cognóscet illud? Ego Dóminus scrutans corda,& pro bans renes: qui do vnicuique iuxta viam suam,& iuxta fructum adinuẽtiónũ suârũ:dicit Dñus omnípotens.

Pſa. 78. Gradu. Propítius esto Dómine peccátis nostris, ne quando dicant gentes, vbi est Deus eôrũ? Ver. Adiúua nos Deus salutâris noster, & propter honôrem nóminis tui Dómine líbera nos.

Pſa. 69.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 5. IN illo témpore. Dixit Iesus turbis Iudæôrum.Non possum ego à meipso fácere quicquam. Sicut áudio, iúdico:& iudícium meum iustum est: quia non quæro voluntátem meam, sed voluntátem eius, qui misit me. Si ego testimónium perhíbeo de meípso, testimónium meum non est verũ. Alius est, qui testimónium pérhibet de me: & scio, quia verum est testimónium eius, quod pérhibet de me. Vos misístis ad Ioánnem: & testimónium perhíbuit veritáti. Ego autem non ab hómine testimóniũ accípio: sed hæc dico, vt vos salui sitis. Ille erat lucérna ardens, & lucens: vos autem voluístis ad horam exultâre in luce eius. Ego autem hábeo testimónium maius Ioánne.Opera enim quę dedit mihi pater,vt perfíciam ea:ipsa ópera quæ ego fácio, testimóniũ pérhibent de me, quia pater misit me:& qui misit me pater, ipse testimónium perhíbuit de me.Neque enim vocem eius vnquam audístis,neque spéciem eiut vidístis: & verbum eius non habétis in vobis manens:quia quem misit ille, huic vos non créditis. Scrutámini scriptûras: quia vos putátis in ipsis vitam ætérnam habêre: Et illæ sunt, quæ testimónium pérhibent de me: & non vultis venîre ad me,vt vitam habeátis. Claritátem ab homínibus non accípio: sed cognóui vos, quia dilectiónem Dei non habétis in vobis.Ego veni in nómine patris mei, & non accepístis me: si álius vénerit in nómine suo,illum accipiêtis. Quó modo vos potéstis crédere, qui glóriam ab ínuicem accípitis: & glóriã quæ à solo Deo est,non quæritis?Nolîte putâre,quia ego accusatûrus sim vos apud patrem. Est qui accûsat vos, Móyses: in quo vos sperâtis. Si enim crederêtis Móysi,crederêtis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. Si autẽ illîus líteris non créditis,quómodo verbis meis credétis?

Exo 32. Offert. Precâtus est Móyses in conspéctu Dómini Dei sui, & dixit: quare Dómine irascêris in pópulo tuo? parce iræ ánimę tuę: meménto Abrahám,Isaac,& Iacob,quibus iurâsti dare terram fluéntem lac & mel:& placátus factus est Dóminus de malignitáte, quam dixit facere in pópulo suo. Secreta.

PRæsénti sacrifício nómini tuo nos Dómine ieiúnia dicâta sanctíficent:vt quod obseruántia nostra profitêtur extérius: intérius operétur effectu. Per. Aliæ Secretæ, fol. 51. vel ex eis vna Deus cui soli. & alia vna ad libitum. Comm. Qui mãducat

Ioã 6.

meam carnem,& bibit meum sánguinẽ; in me manet, & ego in eo,dicit Dómin⁹.

Complenda.

GRátia tua quæsumus Dómine nos non derelínquat: quæ & sacræ nos déditos fáciat seruitúti: & tuam nobis opem semper acquírat. Per. Aliæ Complendæ, fol. 52. vel ex eis vna Purificent nos. & alia vna ad libitũ Super populum. Orémus. Humiliáte.

ADésto Dómine fámulis tuis: & perpétuam benignitâtem largíre poscéntibus: vt his qui te authôre & gubernatôre gloriântur: & congregáta restáures: & restaurâta conférues. Per.

FERIA SEXTA.

Psa. 16.



EGO autem cum iustítia apparêbo in conspéctu tuo: satiâbor,dum manifestábitur glória tua. Psal. Exáudi Dómine iustítiam meam: inténde deprecatiônem meam. Ver. Glória. Oratio.

DA quæsumus omnípotens Deus: vt sacro nos purificánte ieiúnio: syncéris méntibus ad sancta ventûra fácias peruenîre. Per-Alię orationes, fol. 50. vel ex eis vna A cunctis. & alia vna ad libitum.

Léctio libri Genesis.

Cap 37.

IN diébus illis. Dixit Ioseph fratribus suis. Audîte sómnium meum, quod vidi. Putábam nos ligâre manípulos in agro: & quasi consúrgere manípulum meum & stare, vestrosque manípulos circumstántes adorâre manípulum meum. Respondérũt fratres eius. Nunquid rex noster eris? aut subiiciémur ditiôni tuæ? Hæc ergo causa somniórum atque sermónum, inuídiæ & ódii fómitem ministráuit. Aliud quoque sómnium vidit: quod narrans frátribus,ait. Vidi per sómnium quasi solem & lunam, & stellas úndecim adorâre me. Quod cùm patri suo & frátribus retulísset, increpáuit eum pater, & dixit. Quid sibi vult hoc sómnium, quod vidísti? Nunquid ego,& mater tua,& fratres tui adorábimus te super terram? Inuidébant ígitur ei fratres sui: pater verò rẽ tácitus considerâbat. Cumq; fratres illius in pascéndis grégibus patris moraréntur in Sichem, dixit ad eum Israël. Fratres tui pascunt oues in Síchimis: veni, mittam te ad eos. Quo respondénte, præsto sum: ait. Vade, & vide si cuncta próspera sint erga fratres tuos, & pécora: & renûncia mihi quid agâtur. Missus de valle Hebron,venit in Sichem. Inuenitque eum vir errántem in agro: & interrogáuit eum, quid quæreret. At ille respóndit. Fratres meos quæro: índica mihi, vbi pascant greges. Dixitq; ei vir. Recessêrunt de loco isto. Audíui autem eos dicéntes: eámus in Dothaín. Perréxit ergo Ioseph post fratres suos, & inuênit eos in Dothaín. Qui cùm vidíssent eum procul, antequàm accéderet ad eos, cogitauêrunt illum occídere. Et mútuò loquebántur. Ecce somniâtor venit: venîte occidámus eum, & mittâmus in cistérnam véterem: dicemusque, fera péssima deuoràuit eum. Et tunc apparêbit, quid illi prosint sómnia sua. Aúdiens autem hęc Ruben,nitebâtur eũ liberâre de mánibus eórũ, & dicébat. Non interficiâmus ánimã eius, nec effundámus sánguinem: sed

proiícite eum in ciſtérnam hanc, quę eſt in ſolitúdine: manuſque veſtras ſeruâte innóxias. Hoc autẽ dicébat, volens erípere eum de mánibus eôrum, & réddere patri ſuo.

Pſa. 119. **Gradu. A** d Dóminum cùm tribulárer, clamáui; & exaudíuit me. **Ver.** Dómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis: & à lingua dolóſa.

Tractus. D ómine non ſecúndũ. fol. 51.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

Cap 21. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis, & turbis Iudæôrum, parábolam hanc. Homo erat pater famílias, qui plantáuit víneam, & ſepem circumdédit ei, & fodit in ea tórcular, & ædificâuit turrim, & locâuit eam agrícolis: & péregrè profectus eſt. Cùm autem tempus fructuũ appropinquâſſet, miſit ſeruos ſuos ad agrícolas, vt accíperent fructus eius. & agrícolæ apprehénſis ſeruis eius, álium cæcidêrunt, álium occidérunt, álium verò lapidauêrunt. Iterum miſit álios ſeruos plures prióribus: & fecêrunt illis ſimíliter. Nouíſſimè autem miſit ad eos fílium ſuum, dicens: verebúntur fortè fílium meum. Agrícolæ autem vidéntes fílium, dixêrũt intra ſe. Hic eſt hæres: venîte, occidâmus eum, & habêbimus hæreditâtem eius. Et apprehénſum eum, eiecérunt extra víneam, & occidérunt. Cùm ergo vénerit Dóminus víneæ, quid fáciet agrícolis illis? Aiunt illi. Malos malè perdet: & víneam ſuam locábit áliis agrícolis, qui reddant ei fructũ tempóribus ſuis. Dicit illis Ieſus. Nunquam legíſtis in ſcriptûris; lápidem quem reprobauêrunt ædificántes, hic factus eſt in caput ánguli? A Dómino factum eſt iſtud: & eſt mirábile in óculis noſtris. Ideò dico vobis, quia auferêtur à vobis regnũ Dei, & dábitur genti faciénti fructus eius. Et qui cecíderit ſuper lápidem iſtum, confringêtur. Super quem verò cecíderit, cónteret eum. Et cùm audíſſent príncipes Sacerdôtum, & Phariſæi parábolas eius: cognouêrunt quòd de ipſis díceret. Et quærẽtes eũ tenêre, timuêrunt turbas: quóniam ſicut prophétã eum habuêrũt.

Offert. D ómine in auxílium meum réſpice: confundántur & reuereántur, qui quærunt ánimam meam, vt auferant eam. Pſa. 39.

Secreta.

HAec in nobis ſacrifícia Deus, & ſanctificatióne permáneant: & operatióne firméntur. Per. **Alię Secretæ, fol. 51.** vel ex eis vna **Exáudi nos Deus.** & alia vna ad libitum.

Comm. T u Dñe ſeruábis nos, & cuſtódies nos à generatióne hac in ætérnum. Pſa. 11.

Complenda.

FAc nos quæſumus Dómine accépto pígnore ſalútis ætérnæ: ſic téndere congruénter: vt ad eam peruenîre poſſimus. Per. **Aliæ Complendæ, fol. 52.** vel ex eis vna **Mũdet & muniat.** & alia vna ad libitum.

Super populum. O rémus. Humiliáte.

DA quæſumus Dómine pópulo tuo ſalútem mentis & córporis: vt bonis opéribus inhæréndo: tuæ ſemper virtûtis mereátur protectióne defendi. Per.

SABBATHO.

IEx Dómini irreprehensíbilis, conuértens ánimas: teſtimónium Dei fidêle, ſapiéntiam præſtans páruulis. **Pſal. C** æli enarrãt Pſa. 18.

glóriam Dei: & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum. Ver. Glória patri. Oratio.

DA quæsumus Dómine nostris efféctum ieiúniis salutârem: vt castigátio carnis assúmpta: ad nostrârũ vegetatiônem tránseat animârum. Per. Aliæ orationes, fol. 50. vel ex eis vna Omnípotẽs sempitérne Deꝰ, qui viuôrum. vel Concéde nos fámulos tuos. & alia vna ad libitum.

Léctio libri Genesis.

Cap 27. IN diébus illis. Dixit Rebecca fílio suo Iacob. Audíui patrem tuum loquéntem cum Esau fratre tuo, & dicéntem ei. Affer mihi de venatióne tua, & fac cibos vt cómedam, & benedícam tibi coram Dómino ántequam móriar. Nunc ergo fili mi, acquiésce consíliis meis: & pergens ad gregem, affer mihi duos hædos óptimos, vt fáciam ex eis escas patri tuo, quibus libénter véscitur: quas cùm intúleris, & coméderit: benedîcat tibi priùs quàm moriâtur. Cui ille respóndit. Nosti, quòd Esau frater meus pilósus sit, & ego læuis. Si attrectáuerit me pater meus, & sénserit: tímeo ne putet me sibi voluísse illúdere: & indúcat super me maledictiônem pro benedictióne. Ad quem mater. In me sit, ait, ista maledíctio fili mi: tamen audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi. Abiit, & áttulit, deditque matri. Paráuit illa cibos, sicut nóuerat velle patrem illíus. Et véstibus Esau valdè bonis, quas apud se habébat domi, índuit eum: pelliculasque hædôrum circumdédit mánibus, & colli nuda protéxit. Deditque pulméntum: & panes quos cóxerat, trádidit. Quibus illâtis, dixit. Pater mi? At ille respóndit. Audio. Quis es tu, fili mi? Dixitque Iacob. Ego sum Esau primogénitus tuus: feci, sicut præcepísti mihi. Surge, sede, & cómede de venatióne mea, vt benedîcat mihi ánima tua. Rursum Isaác ad fílium suũ. Quómodo, inquit, tam citò inuenîre potuísti, fili mi? Qui respóndit. Volúntas Dei fuit, vt citò occúrreret mihi quod volébam. Dixitque Isaác. Accéde huc, vt tangam te fili mi: & probem vtrum tu sis filius meus Esau, an non. Accéssit ille ad patrem: & palpáto eo, dixit Isaác. Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. Et non cognóuit eum, quia pilósæ manus similitúdinem maiôris exprésserant. Benedícens ergo illi, ait. Tu es fílius meus Esau? Respóndit. Ego sum. At ille: Affer, inquit, mihi cibos de venatióne tua fili mi: vt benedîcat tibi ánima mea. Quos cùm oblátos comedísset, óbtulit ei étiam vinum. Quo hausto, dixit ad eum. Accéde ad me, & da mihi ósculum fili mi. Accéssit, & osculâtus est eum. Statimq; vt sénsit vestimentôrum illíus fragrãtiam, benedícens illi, ait. Ecce odor fílii mei, sicut odor agri pleni, cui benedíxit Dóminus. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguédine terræ, abundántiam fruménti, vini, & olei. Et séruiãt tibi pópuli, & adôrent te tribus. Esto Dóminus fratrum tuôrum: & incuruéntur ante te fílii matris tuæ. Qui maledíxerit tibi, sit ille maledíctus: & qui benedíxerit tibi, benedictiónibus repleâtur. Vix Isaác sermónem impléuerat: & egréssо Iacob foras, venit Esau, coctoque de venatióne cibos íntulit patri, dicens. Surge

pater

pater mi, & cómede de venatiône filii tui: vt benedîcat mihi ánima tua. Dixitque illi Isaác. Quis enim es tu? Qui respóndit. Ego sum fílius tuus primogénitus Esau. Expáuit Isaác stupôre vehemênti: & vltrà quàm credi potest, admîrans ait. Quis ígitur est ille, qui dudum captam venatiônem áttulit mihi, & cómedi ex ómnibus priùs quàm tu venîres? benedixíque ei, & erit benedíctus. Audítis Esau sermónibus patris, irrúgiit clamôre magno: & consternátus ait. Benedíc étiam & mihi, pater mi. Qui ait. Venit germánus tuus fraudulénter, & accépit benedictiônem tuam. At ille subiúnxit. Iustè vocátum est nomen eius Iacob: supplantáuit enim me en áltera vice. Primogénita mea antè tulit, & nunc secúndò surrípuit benedictiônem meam. Rursumque ad patrem. Nunquid non reseruâsti, ait, & mihi benedictiônem? Respóndit Isaác. Dóminum tuum illum constítui, & omnes fratres eius seruituti illíus subiugâui. Fruménto, vino, & óleo stabilíui eum: & tibi post hæc fili mi, quid faciam? Cui Esau. Num vnam, inquit, tantùm benedictiónē habes pater? Mihi quoque óbsecro, vt benedîcas. Cumq; eiulâtu magno fleret, motus Isaác, dixit ad eum. In pinguédine terræ, & in rore cæli desuper erit benedictio tua.

Pſa. 91. Gradu. Bonum est confitêri Dómino, & psállere nómini tuo altíssime. Ver. Ad annunciándum mane misericórdiam tuam, & veritâtem tuam per noctem.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Lucam.

Cap 15. IN illo témpore. Dixit Iesus Phárisæis parábolam hanc. Homo quidam hábuit duos fílios: & dixit adolescéntior ex illis, patri. Pater, da mihi portiónem substántiæ, quæ me cõtíngit. Et diuísit illis substántiam. Et non post multos dies, congregâtis ómnibus adolescéntior fílius péregre proféctus est in regiónē longínquā: & ibi dissipáuit substántiam suam viuéndo luxuriôsè. Et postquàm consummâsset ómnia, facta est fames válida in regiône illa: & ipse cœpit egê re. Et ábiit, & adhæsit vni cíuium regiônis illíus. Et misit illum in villam suam, vt pásceret porcos. Et cupiébat implére ventrem suũ de siliquis, quas porci manducábant: & nemo illi dabat. In se autem reuérsus dixit. Quanti mercenárii in domo patris mei abúndant pánibus: ego autem hîc fame péreo? Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei. Pater, peccâui in cælum & coram te: iam non sum dignus vocâri fílius tuus: fac me sicut vnum de mercenáriis tuis. Et surgens, venit ad patrem suum. Cùm autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius: & misericórdia motus est. Et accûrrens cécidit super collũ eius, & osculâtus est eum. Dixitque ei fílius. Pater, peccâui in cælum & coram te: iam non sum dignus vocâri fílius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Citò proférte stolam primam, & indúite illum: & date ánnulum in manum eius, & calciaménta in pédibus eius: & addúcite vítulum saginâtum, & occidite: & manducêmus & epulêmur: quia hic fílius meus mórtuus erat, & reuíxit: periérat, & inuéntus est. Et cœperunt epulâri. Erat autem fílius eius sénior in agro. Et cùm venîret, & appropinquâret

dómui, audíuit symphonîam & chorum. Et vocâuit vnum de seruis: & interrogáuit quæ hæc essent. Isq; dixit illi. Frater tuus venit: & occîdit pater tuus vítulum saginâtum, quia saluum eum recépit. Indignâtus est autẽ, & nolébat introíre. Pater ergo illíus egréssus, cœpit rogâre eum. At ille respóndens, dixit patri suo. Ecce tot annis séruio tibi: & nunquã mandâtum tuum præteríui: & nunquam dedísti mihi hædum, vt cum amícis meis epulârer. Sed postquàm fílius tuus hic, qui deuorâuit substántiam suam cum meretricibus, venit: occidísti illi vítulum saginâtum. At ipse dixit illi. Fili, tu semper mecum es: & ómnia mea, tua sunt. Epulâri autem & gaudêre oportébat: quia frater tuus hic mortuus erat, & reuíxit: perierat, & inuéntus est.

Psa. 12. **Offert.** Illúmina óculos meos, ne vnquam obdórmiam in morte: ne quando dicat inimîcus meus, præuálui aduérsus eum.

Secreta.

His sacrifíciis Dómine concéde placâtus: vt qui própriis orâmus absólui delíctis: non grauémur extérnis. Per. **Aliæ Secretæ, fol. 51. vel ex eis vna** Deus cuius soli. **vel alia** Tua Dómine propitiatióne. **& alia vna ad libitum.** **Comm.** O pórtet te fili gaudêre, quia frater tuus mórtuus fúerat, & reuíxit: perierat, & inuéntus est. Ioã 15.

Complenda.

Sacraménti tui Dómine diuína libátio penetrália nostri cordis infúndat: & sui nos partícipes poténter efficiat. Per. **Aliæ Complendæ, fol. 52. vel ex eis vna** Purificent nos. **vel alia** Sumptis Dñe salútis. **& alia vna ad libitũ**

Super populum. O rémus. Humiliáte.

Famíliam tuam quæsumus Dómine continua pietâte custódi: vt quæ in sola spe grátiæ cæléstis innítitur: cælésti etiam protectiône muniátur. Per.

DOMINICA TERTIA in Quadragesima.



Culi mei semper ad Dóminum: quia ipse euéllet de láqueo pedes meos: réspice in me, & miserêre mei, quia únicus & pauper sum ego. Psa. 24. **Psal.** Ad te leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubéscam. **Vers.** Glória patri.

Oratio.

Quæsumus omnípotens Deus vota humílium réspice: atque ad defensiônem nostram déxteram tuæ maiestátis exténde. Per. **Aliæ orationes vt in Dominica I. Quadra. fo. 50.**

Léctio epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephesios.

Fratres. Estóte imitatôres Dei, sicut fílii charíssimi: & ambulâte in dilectiône, sicut & Christus diléxit nos: & trádidit semetipsum pro nobis oblatiônem & hóstiam Deo in odôrem suauitâtis. Fornicátio autem & omnis immundítia, aut auarítia, nec nominêtur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitûdo, aut stultilóquium, aut scurrílitas quę ad rem nõ pértinet: sed magis gratiârum actio. Hoc enim scitôte intelligéntes: quòd omnis fornicâtor, aut immúndus, aut auârus (quod est idolôrum seruitus) non habet hæreditâtem in regno Christi & Dei. Nemo vos sedûcat inánibus verbis. Propter hæc e- Cap 5.

nim

nim venit ira Dei in fílios diffidéntię. Nolíte ergo éffici partícipes eôrum. Eratis enim aliquándo ténebræ: nũc autem lux in Dómino. Vt fílii lucis ambuláte. Fructus enim lucis, est in omni bonitâte,& iustítia,& veritâte.

Pſa. 9. **Gradu.** Exúrge Dómine, non præuáleat homo: iudicéntur gentes in conspéctu tuo. **Ver.** In conuerténdo inimícum meum retrórsum, infirmabúntur,& perîbunt à facie tua.

Pſa. 121. **Tractus.** Ad te Dómine leuâui óculos meos, qui hábitas in cælis. **Ver.** Ecce sicut óculi seruôrum in mánibus Dominôrum suôrum. **Ver.** Et sicut óculi ancíllæ in mánibus Dóminæ suæ. **Ver.** Ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrũ, donec misereâtur nostri. **Ver.** Miserêre nostri Dómine, miserêre nostri.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

Cap 11. IN illo témpore. Erat Iesus eíciens dæmónium: & illud erat mutum. Et cùm eiecísset dæmónium, locútus est mutus: & admirâtæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixêrunt. In Beélzebub príncipe dęmoniôrum éiicit dæmónia. Et alii tentántes, signum de cælo quærébant ab eo. Ipse autem, vt vidit cogitatiônes eôrũ, dixit eis. Omne regnũ in se diuísum, desolábitur:& domus supra domum cadet.Si autem & Satánas in seípsum diuísus est: quómodo stabit regnum ipsius, quia dícitis in Beélzebub eiícere me dæmónia? Si autem ego in Beélzebub eiício dæmónia: fílii vestri in quo eiíciunt? Ideò ipsi iúdices vestri erunt. Porrò si in dígito Dei eiício dæmónia: profécto peruênit in vos regnum Dei. Cùm fortis armâtus custódit átrium suũ: in pace sunt ómnia quæ póssidet. Si autem fórtior illo superuéniens vícerit eum: vniuérsa arma eius áuferet, in quibus confidébat: & spólia eius distríbuet. Qui non est mecum, contra me est: & qui non cólligit mecum, dispérgit. Cùm immúndus spíritus exíerit de hómine, perámbulat per loca inaquósa,quærens réquiem. Et non inuéniens, dicit. Reuértar in domum meam, vnde exíui. Et cùm vénerit, inuénit eam scopis mundâtam,& ornâtam. Tunc vadit,& assúmit secum septem álios spíritus nequiôres se: & ingréssi hábitant ibi. Et fiunt nouíssima hóminis illíus peiôra prióribus. Factum est autem: cùm hæc díceret, extóllens vocẽ quædã múlier de turba, dixit illi. Beátus venter,qui te portâuit: & úbera,quæ suxísti. At ille dixit. Quinímò, beáti qui áudiunt verbũ Dei, & custódiunt illud. Credo.

Pſa. 18. **Offert.** Iustítiæ Dómini rectæ, lætificâtes corda: & dulciôra super mel & fauum: nam & seruus tuus custódit ea.

Secreta.

HOstia hæc quæsumus Dómine mundet nostra delícta: & ad sacrifícium celebrándum subditôrũ tibi córpora menteſque sanctíficet. Per. **Aliæ Secretæ, fol.** 51.

Pſa. 83. **Communio.** Passer inuênit sibi domũ, & turtur nidum vbi repônat pullos suos: altária tua Dómine virtûtum, rex meus & Deus meus: beáti qui hábitant in domo tua, in séculum séculi laudábunt te.

Complenda.

ACunctis nos quæsumus Dómine reátibus & periculis propitiátus absólue: quos tanti mystérii tríbuis esse partícipes. Per. **Aliæ Complendæ, fol.** 52.

FERIA SECVNDA.

Psa. 55.



IN Deo laudábo verbum: in Dño laudábo sermónē: in Deo sperábo: non timébo quid fáciat mihi homo. Psal. Miserêre mei Deus, quóniam conculcáuit me homo: tota die bellans tribuláuit me.

Ver. Glória patri. Oratio.

COrdibus nostris quęsumus Dómine grátiam tuam benígnus infúnde: vt sicut ab escis carnálibus abstinémus: ita sensus quoque nostros à nóxiis retrahámus excéssibus. Per. Aliæ orationes, fol. 50. vel ex eis vna A cunctis. & alia vna ad libitum.

Léctio libri Regum.

4. P Ca 5.

IN diébus illis. Naamán princeps milítiæ regis Syriæ, erat vir magn⁹ apud Dóminum suum, & honorátus. Per illum enim dedit Dóminus salútem Syriæ. Erat autem vir fortis & dives, sed leprôsus. Porrò de Syria egréssi fúerant latrúnculi: & captiuam dúxerant de terra Israël puéllã páruulam, quæ erat in obséquio vxôris Naamán: quæ ait ad Dóminam suam. Vtinam fuísset Dóminus meus ad prophétam, qui est in Samária: profécto curâsset eum à lepra, quam habet. Ingréssus est itaque Naamán ad Dóminum suum, & nunciâuit ei, dicens. Sic & sic locúta est puélla de terra Israël. Dixitque ei rex Syriæ. Vade, & mittam líteras ad regem Israël. Qui cùm proféctus esset, & tulísset secum decem talénta argénti, & sex mília áureos, & decem mutatória vestimentôrum: détulit líteras ad regẽ Israël, in hæc verba. Cùm accéperis epístolam hanc, scito quòd míserim ad te Naamán seruum meũ: vt cures eum à lepra suã. Cumq; legísset rex Israel líteras, scidit vestiménta sua, & ait. Nunquid Deus ego sũ, vt occídere possim hóminem, & viuificâre; quia iste misit ad me, vt curem hóminẽ à lepra sua? Animaduértite, & vidéte: quòd occasiónes quęrat aduérsũ me. Quod cùm audísset Elisêus vir Dei: scidísse vidélicet regem Israël vestiménta sua: misit ad eũ, dicens. Quare scidísti vestiménta tua? Véniat ad me, & sciat esse prophétam in Israël. Venit ergo Naamán cum equis & cúrribus, & stetit ad óstium domus Elisêi: misitque ad eum Elisêus núncium, dicens. Vade, & lauâre sépties in Iordâne: & recipiet sanitátem caro tua, atq; mundáberis. Irâtus Naamán, recedébat dicens. Putábã, quòd egrederêtur ad me: & stans inuocâret nomen Dómini Dei sui, & tángeret manu sua locum lepræ, & curâret me. Nunquid nõ meliôres sunt Abana, & Pharphar flúuii Damásci ómnibus aquis Israël, vt lauer in eis, & munder? Cùm ergo vertísset se, & abíret indignans: accessêrunt ad eum serui sui, & locúti sunt ei. Pater, & si rem grandem dixísset tibi prophéta, certè fácere debúeras: quantò magis, quia nunc dixit tibi, lauâre, & mundáberis? Descéndit, & lauit in Iordâne sépties iuxta sermónem viri Dei: & restitúta est caro eius, sicut caro púeri páruuli: & mundátus est. Reuersúsque ad virum Dei cum vniuérso comitâtu suo, venit, & stetit coram eo, & ait. Verè scio, quòd non sit álius Deus in vniuêrsa terra, nisi tantùm in Israël.

Gradu. Deus vitam meam annunciáui Psa. 55.

tibi:

tibi: posuísti láchrymas meas in conspéctu tuo. Ver. Miserêre mei Dómine, quóniam cõculcáuit me homo: tota die bellans tribuláuit me.

Tractus. Dómine non secúndũ. fol. 51.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

Cap 4. IN illo témpore. Dixêrunt Pharisęi ad Iesum. Quanta audíuimus facta in Caphárnaum: fac & hîc in patria tua. Ait autẽ. Amen dico vobis, quia nemo prophéta acceptus est in patria sua. In veritâte dico vobis: multæ víduæ erant in diébus Elîæ in Israël, quando clausum est cęlum annis tribus & ménsibus sex, cùm facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illârum missus est Elías, nisi in Sarépta Sidóniæ, ad mulíerem víduam. Et multi leprósi erant in Israël sub Elisęo prophéta: & nemo eôrum mũdátus est, nisi Naamán Syrus. Et repléti sunt omnes in synagóga ira, hęc audiéntes. Et surrexêrunt, & eiecêrunt eum extra ciuitátem: & duxêrunt illum vsque ad supercílium mõtis, super quem cíuitas illôrũ erat ædificâta, vt præcipitârent eum. Ipse autem tránsiens per médiũ illôrũ ibat.

Pſa. 54. Offert. Exáudi Deus oratiônem meam, & ne despéxeris deprecationem meam: inténde in me, & exáudi me. Secreta.

MVnus quod tibi Dómine nostræ seruitútis offérimus: tu salutáre nobis pérfice sacraméntum. Per. Aliæ Secretæ, fol. 51. vel ex eis vna Exáudi nos Deus. & alia vna ad libitũ.

Pſa. 33. Communio. Quis dabit ex Sion salutáre Israël? cùm auérterit Dóminus captiuitátem plebis suæ, exultábit Iacob, & lætábitur Israël. Complenda.

PRæsta quæsumus omnípotens & misércors Deus: vt quod ore contíngimus: pura mente capiâmus. Per. Aliæ Complendæ, fol. 52. vel ex eis vna Mundet & múniat. & alia vna ad libitũ.

Super populum. O rémus. Humiliáte.

SVbuéniat nobis Dñe misericórdia tua: vt ab imminẽtibus peccatôrũ nostrôrũ periculis: te mereâmur protegẽte éripi: te liberânte saluâri. Per.

FERIA TERTIA.



Pſa. 16. GO clamáui, quóniam exaudísti me Deus: ínclina aurẽ tuam, & exáudi verba mea: custódi me Dómine, vt pupíllã óculi: sub vmbra alârum tuârũ prótege me. Psal. Exáudi Dómine iustítiam meam: inténde deprecatiónem meam. Ver. Glória. Oratio.

EXáudi nos omnípotens & misércors Deus: & continéntiæ salutáris propítius nobis dona concéde. Per. Aliæ orationes, fol. 50. vel ex eis vna Omnípotens sẽpitérne Deus, qui viuôrum. & alia vna ad libitum.

Léctio libri Regum.

4. Cap 4. IN diébus illis. Múlier quædã clamâbat ad Elisẽũ prophétã, dicens. Seruus tuus vir meus, mórtuus est: & tu nosti, quia seruꝰ tuus fuit, timẽs Deũ. Et ecce créditor venit, vt tollat duos fílios meos ad seruiéndũ sibi. Cui dixit Elisęus. Quid vis, vt fáciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respóndit. Non hábeo ancílla tua quicquã in domo mea, nisi parũ ólei, quo vngar. Cui ait. Vade, pete mutuò ab ómnibus vicínis tuis vasa vácua, nõ pauca. Et ingrédere, & claude óstiũ tuũ, cùm intrínsecus fúeris tu, & fílii tui: & mitte inde in omnia vasa hæc: & cùm plena fúerint, tolles. Iuit itaq; múlier, & clausit ósti-

um super se, & super filios suos: illi offerébant vasa, & illa infundébat. Cumque plena fuíssent vasa, dixit ad fílium suum. Affer mihi adhuc vas. Et ille respóndit. Non hábeo. Stetitque óleum. Venit autem illa, & indicáuit hómini Dei. Et ille. Vade, inquit, vende óleum, & redde creditóri tuo: tu autem & fílii tui, víuite de réliquo.

Gradu. Ab occúltis meis mũda me Dómine, & ab aliénis parce seruo tuo. Ver.
Psa. 18 Si mei non fúerint dominâti, tunc immalát⁹ ero, & emũdâbor à delícto máximo.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Matthæum.

Cap 18. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Si peccáuerit in te frater tuus: vade, & córripe eum inter te & ipsum solum. Si te audíerit: lucrâtus eris fratrem tuum. Si autem te non audíerit: ádhibe tecum adhuc vnũ, vel duos, vt in ore duôrum vel trium téstium stet omne verbum. Quòd si non audíerit eos: dic eccléſiæ. Si autem eccléſiam non audíerit: sit tibi sicut éthnicus & publicânus. Amen dico vobis: quæcúnque alligauêritis super terram, erunt ligâta & in cælo: & quæcúnque soluéritis super terrã, erunt solúta & in cælo. Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis consénserint super terram: de omni re quamcúnq; petíerint, fiet illis à patre meo, qui in cælis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregâti in nómine meo: ibi sum in médio eôrum. Tunc accédens ad eum Petrus, dixit. quóties peccábit in me frater meus, & dimíttam ei? vsque sépties? Dixit illi Iesus. Non dico tibi, vsque sépties: sed, vsq; septuágies sépties.

Offerto. Déxtera Dómini fecit virtûtẽ, déxtera Dómini exaltáuit me: non móriar, sed viuam, & narrâbo ópera Dñi. Psa. 117.

Secreta.

PEr hæc sacraménta véniat quæsumus Dómine nostræ redemptiônis effêctus: qui nos & ab humánis retráhat excéssibus: & ad salutária dona perdûcat. Per. Aliæ Secretæ, fol. 51. vel ex eis vna Deus cui soli. & alia vna ad libitum. Comm. Dómine quis habitábit in tabernáculo tuo, aut quis requiéscet in mõte sancto tuo? qui ingréditur sine mácula, & operâtur iustítiam. Psa. 14.

Complenda.

SAcris Dómine mystériis expiâti: & véniam quæsumus consequâmur, & grátiam. Per. Aliæ Complendæ, fol. 52. vel ex eis vna Puríficẽt nos. & alia vna ad libitum.

Super populum. Orémus.

Humiliâte capita vestra Deo.

TVa nos Dómine protectiône defénde: & ab omni semper iniquitâte custódi. Per Dóminum.

FERIA QVARTA.



EGo autem in Dómino sperâbo: exultábo & lætâbor in tua misericórdia: quia respexísti humilitâtem meam. Psal. In te Dómine speráui, non confúndar in æternum: in iustítia tua líbera me, & éripe me. Per. Glória patri. Psa. 30. Psa. 70.

Oratio.

PRæsta nobis quæsumus Dómine: vt salutáribus ieiúniis erudíti: à nóxiis quoq; vítiis abstinéntes: propitiatiônem tuam facíliùs impetrémus. Per. Aliæ orationes, fo. 50. vel ex eis vna A cũctis. & alia vna ad libitũ.

Léctio

Léctio libri Exodi.

Cap 10. HAec dicit Dóminus Deus. Honôra patrem tuum, & matrem tuam: vt sis longæuus super terram, quam Dóminus Deus tuus dabit tibi. Non occídes. Non mœcháberis. Non furtũ fácies. Non lóqueris contra próximum tuum falsum testimónium. Non concupísces domum próximi tui: nec desiderábis vxôrẽ eius: non seruum, non ancíllam, non bouem, non ásinum, nec ómnia quæ illíus sunt. Cunctus autem pópulus vidébat voces, & lámpades, & sónitum búccinæ, montemque fumigántem: & pertérriti ac pauôre concússi, stetêrunt procul, dicéntes Móysi. Lóquere tu nobis, & audiémus. Non loquâtur nobis Dóminus: ne fortè moriâmur. Et ait Móyses ad pópulũ. Nolîte timêre: vt enim probâret vos venit Deus, & terror illíus esset in vobis, vt non peccarêtis. Stetitque pópulus de longè. Móyses autem accéssit ad calíginem, in qua erat Deus. Dixitque prætérea Deus ad Móysen. Hæc dices fíliis Israël. Vos vidístis, quòd de cælo locútus sum vobis. Nõ faciétis Deos argénteos: nec Deos áureos faciétis vobis. Altâre de terra faciétis mihi: & offerétis super eo holocáusta, & pacífica vestra: oues vestras & boues, in omni loco, in quo memória fúerit nóminis mei.

Pſa. 117.

Pſa. 14.

Pſa. 30.

Pſa. 70.

Gradu. Miserêre mei Dómine, quóniã infírmus sum: sana me Dñe. Ver. Conturbâta sunt ómnia ossa mea, & ánima mea turbáta est valdè.

Pſa. 6.

Tractus. Dómine non secúndũ. fol. 51.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Matthæum.

Cap 15. IN illo témpore. Accessêrunt ad Iesum ab Ierosólymis Scribæ & Pharisæi, dicéntes. Quare discípuli tui trãsgrediúntur traditiônes seniôrũ? Non enim lauant manus suas, cùm panem mandúcant. Ipse autem respóndens, ait illis. Quare & vos transgredímini mandátum Dei propter traditiônem vestram? Nam Deus dixit. Honôra patrem & matrem: &, qui maledíxerit patri, vel matri, morte moriâtur. Vos autem dícitis. Quicúnque díxerit patri, vel matri: munus quodcúnque est ex me, tibi próderit: & non honorificábit patrem suum, aut matrem suam: & írritum fecístis mandâtum Dei propter traditiônem vestram. Hypócritæ, bene prophetâuit de vobis Isaías, dicens. Pópulus hic lábiis me honórat: cor autem eôrũ longè est à me. Sine causa autem colunt me, docéntes doctrínas & mandáta hóminum. Et conuocâtis ad se turbis, dixit eis. Audíte, & intellígite. Non quod intrat in os, hoc coínquinat hóminem: sed quod prócedit ex ore, hoc coínquinat hóminem. Tũc accedéntes discípuli eius, dixêrunt ei. Scis, quia Pharisæi audíto hoc verbo, scandalizáti sunt? At ille respóndens, ait. Omnis plantátio, quam non plãtáuit pater meus cæléstis, eradicábitur. Sínite illos. Cæci sunt, & duces cæcôrum. Cæcus autem si cæco ducátum præstet, ambo in fóueam cadunt. Respóndens autem Petrus, dixit ei. Edísserе nobis parábolam istã. At ille dixit. Adhuc & vos sine intelléctu estis? non intellígitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secéssum emíttitur? Quæ autem procédunt de ore, de corde éxeunt: & ea coínquinant hóminem. De

corde enim éxeunt cogitatiônes malæ, homicídia, adultéria, fornicatiónes, furta, falſa teſtimónia, blaſphémiæ. Hæc ſunt, quæ coínquinant hóminẽ. Non lotis autem mánibus mãducáre, non coínquinat hóminem.

Pſa. 108. Offert. Dómine fac mecum miſericórdiam tuam propter nomen tuum, quia ſuauis eſt miſericórdia tua. Secreta.

SVſcipe quæſumus Dómine preces pópuli tui cum oblatiónibus hoſtiârum: & tua myſtéria celebrántes: ab ómnibus nos defénde periculis. Per. Aliæ Secretæ, fol. 51. vel ex eis vna Exáudi nos Deus. & alia vna ad libitum.

Pſa. 15. Comm. Notas mihi fecíſti vias vitæ: adimplébis me lætítia, cum vultu tuo Dómine. Complen.

SAnctíficet nos Dómine qua paſti ſumus menſa cæléſtis: & à cunctis erróribus expiátos: ſupérnis promiſsiônibus reddat accéptos. Per. Aliæ Complendæ, fol. 52. vel ex eis vna Mundet & múniat. & alia vna ad libitũ.

Super populum. Orémus. Humíliâte.

CONcéde quęſumus omnípotẽs Deus: vt qui protectiónis tuæ grátiam quærimus: liberáti à malis ómnibus, ſecûra tibi mente ſeruiámus. Per.

FERIA QVINTA.

Pſa. 77. SAlus pópuli ego sũ, dicit Dóminus: de quacúnq; tribulatióne clamáuerint ad me, exáudiam eos: & ero illôrum Dóminus in perpétuum. Pſal. Atténdite pópule meus legem meam: inclináte aurem veſtrã in verba oris mei. Ver. Glória. Oratio.

CONcéde quęſumus omnípotẽs Deus: vt ieiuniôrum nobis ſancta deuótio & purificatiónem tríbuat: & maieſtáti tuæ nos reddat accéptos. Per. Aliæ orationes, fol. 50. vel earum vna Omnípotens ſempitérne Deus, qui viuôrum. & alia vna ad libitum.

Léctio Ieremíæ prophétæ.

IN diébus illis. Factum eſt verbum Dómini ad me, dicens. Sta in porta domus Dómini: & prędíca ibi verbũ iſtud, & dic. Audíte verbum Dómini omnis Iuda, qui ingredímini per portas has, vt adorétis Dóminum. Hæc dicit Dóminus exercítuum, Deus Iſraël. Bonas fácite vias veſtras, & ſtúdia veſtra: & habitábo vobíſcum in loco iſto. Nolíte confidere in verbis mendácij, dicẽtes. Templũ Dómini, templum Dómini, templum Dómini eſt. Quóniam ſi bene direxéritis vias veſtras, & ſtúdia veſtra: ſi fecéritis iudícium inter virum & próximum eius: áduenæ, & pupíllo, & víduæ non fecéritis calúmniam: nec ſánguinem innocéntem effudéritis in loco hoc: & poſt deos aliénos non ambulauéritis in malum vobiſmetípſis: habitábo vobíſcum in loco iſto, in terra quã dedi pátrib⁹ veſtris à ſéculo vſque in ſéculum. Ait Dóminus omnípotens. Cap 7.

Gradu. Oculi ómnium in te ſperant Dómine: & tu das illis eſcam in témpore opportúno. Ver. Aperis tu manum tuã, & imples omne ánimal benedictiône. Pſa. 144

Sequéntia ſancti euangélij ſecúndùm Ioánnem.

IN illo témpore. Dixit Ieſus turbis Iudæôrum. Operámini non cibum qui perit, ſed qui permánet in vitam ætérnam: quem filius hóminis dabit vobis: hunc enim pater ſignáuit Deus. Di- Cap 6

Pſa. 137.

us. Dixêrunt ergo ad eum. Quid faciémus, vt operêmur ópera Dei? Reſpóndit Ieſus, & dixit eis. Hoc eſt opus Dei, vt credátis in eum, quem miſit ille. Dixêrunt ergo ei. Quod ergo tu facis ſignum; vt videámus, & credámus tibi? Quid operâris? Patres noſtri manducauêrunt manna in deſérto, ſicut ſcriptũ eſt. Panem de cælo dedit eis manducâre. Dixit ergo eis Ieſus. Amen amen dico vobis, non Móyſes dedit vobis panem de cælo; ſed pater meus dat vobis panem de cælo verum. Panis enim verus eſt, qui de cælo deſcéndit; & dat vitam mũdo. Dixêrunt ergo ad eum. Dómine, ſemper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Ieſus. Ego ſum panis vitæ: qui venit ad me, non eſúriet: & qui credit in me, non ſitiet in ætérnum.

Pſa. 137. Offertorium. Si ambuláuero in médio tribulatiónis, viuificábis me Dómine: & ſuper iram inimicôrum meôrum extendíſti manum tuam: & ſaluum me fecit déxtera tua.

Secreta.

FAc nos quæſumus Dómine ad ſancta myſtéria purificátis méntibus accédere: vt tibi ſemper cómpetens deferámus obſéquium. Per. Aliæ Secretæ, fol. 52. vel ex eis vna Deus cui ſoli. & alia ad libitum.

Pſa. 118. Comm. Tu mandâſti mandâta tua cuſtodîri nimis: útinã dirigántur viæ meæ, ad cuſtodiéndas iuſtificatiônes tuas.

Complenda.

SAcraménti tui Dómine veneránda ſuſcéptio: & myſtico nos mũdet efféctu: & perpétua virtúte deféndat. Per. Aliæ Complendæ, fol. 52. vel earum vna Purificent nos. & alia ad libitum.

Super populum.

Orémus. Humiliâte.

SVbiéctum tibi pópulum quæſumus Dómine propitiátio cęléſtis amplificet: & tuis ſemper fáciat inhærêre mandátis. Per.

FERIA SEXTA.



Pſa. 85. Ac mecum Dómine ſignum in bonum, vt vídeant qui me odêrunt, & confundántur: quóniam tu Dñe adiuuíſti me, & conſolátus es me. Pſal. Inclína Dómine aurem tuam, & exáudi me: quóniam inops & pauper ſum ego. Ver. Glória.

Oratio.

IEiúnia noſtra quæſumus Dómine benígno fauôre proſéquere: vt ſicut ab aliméntis abſtinémus in córpore: ita à vítiis ieiunémus in mente Per Dó. Aliæ orationes, fol. 50. vel ex eis vna A cunctis. & alia ad libitum.

Léctio libri Numeri.

Cap 20. IN diébus illis. Conuenêrunt fílii Iſraël aduérſum Móyſen & Aaron: & verſi in ſeditiónem, dixêrunt. Date nobis aquam, vt bibámus. Ingreſſíque Móyſes & Aaron dimíſſa multitúdine, in tabernáculum fœderis, corruêrunt proni in terram: clamauêruntque ad Dóminum, atque dixêrunt. Dómine Deus exáudi clamôrem pópuli huius: & áperi eis theſáurum tuum fontem aquæ viuæ: vt ſatiáti, ceſſet murmurátio eôrum. Et appáruit glória Dómini ſuper eos. Locútuſq; eſt Dóminus ad Móyſen, dicens. Tolle virgam: & cóngrega pópulum tu, & Aaron frater tuus: & loquímini ad petram coram eis: & illa dabit aquas. Cumque eduxéritis aquam de petra, bibet omnis multi-

túdo,& iumẽta eius. Tulit ergo Móyſes virgam,quæ erat in cõſpéctu Dómini,ſicut præcéperat ei,congregâta multitúdine ante petram:dixitq; eis. Audîte rebélles, & incréduli. Num de petra hac vobis aquã potérimus eíícere ? Cùmque eleuâſſet Móyſes manum,percútiens virga bis sílicem, egréſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, ita vt pópulus bíberet, & iuménta. Díxitque Dóminus ad Móyſen & Aaron. Quia non credidíſtis mihi, vt ſanctifi carêtis me coram fíliis Iſraël: non introducétis pópulos hos in terram, quam dabo eis. Hæc eſt aqua contradictiónis, vbi iurgáti ſunt fílii Iſraël contra Dóminum,& ſanctificátus eſt in eis.

Pſa. 27. **Gradu.** In Deo ſperáuit cor meum, & adiútus ſum,& reflóruit caro mea,& ex voluntâte mea confitêbor illi. **Ver.** Ad te Dómine clamáui: Deus meus ne síleas, ne diſcédas à me.

Tractus. Dómine non ſecúndũ. fo. 51.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Ioánnem.

Cap 4. IN illo témpore. Venit Ieſus in ciuitátẽ Samáriæ, quæ dícitur Sichar: iuxta prædium, quod dedit Iacob fílio ſuo Ioſeph. Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus ergo fatigátus ex itínere, ſedébat ſic ſuper fontem. Hora autẽ erat quaſi ſexta. Venit múlier de Samária haurîre aquam. Dicit ei Ieſus. Da mihi bíbere. Diſcípuli enim eius abíerant in ciuitâtem, vt cibos émerent. Dicit ergo ei múlier illa Samaritâna. Quómodo tu Iudæus cùm ſis, bíbere à me poſcis, quæ ſum múlier Samaritâna ? Non enim coutúntur Iudæi Samaritánis. Reſpóndit Ieſus, & dixit ei. Si ſcires donũ Dei, & quis eſt qui dicit tibi, da mihi bíbere: tu fórſitan petíſſes ab eo, & dedíſſet tibi aquam viuam. Dicit ei múlier. Dómine, neque in quo háurias habes,& púteus altus eſt: vnde ergo habes aquam viuam ? Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis púteum iſtum: & ipſe ex eo bibit, & fílii eius, & pécora eius ? Reſpóndit Ieſus, & dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac, sítiet íterum. Qui autem bíberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſaliéntis in vitam ætérnam. Dicit ad eum múlier. Dómine, da mihi hanc aquam; vt non sítiam, neque véniam huc haurîre. Dicit ei Ieſus. Vade, voca virum tuũ, & veni huc. Reſpóndit múlier, & dixit. Non hábeo virum. Dicit ei Ieſus. Bene dixíſti, quia non hábeo virum. Quinque enim viros habuíſti:& hũc quem habes, non eſt tuus vir. Hoc verè dixíſti. Dicit ei múlier. Dómine, vt video, prophéta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauêrunt: & vos dícitis, quia Ieroſólymis eſt locus, vbi adorâre opórtet. Dicit ei Ieſus. Múlier crede mihi, quia véniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Ieroſólymis adorâbitis patrem. Vos adorátis, quod neſcítis: nos adorâmus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratôres adorâbunt patrem in ſpíritu & veritâte. Nam & pater tales quærit, qui adôrent eum. Spíritus eſt Deus: & eos qui adôrant eum, in ſpíritu & veritâte opórtet adorâre. Dicit ei múlier. Scio, quia meſſias venit, qui dícitur Chriſtus. Cùm ergo vénerit, ille nobis nunciábit ómnia. Dicit ei Ieſus.

Ego sum,qui loquor tecum. Et continùo venêrunt discípuli eius : & mirabántur , quia cum muliere loquebâtur. Nemo tamen dixit,quid quæris , aut quid lóqueris cum ea ? Relîquit ergo hydriam suam múlier , & ábiit in ciuitâtem, & dixit illis homínibus. Venîte , & vidête hóminem , qui dixit mihi ómnia, quæcúnque feci. Nunquid ipse est Christus ? Exiérunt ergo de ciuitâte ; & veniébant ad eum. Intéreà rogâbant eum discípuli, dicéntes. Rabbi , mandúca. Ille autem dixit eis. Ego cibum hábeo manducâre, quem vos nescítis. Dicébant ergo discípuli ad ínuicem. Nunquid áliquis áttulit ei manducâre? Dicit eis Iesus. Meus cibus est,vt fáciam voluntâtem eius qui misit me: vt perfíciam opus eius. Nónne vos dícitis , quòd adhuc quatuor menses sunt,& messis venit ? Ecce dico vobis : leuâte óculos vestros,& vidéte regiónes, quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit,mercédẽ áccipit, & cóngregat fructũ in vitam ætérnam: vt & qui séminat,simul gáudeat & qui metit. In hoc enim est verbum verum : quia álius est qui séminat , & álius est qui metit. Ego misi vos métere,quod vos non laborâstis : álii laborauêrunt, & vos in labôres eôrum introístis. Ex ciuitâte autem illa multi credidêrunt in eum Samaritanórum, propter verbum mulíeris testimónium perhibẽtis, quia dixit mihi ómnia quæcúnq; feci. Cùm venissent ergo ad illum Samaritáni,rogauêrunt eum,vt ibi manêret. Et mansit ibi duos dies. Et multò plures credidêrunt in eũ propter sermónem eius. Et mulíeri dicébant. Quia non iam propter tuam loquélã crédimus: ipsi enim audíuimus,& scimus quia hic est verè saluâtor mũdi.

Offert. Intẽde voci oratiónis meę rex meus & Deus meus : quóniam ad te orâbo Dómine. Psa. 5.

Secreta.

REspice quæsumus Dómine propítius ad múnera quæ sacrâmº: vt & tibi grata sint : & nobis salutária semper exístant. Per. Aliæ Secretę, fol. 51. vel ex eis vna Exáudi nos Deus. & alia vna ad libitum.

Communio. Qui bíberit aquam, quã ego dabo ei, dicit Dóminus ; fiet in eo fons aquæ saliéntis in vitam ætérnam. Ioã 4.

Complenda.

HVius Dómine percéptio sacraménti nos emúndet à crímine: & ad cæléstia regna perdúcat. Per. Aliæ Complendæ , fol. 52. vel earũ vna Mundet & múniat. & alia vna ad libitũ.

Super populum. Orémus. Humiliâte.

PRæsta quęsumus omnípotẽs Deus : vt qui in tua protectióne cõfídimus : cuncta nobis aduersántia te adiuuánte vincámus: Per.

SABBATHO:

VERBA mea áuribus pércipe Dómine: intéllige clamôrẽ meum, inténde voci oratiónis meæ. Psal. Quóniam ad te orábo Dómine: mane exáudies vocem meam. Ver. Glória. Psa. 5.

Oratio.

Præsta quæsumus omnípotẽs Deus : vt qui se affligéndo carnẽ ab aliméntis abstínent : sectándo iustíti am à culpa iciúnent. Per. Alię orationes, fol. 50. vel dicatur secũda de S. Maria, & tertia,sicut Sabbatho ante I. Dominicam in Quadragesima, fol. 55.

Cap 13.

Léctio Daniélis Prophétæ.

IN diébus illis. Erat vir in Babylône, & nomen eius Ioachím. Et accépit vxôrem nómine Susánnam, fíliam Helchíæ, pulchram nimis, & timéntem Deum. Paréntes enim illíus cùm essent iusti, erudiêrunt fíliam suam secúndùm legem Móysi. Erat autem Ioachím diues valdè: & erat ei pomœrium vicínum dómui suæ. Et ad ipsum confluébāt Iudæi, eò quòd esset honorabílior ómnium. Et constitûti sunt duo senes iúdices, in anno illo, de quibus locútus est Dóminus. Quia egréssa est iníquitas de Babylóne a senióribus iudícibus, qui videbántur régere pópulum. Isti frequentábant domum Ioachím: & veniébant ad eos omnes, qui habébant iudícia. Cùm autem pópulus reuertísset per merídiem, ingrediebâtur Susánna, & deambulâbat in pomœrio viri sui. Et vidébant eam senes quotídie ingrediéntem, & deambulántem: & exarsêrunt in concupiscéntiam eius. Et euertêrunt sensum suum, & declinauêrunt óculos suos, vt non vidêrent cælum, neq; recordarêntur iudiciôrum iustôrum. Factum est autem, cùm obseruârent diem aptum, quando possent inuenîre eam solam: ingréssa est aliquándo, sicut heri & nudiustértius, cum duábus solis puéllis: voluitque lauâri in pomœrio: æstus quippè erat. Et non erat ibi quisquam, præter duos senes abscónditos, & contemplântes eam. Dixit ergo puéllis. Afférte mihi óleum & smígmata: & óstia pomœrii cláudite, vtlauer. Cùm autem egréssæ essent puéllæ: surrexêrunt duo senes, & accurrêrunt ad eam, & dixêrunt. Ecce óstia pomœrii clausa sunt, & nemo nos videt: & in concupiscéntia tui sumus. Quamobrem assentîre nobis, & commiscêre nobíscum. Quòd si nolúeris, dicémus testimónium contra te, quòd fúerit tecum iúuenis: & ob hanc causam emíseris puéllas à te. Ingémuit Susánna, & ait. Angústiæ mihi sunt úndique. Si enim hoc égero, mors mihi est: si autem non égero, non effúgiam manus vestras. Sed melius est mihi absque ópere incídere in manus vestras, quàm peccâre in conspéctu Dómini. Et exclamáuit voce magna Susánna: exclamauêrunt autem & senes aduérsus eam. Cùm autem audíssent clamôrē in pomœrio fámuli domus, irruêrunt per pósticū, vt vidêrent quidnam esset. Postquàm autem senes locûti sunt, erubuêrunt serui vehemênter: quia nunquam dictus fúerat sermo huiuscemodi de Susánna. Et facta est dies crástina. Cúmque veníſſet pópulus ad virum eius Ioachím, venêrunt & duo seniôres, pleni iníqua cogitatiône aduérsus Susánnam; vt interfícerent eam. Et dixêrunt coram pópulo. Míttite ad Susánnam fíliam Helchíæ, vxôrem Ioachím. Et statim misêrunt. Et venit cum paréntibus & fíliis, & vniuérsis cognátis suis. Flébāt ígitur sui, & omnes qui nóuerant eā. Consurgéntes autem duo seniôres in médio pópuli, posuêrunt manus suas super caput eius. Quæ flens, suspéxit in cælum. Erat enim cor eius fidúciam habens in Dómino. Et dixêrūt seniôres. Cùm deambularêmus in pomœrio soli, ingréssa est hæc cum duábus puéllis: & cláusit óstia pomœrii: & dimísit à se puéllas. Venit-

que

que ad eam adoléſcens, qui erat abſcónditus: & concúbuit cum ea. Porrò nos, cùm eſſémus in ángulo pomœrii, vidéntes iniquitátem; cucúrrimus ad eos, & vídimus eos páriter commiſcêri. Et illum quidem nequíuimus comprehéndere, quia fórtior nobis erat: & apérto óſtio exiliuit. Hanc autẽ cùm apprehendiſſémus; interrogáuimus quiſnam eſſet adoléſcens: Et nóluit indicâre nobis. Huius rei teſtes ſumus. Crédidit eis multitúdo, quaſi ſeniôribus & iudícibus pópuli: & condemnauêrunt eam ad mortem. Exclamâuit autẽ voce magna Susánna, & dixit. Deus ætérne, qui abſconditôrum es cógnitor, qui noſti ómnia antequàm fiant: tu ſcis quóniam falſum teſtimónium tulêrunt contra me: & ecce mórior, cùm nihil horum fécerim, quæ iſti malicióſè compoſuêrunt aduérſum me. Exaudíuit autem Dóminus vocẽ eius. Cúmque ducerêtur ad mortem, ſuſcitáuit Dóminus ſpíritum púeri iuniôris, cui nomen Daniel. Et exclamáuit voce magna Daniel. Mundus ego sũ à ſánguine huius. Et conuérſus omnis pópulus ad eum, dixit: Quis eſt ſermo iſte, quem tu locútus es? Qui cùm ſtaret in médio eôrum, ait. Sic, fátui fílii Iſraël, non iudicántes, neq; quod verum eſt cognoſcéntes, condemnáſtis fíliam Iſraël? Reuertímini ad iudícium: quia falſum teſtimónium locúti ſunt aduérſus eam. Reuérſus eſt ergo pópulus cum feſtinatiône. Et dixit ad eos Daniel. Separâte eos ab ínuicem procul: & diiudicâbo eos. Cùm ergo diuíſi eſſent alter ab áltero; vocáuit vnum de eis, & dixit ad eum. Inueterâte diêrũ malôrum, nunc venêrunt peccáta tua quæ priùs operabâris, iúdicans iudícia iniúſta: innocéntes óppriméns: & dimíttens nóxios, dicénte Dómino: Innocéntem & iuſtum non interfícies. Nunc ergo ſi vidíſti eam, dic, ſub qua árbore víderis eos colloquẽtes ſibi? Qui ait. Sub ſchino. Dixit autem Daniel. Rectè mentítus es in caput tuum. Ecce enim ángelus Dómini, accépta ſenténtia ab eo, ſcindet te médium. Et amóto eo, iuſſit venîre álium, & dixit ei. Semen Chanáan, & non Iuda: ſpécies decépit te, & concupiſcéntia ſubuértit cor tuum. Sic faciebâtis filiâbus Iſraël, & illæ timéntes loquebántur vobis. Sed non fília Iuda ſuſtínuit iniquitátem veſtram. Nunc ergo dic mihi, ſub qua árbore compreheénderis eos loquéntes ſibi? Qui ait. Sub prino. Dixit autem ei Daniel. Rectè mentítus es & tu in caput tuum. Manet enim ángelus Dómini gládium habens, vt ſecet te médium: & interfíciat vos. Exclamáuit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixêrunt Deum, qui ſaluat ſperántes in ſe. Et conſurrexêrũt aduérſus duos ſeniôres: conuícerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixíſſe teſtimónium. Feceruntque eis, ſicut malè égerant aduérſus próximum: & interfecêrunt eos. Et ſaluátus eſt ſánguis innóxius in die illa.

Gradu. Si ámbulem in médio vmbræ mortis, non timébo mala, quóniam tu mecum es Dómine. **Ver.** Virga tua & báculus tuus, ipſa me conſolâta ſunt. Pſa. 22.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Ioànnem.

IN illo témpore. Perréxit Ieſus in montem Oliuéti: & dilúculo íte- Cap 8.

rum venit in templum. Et omnis pópulus venit ad eum: & ſedens docébat eos. Addúcunt autem Scribæ & Phariſæi mulíerem in adultério deprehénſam:& ſtatuêrunt eam in médio, & dixêrunt ei. Magiſter,hæc múlier deprehénſa eſt in adultério.In lege autem Móyſes mandáuit nobis huiuſmodi lapidâre. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicébant tentántes eum:vt poſſent accusâre eum. Ieſus autem inclínans ſe deórſum, dígito ſcribébat in terra. Cùm autem perſeuerârent interrogántes: eréxit ſe, & dixit eis. Qui ſine peccáto eſt veſtrum, primus in illam lápidem mittat. Et íterum inclínans ſe, ſcribébat in terra. Audiéntes autem hæc, vnus poſt vnum exíbant, incipiéntes à ſenióribus. Et remánſit Ieſus ſolus, & múlier in médio ſtans. Erigens autē ſe Ieſus, dixit ei. Múlier, vbi ſunt qui te accusábant? Nemo te condemnáuit? Quæ dixit.Nemo Dñe. Dixit autem Ieſus. Nec ego te condemnábo. Vade,& iam ámpliùs noli peccâre.

Pſa. 118. **Offert.** Greſſus meos dírige ſecúndùm elóquium tuum: vt non dominêtur mei omnis iniuſtítia, Dómine.

Secreta.

COncéde quęſumus omnípotēs Deus:vt huius ſacrifícii munus oblátum: fragilitâtem noſtram ab omni malo purget ſemper & múniniat. Per. Aliæ Secretæ, fol. 51. vel dicā tur vt in Sabbatho ante Dominicam I. Quadrageſimæ, fol. 56. **Communio.**

Ioā 8. Nemo te condemnáuit mulier? Nemo Dómine: nec ego te condemnábo: iam ámpliùs noli peccâre. **Complenda.**

QVæſumus omnípotens Deus: vt inter eius membra numerêmur: cuius córpori communicámus & ſanguini. Qui tecum viuit. Aliæ Complendæ, fol. 52. vel dicantur vt in Sabbatho ante Dominicam I. Quadrageſimæ, fol. 56. Super populum.

Orémus. Humiliâte.

PRæténde Dómine fidélibus tuis déxteram cæléſtis auxílii: vt te toto corde perquírant: & quæ dignè póſtulant conſéqui mereántur. Per.

DOMINICA QVARTA in Quadrageſima.



Pſa. 66. Ætâre Ieruſalém: & cōuéntum fácite ómnes, qui dilígitis eam: gaudête cū lætítia, qui in triſtítia fuíſtis: vt exultêtis, & ſatiémini ab vbéribus conſolatiônis veſtræ. Pſal. Lætátꝰ ſum in his, quę dicta ſunt mihi: in domum Dómini íbimus. Ver. Glória. **Oratio.**

Pſa. 121.

COncéde quęſumus omnípotēs Deus: vt qui ex mérito noſtræ actiónis afflígimur: tuæ grátiæ conſolatiône reſpirémus. Per. Aliç orationes vt in Dominica I. Quadrageſimæ, fol. 57. vel dicatur tertia.

Pro confitentibus. **Oratio.**

OMnípotens ſempitérne Deus: confiténtibus tibi fidélibus tuis pro tua pietâte peccáta relâxa: vt non plus eis conſciéntiæ reâtus nóceat ad pænam: quàm indulgéntia tuæ pietâtis proſit ad véniam. Per.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Galatas.

Cap 4. FRatres. Scriptum eſt, quóniam Abrahám duos fílios hábuit: vnum de ancílla, & vnum de líbera. Sed qui de ancílla, ſecúndùm carnē

natus

natus est; qui autem de líbera, per re promissiônem: quæ sunt per allegóriam dicta. Hæc enim sunt duo testaménta. Vnum quidem in monte Sina, in seruitûtem generans: quæ est Agar (Sina enim mons est in Arabia, qui coniúnctus est ei, quæ nunc est Ierusalém) & seruit cum fíliis suis. Illa autem, quæ sursum est Ierusalém, líbera est: quæ est mater nostra. Scriptum est enim. Lætâre stérilis, quæ non paris: erúmpe & clama, quæ nõ párturis: quia multi fílii desértæ, magis quàm eius quæ habet virum. Nos autem fratres secúndùm Isaac promissiônis fílii sumus. Sed quómodo tunc is qui secúndum carnem natus fúerat, persequebâtur eum qui secùndùm spíritum: ita & nunc. Sed quid dicit scriptûra? Eiíce ancíllam, & fílium eius. Non enim erit hæres fílius ancíllæ, cum fílio líberæ. Itáque fratres, non sumus ancíllæ fílii, sed líberæ: qua libertâte Christus nos liberâuit. Gradu. Lætâtus sum in his, quę dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. Ver. Fiat pax in virtûte tua, & abundántia in túrribus tuis. Tractus. Qui confídunt in Dómino, sicut mons Sion non commouébitur in ætérnum, qui hábitat in Ierusalém. Ver. Montes in circúitu eius: & Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc & vsq. in séculũ.

Pſa. 121.

Pſa. 124.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 6.

IN illo témpore. Abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberíadis: & sequebâtur eum multitúdo magna: quia vidébant signa quæ faciébat super his, qui infirmabântur. Súbiit ergo in montem Iesus: & ibi sedébat cum discípulis suis. Erat autem próximum pascha, dies festus Iudæôrum. Cùm subleuâsset ergo óculos Iesus, & vidísset quia multitúdo máxima venit ad eũ, dicit ad Philíppũ. Vnde emêmus panes, vt mandúcent hi? Hoc autem dicébat tentans eum: ipse enim sciébat, quid esset factûrus. Respóndit ei Philíppus. Ducentôrum denariôrum panes nõ suffíciunt eis, vt vnusquísque módicum quid accípiat. Dicit ei vnus ex discípulis eius, Andréas frater Simónis Petri. Est puer vnus hîc, qui habet quinq; panes hordeáceos, & duos pisces: sed hęc quid sunt inter tãtos? Dicit ergo Iesus. Fácite hómines discúmbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuêrunt ergo viri número quasi quinque míllia. Accépit ergo Iesus panes: & cùm grátias egísset, distríbuit discumbéntibus. Simíliter & ex píscibus, quantũ volébant. Vt autẽ impléti sunt, dixit discípulis suis. Collígite, quæ superauêrunt fragménta, ne péreant. Collegêrunt ergo, & impleuêrũt duódecim cophínos fragmentôrũ, ex quinq; pánibus hordeáceis, quæ superfuêrũt his, qui manducáuerant. Illi ergo hómines cũ vidíssent quod Iesus fécerat signũ, dicébãt. Quia hic est verè prophéta, qui ventûrus est in mundũ. Credo.

Cap 4.

Offert. Laudâte Dóminum, quia benígnus est: psállite nómini eius, quóniam suaue est: ómnia quæcúnque vóluit, fecit in cælo & in terra.

Pſa. 134.

Secreta.

SAcrifíciis preséntibus quæsumus Dómine inténde placâtus: vt & deuotióni nostrę proficiant, & salúti. Per. Aliæ Secretæ, vt in Dñica I. Quadragesimæ, fol. 58. vel dicatur tertia.

Pro confiténtibus. Secreta.

PRæſta quæſumus omnípotẽs Deus: vt ſalutâris oblátio fidéles tuos à própriis reátibus indeſinénter expédiat: & ab ómnibus tueâtur aduérſis. Per.

Communio.

Pſa. 121. Ieruſalém quæ ædificátur vt cíuitas, cuius participátio eius in idípſum: illuc enim aſcendêrunt tribus, tribus Dómini, ad confiténdum nómini tuo Dómine.

Complenda.

DA nobis quæſumus miſéricors Deus: vt ſancta tua quibus inceſſánter explêmur: ſynceris tractémus obſéquiis: & fidéli ſemper mente ſumámus. Aliæ Complendæ, fol. 52. vel dicatur tertia.

Pro confitentibus. Complenda.

OMnípotens & miſéricors Deus: qui omnem pæniténtem & confiténtem ánimam magis vis emẽdâre quàm pérdere: réſpice propítius fámulos & fámulas tuas: & per hæc ſacraménta quæ ſúmpſimus, auérte ab eis iram indignatiônis tuæ: & eis ómnia peccáta dimítte. Per.

FERIA SECVNDA.

Pſa. 53. DEus in nómine tuo ſaluum me fac, & in virtûte tua iúdica me: Deus exáudi oratiónem meam. Pſa. Quóniam aliéni inſurrexêrunt in me: & fortes quæ ſiérunt ánimam meam. Ver. Glória pa.

Oratio.

PRæſta quęſumus omnípotẽs Deus: vt obſeruatiônes ſacras ánnua deuotióne recoléntes: & córpore tibi placeâmus & mente. Per. Aliæ orationes, fol. 50. vel ex eis vna Acunctis. & alia vna ad libitum.

Léctio libri Regum.

IN diébus illis. Venêrunt duæ mulíeres meretrîces ad regem Salomônem: ſteteruntque corã eo. Quarum vna ait. Obſecro mi Dómine, ego, & múlier hæc habitabâmus in domo vna: & péperi apud eam in cubículo. Tértia verò die poſtquàm ego péperi, péperit & hæc. Et erâmus ſimul, nulluſque álius nobíſcũ in domo, excéptis nobis duábus. Mórtuus eſt autem fílius mulíeris huius nocte: dórmiens quippè oppréſſit eum. Et conſúrgens intempéſtæ noctis ſiléntio, tulit fílium meũ de látere meo ancíllæ tuæ dormiéntis, & collocáuit in ſinu ſuo: ſuum autem fíliũ qui erat mórtuus, póſuit in ſinu meo. Cúmq; ſurrexíſſem mane, vt darem lac fílio meo: appáruit mórtuus. Quem diligéntiùs íntuens clara luce, deprehéndi non eſſe meum quem genúeram. Reſponditque áltera múlier. Non eſt ita, vt dicis: ſed fílius tuus mórtuus eſt, meus autem viuit. E contrário illa dicébat. Mentîris: fílius quippè meus viuit, & fílius tuus mórtuus eſt. Atque in hunc modũ conténdebant coram rege. Tunc rex ait. Hæc dicit: fílius meus viuit, & fílius tuus mórtuus eſt: & iſta reſpóndit, non: ſed fílius tuus mórtuus eſt, meus autem viuit. Dixit ergo rex. Afférte mihi gládium. Cùmque attulíſſent gládiũ coram rege: diuídite, inquit, infántem viuum in duas partes: & date dimídiam partem vni, & dimídiam partẽ álteri. Dixit autem múlier, cuius fílius erat viuus, ad regem. (Commóta quippè ſunt víſcera eius ſuper fílio ſuo.) Obſecro Dómine, date illi infãtem viuum, & nolîte interfícere eũ. E contrário illa dicébat. Nec mihi,

3. Cap. 3.

nec

nec tibi: sed diuidâtur. Respóndit rex, & ait. Date huic infántem viuum, & non occidâtur: hæc est enim mater eius. Audíuit itaque omnis Israël iudíciũ, quod iudicâsset rex: & timuêrunt regem, vidéntes sapiéntiam Dei esse in eo ad faciéndum iudícium. 3. Cap. 3.

Gradu. Esto mihi in Deum protectôrẽ, & in locum refúgii: vt saluum me fácias. Ver. Deus in te sperâui: Dómine nõ confúndar in ætérnum. Psa. 30. & 70.

Tractus. Dómine non secúndũ. fol. 51.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Ioánnem.

IN illo témpore. Propè erat pascha Iudæôrum, & ascéndit Iesus Ierosólymam. Et inuénit in templo vendẽtes oues & boues & colúmbas, & numulários sedéntes. Et cùm fecísset quasi flagéllum de funículis, omnes eiécit de templo, oues quoq; & boues: & numulariôrum effúdit æs, & mẽsas subuértit. Et his qui colúmbas vendébant, dixit. Auférte ista hinc: & nolîte fácere domum patris mei, domum negotiatiônis. Recordáti sunt verò discípuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuæ cómedit me. Respondêrunt ergo Iudæi, & dixérunt ei. Quod signum osténdis nobis, quia hęc facis? Respóndit Iesus, & dixit eis. Sóluite templum hoc: & in tribus diébus excitâbo illud. Dixêrunt ergo Iudæi. Quadragínta & sex annis ædificátum est templum hoc: & tu in tribus diébus excitábis illud? Ille autem dicébat de templo córporis sui. Cùm ergo resurrexísset à mórtuis, recordáti sunt discípuli eius, quia hæc dicébat de córpore suo. Et credidêrunt scriptûræ, & sermóni quem dixerat eis Iesus. Cùm autẽ esset Ierosólymis in pascha in die festo, multi credidérunt in nómine eius, vidéntes signa eius quæ faciébat. Ipse autẽ Iesus non credébat semetípsũ eis: eò quòd ipse nosset omnes: & quia opus ei nõ erat, vt quis testimónium perhibéret de hómine. Ipse enim sciébat quid esset in hómine. Cap. 2.

Offert. Iubiláte Deo omnis terra, iubiláte Deo vniuérsa terra: psalmum dícite nómini eius: venîte, & audite, & narrábo vobis omnes qui timétis Deum, quãta fecit Dñus ánimæ meæ. Psa. 99.

Secreta.

OBlátum tibi Dómine sacrifícium viuíficet nos semper, & múniat. Per. Aliæ Secretæ, fol. 52. vel exeis vna Exáudi nos Deus. & alia vna ad libitum.

Communio. Ab occúltis meis munda me Dómine; & ab aliénis parce seruo tuo. Psa. 18.

Complenda.

SVmptis Dómine salutáribus sacraméntis: ad redemptiónis ætérnæ quæsumus proficiámus augméntum. Per. Aliæ Complendæ, fol. 52. vel earum vna Mundet & múniat. & alia vna ad libitum.

Super populum.

Orémus. Humiliâte.

DEprecatiónem nostram quęsumus Dómine benígnus exáudi: & quibus supplicándi præstas affectũ: tríbue defensiónis auxíliũ. Per.

FERIA TERTIA.

EXáudi Deus oratiónem meam, & ne despéxeris deprecatiónem meam: inténde in me, & exáudi me. Psal. Conturbátus sum à voce inimíci: & à tribulatiône peccatôris. Ver. Glória. Psa. 54.

Oratio.

SAcræ nobis quæsumus Dñe obseruatiônis ieiúnia: & piæ conuersa-

uersatiônis augméntum; & tuæ propitiatiônis contínuum pręstent auxílium. Per. Aliæ orationes, fol. 50. vel earum vna Omnípotens sempitérne Deus, qui viuôrum. & alia vna ad libitum.

Léctio libri Exodi.

Cap 32. IN diébus illis. Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens. Descénde de monte: quia peccáuit pópulus tuus, quem eduxísti de terra Aegypti. Recessêrunt citò de via, quam ostendísti eis: feceruntque vítulum conflátilem, & adorauêrunt, atque immolántes ei hóstias, dixêrũt. Isti sunt dij tui Israël, qui te eduxêrunt de terra Aegypti. Rursumque ait Dóminus ad Móysen. Cerno quòd pópulus iste duræ ceruícis sit: dimítte me, vt irascâtur furor meus contra eos, & déleam eos: faciamque te in gentẽ magnam. Móyses autem orábat Dóminum Deum suum, dicens. Cur Dómine iráscitur furor tuus contra pópulum tuum: quem eduxísti de terra Aegypti, in fortitúdine magna, & in manu robústa? Ne quæso dicant Aegyptij: cállidè edúxit eos, vt interfíceret in móntibus, & delêret de terra. Quiéscat ira tua: & esto placábilis super nequítia pópuli tui. Recordâre Abrahám, Isaác, & Israël seruôrum tuórũ, quibus iurâsti per temetípsum, dicens. Multiplicâbo semen vestrum sicut stellas cæli: & vniuérsam terrã hanc, de qua locútus sum, dabo sémini vestro: & possidébitis eam semper. Placátusque est Dóminus, ne fáceret malum, quod locútus fúerat aduérsus pópulum suum. Et misértus est pópulo suo Dóminus Deus noster.

Pſa. 43. Gradu. Exúrge Dómine, fer opem nobis, & líbera nos propter nomen tuum.

Ver. Deus áuribus nostris audíuimus: patres nostri annunciauêrunt nobis opus, quod operátus es in diébus eôrum, & in diébus antíquis.

Sequéntia sancti euangélij secúndum Ioánnem.

Cap 7. IN illo témpore. Iam die festo mediánte, ascéndit Iesus in templum, & docébat. Et mirabántur Iudæi, dicéntes. Quómodo hic líteras scit, cũ non didícerit? Respóndit eis Iesus, & dixit. Mea doctrîna, non est mea; sed eius, qui misit me. Si quis volúerit voluntátem eius fácere: cognóscet de doctrína, vtrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar. Qui à semetípso lóquitur, glóriam própriã quærit. Qui autem quærit glóriam eius, qui misit illum: hic verax est, & iniustítia in illo non est. Nonné Móyses dedit vobis legẽ: & nemo ex vobis facit legẽ? Quid me quæritis interfícere? Respõdit turba, & dixit. Dæmóniũ habes: quis te quærit interfícere? Respóndit Iesus, & dixit eis. Vnum opus feci, & omnes mirámini. Proptérea Móyses dedit vobis circumcisiónem: nõ quia ex Móyse est, sed ex pátribus. Et in Sabbatho circumciditis hóminem. Si circumcisiónem áccipit homo in Sabbatho, vt non soluâtur lex Móysi: mihi indignámini, quia totum hóminem sanum feci in Sabbatho? Nolíte iudicâre secúndùm fáciem: sed iustum iudícium iudicâte. Dicébant ergo quidam ex Ierosólymis. Nonné hic est, quem quærunt interfícere? Ecce, palam lóquitur: & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouêrunt príncipes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem

Pſa. 29. Eze 36.

cùm

cùm vénerit, nemo scit vnde sit. Clamábat ergo Iesus in templo docens, & dicens. Et me scitis, & vnde sim scitis: & à meípso non veni: sed est verus qui misit me, quem vos nescítis. Ego autem scio eum: & si díxero quia néscio eum, ero símilis vobis mendax. Sed scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærébant ergo eum apprehéndere: & nemo misit in illũ manus: quia nondum vénerat hora eius. De turba autem multi credidêrunt in eum. Cap 7.

Offert. Expéctans expectáui Dóminũ, & respéxit me: & exaudíuit deprecatiônem meam: & immísit in os meũ cánticum nouum, hymnum Deo nostro. Psal 39.

Secreta.

HAec hóstia quæsumus Dómine emúndet nostra delícta: & ad sacrifícium celebrándum: subditôrum tibi córpora menteſque sanctíficet. Per. Aliæ Secretæ, fol. 52. vel ex eis vna De' cui soli. & alia vna ad libitũ

Commun. Lætábimur in salutâri tuo: & in nómine Dómini Dei nostri magnificábimur. Psa. 29.

Complenda.

HVius nos Dómine percéptio sacraménti mundet à crímine: & ad cæléstia regna perdúcat. Per. Aliç Complendæ, fol. 52. vel ex eis vna Purificent nos. & alia vna ad libitum.

Super populum. Orémus. Humiliâte.

MIserére Dómine pópulo tuo: & contínuis tribulatiónibus laborántem, propítius respiràre concéde. Per.

FERIA QVARTA.

Ezc 36. VIm sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de vniuérsis terris: & effúndam super vos aquam mundam, & mundabímini ab ómnibus inquinaméntis vestris: & dabo vobis spíritum nouum. Psal. Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo. Ver. Glória. post Kyrie eleison dicitur Orém⁹. Flectám⁹ genua. Leuáte. Psa. 33.

DEus qui & iustis præmia meritôrum: & peccatóribus per ieiúnium véniam præbes: miserêre supplícibus tuis, vt reátus nostri conféssio, indulgéntiam váleat percípere delictôrum. Per.

Lêctio Ezechiélis Prophétæ.

HÆc dicit Dóminus Deus. Sanctificábo nomen meum magnum: vt sciant gentes, quia ego sum Dóminus. Cùm sanctificátus fúero in vobis coram eis, tollam quippè vos de géntibus: & congregâbo vos de vniuérsis terris: & addúcam vos in terram vestram. Et effúndam super vos aquam mundam: & mundabímini ab ómnibus inquinaméntis vestris: & ab vniuérsis idôlis vestris mundábo vos. Et dabo vobis cor nouum: & spíritum nouum ponam in médio vestri. Et áuferam cor lapídeum de carne vestra: & dabo vobis cor cárneum. Et spíritum meum ponam in médio vestri: & fáciam, vt in præcéptis meis ambulétis: & iudícia mea custodiâtis, & operémini. Et habitábitis in terra quam dedi pátribus vestris: & éritis mihi in pópulum, & ego ero vobis in Deum: dicit Dóminus omnípotens. Cap 36.

Gradu. Veníte fílii, audîte me: timôrem Dómini docébo vos. Ver. Accédite ad eum, & illumináminí: & fácies vestræ non confundéntur. Hîc dicitur Dóminus vobíscum. sine Flectámus genua. Psa. 33.

Orémus.

PRæsta quęsumus omnípotẽs Deus: vt quos ieiúnia votiua castígant: ipsa quoque deuótio sancta lętíficet: vt terrénis afféctibus mitigátis: facíliùs cæléstia capiámus. Per. Aliæ orationes, fol.50. vel ex eis vna A cunctis. & alia vna ad libitum.

Léctio Isaíæ Prophétæ.

Cap 1. HAec dicit Dóminus Deus. Lauámini, mundi estóte, auférte malum cogitatiônum vestrârum ab óculis meis. Quiéscite ágere peruérsè, díscite benefácere. Quærite iudícium, subuenîte oppréssо, iudicáte pupíllo, defénditе víduam. Et venîte, & argúite me, dicit Dóminus. Si fúerint peccáta vestra vt cóccinum: quasi nix dealbabúntur. Et si fúerint rubra quasi vermículus: velut lana alba erunt. Si voluéritis, & audiéritis me: bona terræ comedétis. Dicit Dóminus omnípotens.

Psa 32. Gradu. Beáta gens, cuius est Dóminus Deus eôrum: pópulus, quem elégit Dóminus in hæreditátem sibi. Ver. Verbo Dómini cæli firmáti sunt: & spíritu oris eius omnis virtus eôrum.

Tractus. Dómine nõ secúndùm. fo. 51.

Sequéntia sancti euangélij secúndùm Ioánnem.

Cap 9 IN illo témpore. Prætériens Iesus, vidit hóminem cæcũ à natiuitâte. Et interrogauêrũt eum discípuli eius. Rabbi, quis peccáuit, hic, aut parẽtes eius, vt cæcus nascerêtur? Respóndit Iesus. Neque hic peccáuit, neque paréntes eius: sed vt manifesténtur ópera Dei in illo. Me opórtet operâri ópera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Quámdiu in mũdo sum, lux sum mundi. Hæc cùm dixísset, éxspuit in terram, & fecit lutum ex sputo: & liníuit lutum super óculos eius, & dixit ei. Vade, laua in natatória Siloë, quod interpretâtur missus. Abiit ergo, & lauit: & venit videns. Itaque vicíni, & qui víderant eum priùs quia mendícus erat, dicébant. Nonné hic est, qui sedébat, & mendicábat? Alii dicébant, quia hic est. Alii autem, nequaquam, sed símilis eius est. Ille verò dicébat, quia ego sum. Dicébant ergo ei. Quómodo apérti sunt tibi óculi? Respóndit. Ille homo, qui dícitur Iesus, lutum fecit: & vnxit óculos meos, & dixit mihi. Vade ad natatóriam Siloë, & laua. Et ábij, & laui: & vídeo. Et dixêrunt ei. Vbi est ille? Ait néscio. Addúcunt eum ad Pharisæos, qui cæcus fúerat. Erat autem Sábbathum quando lutum fecit Iesus, & apéruit óculos eius. Iterum ergo interrogábant eum Pharisæi, quómodo vidísset. Ille autem dixit eis. Lutum pósuit mihi super óculos, & laui: & vídeo. Dicébant ergo ex Pharisæis quidã. Non est hic homo à Deo, qui Sábbathum non custódit. Alij verò dicébant. Quómodo potest homo peccátor hæc signa fácere? Et schísma erat inter eos. Dicunt ergo cæco íterum. Tu, quid dicis de eo, qui apéruit óculos tuos? Ille autẽ dixit: quia prophéta est. Non credidêrunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuísset, & vidísset: donec vocauêrunt paréntes eius, qui vîderat. Et interrogauêrunt eos, dicéntes. Hic est fílius vester, quẽ vos dícitis, quia cæcus natus est? Quómodo ergo nunc videt? Respondêrunt eis paréntes eius, & dixêrũt. Scimus quia hic est fílius noster, & quia

cæcus natus est: quómodo autem nunc vídeat, nescîmus: aut quis eius apéruit óculos, nos nescîmus. Ipsum interrogáte: ætátem habet, ipse de se loquâtur. Hæc dixêrunt paréntes eius, quia timébant Iudæos. Iam enim conspiráuerant Iudæi, vt si quis eum confiterêtur Christum, extra synagógam fíeret. Proptérea paréntes eius dixêrunt: quia ætátem habet, ipsum interrogáte. Vocauêrunt ergo rursum hóminem, qui fúerat cæcus: & dixérunt ei. Da glóriam Deo: nos scimus, quia hic homo peccâtor est. Dixit ergo ille. Si peccâtor est, néscio: vnum scio, quia cæcus cùm essem, modò vídeo. Dixerũt ergo illi. Quid fecit tibi? quómodo apéruit tibi óculos? Respóndit eis. Dixi vobis iam, & audîstis: quid íterum vultis audíre? Nunquid & vos vultis discípuli eius fíeri? Maledixêrunt ergo ei, & dixérunt. Tu discípulus illíus sis: nos autẽ Móysi discípuli sumus. Nos scimus, quia Móysi locútus est Deus: hunc autẽ nescímus vnde sit. Respóndit ille homo, & dixit eis. In hoc enim mirábile est, quia vos nescítis vnde sit: & apéruit óculos meos. Scimus autem, quia peccatôres Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntátem eius facit, hunc exáudit. A sæculo non est audítum, quia apéruit quis óculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non póterat fácere quicquam. Respondérunt, & dixêrunt ei. In peccátis natus es totus: & tu doces nos? Et eiecêrunt eum foras. Audíuit autem Iesus, quia eiecêrunt eum foras: & cùm inuenísset eum, dixit ei. Tu credis in fílium Dei? Respóndit ille, & dixit. Quis est Dómine, vt credam in eum? Et dixit ei Iesus. Et vidísti eum, & qui lóquitur tecum: ipse est. At ille ait. Credo Dómine. * Et prócidens adoráuit eũ. Hic genu flectitur.

Offert. Benedícite gentes Dóminũ Deum nostrum, & obaudîte vocem laudis eius: qui pósuit ánimam meam ad vitã, & non dabit cõmouêri pedes meos: bedíctus Dóminus, qui non amóuit deprecatiónem meam, & misericórdiam suam à me. Psa. 65.

Secreta.

SVpplices te rogámus omnípotens Deus: vt his sacrifíciis peccáta nostra mundéntur: quia tunc veram nobis tríbuis & mentis & córporis sanitátem. Per. Aliæ Secretæ, fo. 52. vel earum vna Exáudi nos Deus. & alia vna ad libitum.

Communio.

LVtum fecit ex sputo Dóminus, & linívit óculos meos: & ábii, & laui, & vidi, & crédidi Deo. Ioã 9.

Complenda.

SAcraménta quę súmpsimus Dómine Deus noster: & spirituálibus nos répleant aliméntis: & corporálibus tueântur auxíliis. Per. Aliæ Complendæ, fol. 52. vel ex eis vna Mundet & muniat. & alia vna ad libitũ.

Super populum. Orémus. Humiliâte.

PAteant aures misericórdiæ tuæ Dómine précibus supplicántiũ: & vt petẽtibus desiderâta concêdas: fac eos quæ tibi plácita sunt postulâre. Per Dóminum.

FERIA QVINTA.

LAetétur cor quęréntium Dóminum: quærite Dóminum, & confirmámini: quærite fáciem eius semper. Psa. 104

Psal. Confitémini Dómino, & inuocáte nomen eius: annunciâte inter gentes ópera eius.

Ver. Glória patri. Oratio.

PRæsta quęsumus omnípotẽs Deus: vt quos ieiúnia votíua castígant: ipsa quoque deuótio sancta lætíficet: vt terrénis affféctibus mitigátis; facíliùs cæléstia capiámus. Per Dóminum. Aliæ orationes, fo. 50. vel earum vna Omnípotens sempitérne Deus, qui viuôrum. & alia vna ad libitum.

Léctio libri Regum.

4. Cap 4. IN diébus illis. Venit múlier Sunamîtis ad Eliséum in montem Carméli. Cumque vidísset eam vir Dei de contrà, ait ad Giézi púerum suum. Ecce Sunamîtis illa. Vade ergo in occúrsum eius, & dic ei. Rectè ne ágitur circa te, & circa virum tuum, & circa fílium tuum? Quæ respóndit. Rectè. Cumque venísset ad virum Dei in montem, apprehéndit pedes eius: & accéssit Giézi, vt amóueret eam. Et ait homo Dei. Dimítte illam: ánima enim eius in amaritúdine est: & Dóminus celáuit à me, & non indicáuit mihi. Quæ dixit illi. Nunquid petíui fílium à Dómino meo? nunquid non dixi tibi, ne illúdas me? Et ille ait ad Giézi. Accínge lumbos tuos: & tolle báculum meum in manu tua: & vade. Si occúrrerit tibi homo, non salútes eum: & si salutáuerit te quispiam, non respóndeas illi: & pones báculum meum super fáciem púeri. Porrò mater púeri ait. Viuit Dóminus, & viuit ánima tua: non dimítam te. Surréxit ergo, & secútus est eam. Giézi autem præcésserat ante eos, & posúerat báculum super fáciem púeri: & non erat vox, neque sensus. Reuersúsque est Giézi in occúrsum eius, & nunciáuit ei, dicens. Non surréxit puer. Ingréssus est ergo Eliséus domum. Et ecce, puer mórtuus iacébat in léctulo eius. Ingressúsque clausit óstium super se, & super púerum: & oráuit ad Dóminum. Et ascéndit: & incúbuit super púerum: posuitque os suum super os eius, & óculos suos super óculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruáuit se super eum: & calefácta est caro púeri. At ille reuérsus, deambulábat in domo semel huc atq; illuc: & ascéndit, & incúbuit super eum: & oscitáuit puer sépties, apéruitque óculos. At ille vocáuit Giézi, & dixit ei. Voca Sunamîtidem hanc. Quæ vocâta, ingréssa est ad eum. Qui ait. Tolle fílium tuum. Venit illa, & córruit ad pedes eius: & adorâuit super terram: tulitq; fílium suũ, & egréssa est. Eliséus verò reuérsus est in Gálgala.

Gradu. Réspice Dómine in testaméntũ tuum: & ánimas páuperum tuôrum ne obliuiscâris in finem. Ver. Exúrge Dómine, & iúdica causam meam: memor esto oppróbrii seruôrum tuôrum. Psa. 73.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 5. IN illo témpore. Dixit Iesus turbis Iudæôrum. Pater meus vsque modò operâtur: & ego óperor. Propterea ergo magis quærébant eum Iudęi interfícere: quia non solùm soluébat Sábbathum, sed & patrem suum dicébat Deum, æqualẽ se fáciens Deo. Respóndit itaque Iesus, & dixit eis. Amen amen dico vobis, non potest fílius à se fácere quicquam, nisi quod víderit patrem faciéntẽ. Quæcúnq; enim ille fécerit, hęc & fílius símiliter facit. Pater enim díligit fílium, & ómnia demónstrat ei quæ ipse facit: & maiôra his demonstrábit ei ópera: vt

Psa. 69

Psa. 70.

vos mirémini. Sicut enim pater súscitat mórtuos, & viuíficat: sic & fílius quos vult viuíficat. Neque enim pater iúdicat quenquam: sed omne iudícium dedit fílio: vt omnes honorífícent fílium, sicut honorificant patrem. Qui non honorífícat fílium, non honorífícat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam ætérnam: & in iudícium non venit, sed tránsiet à morte in vitam. Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mórtui áudient vocem fílij Dei: & qui audíerint, viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetípso: sic dedit filio habêre vitam in semetípso: & potestátem dedit ei iudícium fácere, quia fílius hóminis est. Nolíte mirâri hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monuméntis sunt, áudient vocem fílij Dei: & procédent qui bona fecérunt, in resurrectiônem vitæ: qui verò mala egêrunt, in resurrectiónem iudícii.

Ps. 69. **Offert.** Dómine in auxílium meum réspice: confundántur & reuereántur qui quærunt ánimam meam, vt áuferant eã. Cap. 5.

Secreta.

PVrífica nos misércors Deus: vt eccléſiæ tuæ preces quæ tibi gratæ sunt, pia múnera deferéntes: fiant expiátis méntibus gratiôres. Per.

Aliæ Secretæ, fol. 52. vel ex eis vna Deus cui soli. & alia vna ad libitum.

Ps. 70. **Communio.** Dómine memorábor iustítiæ tuæ sólius: Deus docuísti me à iuuentûte mea: & vsque in senéctam & sénium: Deus ne derelínquas me.

Complenda.

Cæléstia dona capiéntibus quæsumus Dómine non ad iudícium prouenire patiâris: quæ fidélibus tuis ad remédium prouidísti. Per. Aliæ Complendæ, fol. 52. vel earum vna Purificẽt nos. & alia vna ad libitum.

Super populum. Orémus. Humiliâte.

POpuli tui Deus institútor & rector: peccâta quibus impugnâtur expélle: vt semper tibi plácitus: & tuo munímine sit secúrus. Per.

FERIA SEXTA.

Ps. 18. MEditátio cordis mei in conspéctu tuo semper: Dómine adiútor meus, & redémptor meus. Ps. Cæli enârrant glóriã Dei: & ópera manuum eius annúnciat firmaméntum. Ver. Glória patri. **Oratio.**

DEus qui ineffabílibus mundũ rénouas sacraméntis: præsta quæsumus: vt eccléſia tua ætérnis proficiat institútis: & temporálibus non destituátur auxíliis. Per. Aliç orationes, fol. 50. vel earum vna A cũctis. & alia vna ad libitum.

Léctio libri Regum.

3. Cap. 17. IN diébus illis. Aegrotáuit fílius mulíeris matrisfamíliâs: & erat languor fortíssimus, ita vt non remanêret in eo hálitus. Dixit ergo ad Elíam. Quid mihi, & tibi vir Dei? Ingréssus es ad me, vt rememorarêntur iniquitátes meæ: & interfíceres fílium meum? Et ait ad eam Elías. Da mihi fílium tuum. Tulitque eum de sinu illíus: & portáuit in cœnáculum, vbi ipse manébat: & pósuit super léctulum suum: & clamáuit ad Dóminũ, & dixit. Dómine Deus meus, étiam ne víduam, apud quam ego vtcunq; susténtor, afflixísti: vt interfíceres fí-

lium eius? Et expándit se, atque mensus est super púerum tribus vícibus: clamauitq; ad Dóminum, & ait. Dómine Deus meus: reuertâtur óbsecro, ánima púeri huius in víscera eius. Et exaudíuit Dóminus vocem Elíæ: & reuérsa est ánima púeri intra eum, & reuíxit. Tulitque Elías púerum, & depósuit eum de cœnáculo in inferiôrem domum: & trádidit matri suæ, & ait illi. En, viuit fílius tuus. Dixitq; múlier ad Elíam. Nunc in isto cognóui, quóniam vir Dei es tu: & verbum Dómini in ore tuo verum est.

Psa. 117. Gradu. Bonum est confidere in Dómino, quàm confidere in hómine. Ver. Bonum est sperâre in Dómino, quàm sperâre in princípibus.

Tractus. Dómine non secúndũ. fol. 51.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap. 11. IN illo témpore. Erat quidam languens Lázarus à Bethánia, de castello Maríæ & Marthæ sorôrũ eius. (María autem erat, quæ vnxit Dóminum vnguénto, & extérsit pedes eius capíllis suis: cuius frater Lázarus infirmabâtur) Misêrunt ergo sorôres eius ad eum, dicéntes. Dómine, ecce quem amas, infirmátur. Audiens autem Iesus, dixit eis. Infírmitas hæc nõ est ad mortem, sed pro glória Dei: vt glorificêtur fílius Dei per eam. Diligébat autem Iesus Martham, & sorôrem eius Maríam, & Lázarum. Vt ergo audiuit quia infirmabâtur, tunc quidem mansit in eódem loco duóbus diébus. Deínde post hæc dicit discípulis suis. Eámus in Iudæam íterũ. Dicunt ei discípuli. Rabbi, nunc quærébant te Iudæi lapidâre: & íterum vadis illuc? Respóndit Iesus. Nonné duódecim horæ sunt diei? Si quis ambuláuerit in die, non offéndit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambuláuerit in nocte, offéndit: quia lux in eo nõ est. Hæc ait. Et post hæc dicit eis. Lázarus amícus noster dormit: sed vado, vt à somno éxcitem eum. Dixêrunt ergo discípuli eius. Dómine, si dormit, saluus erit. Díxerat autem Iesus de morte eius: illi autem putauêrunt, quia de dormitióne somni díceret. Tunc ergo dixit eis Iesus maniféstè. Lázarus mórtuus est: & gáudeo propter vos, vt credátis, quóniam non eram ibi. Sed eámus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dícitur Didymus, ad condiscípulos. Eámus & nos, & moriâmur cum eo. Venit itaque Iesus: & inuênit eum quátuor dies iam in monuménto habéntem. Erat autem Bethánia iuxta Ierosólymam, quasi stádiis quíndecim. Multi autem ex Iudæis vénerant ad Martham, & Maríam, vt consolaréntur eas de fratre suo. Martha ergo, vt audíuit quia Iesus venit, occúrrit illi. María autem domi sedébat. Dixit ergo Mártha ad Iesum. Dómine, si fuísses hîc, frater meus non fuísset mórtuus. Sed & nunc scio, quia quæcunque popósceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus. Resúrget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio, quia resúrget in resurrectiône, in nouíssimo die. Dicit ei Iesus. Ego sum resurréctio, & vita. Qui credit in me: etiam si mórtuus fúerit, viuet. Et omnis qui viuit, & credit in me: non moriétur in ætérnum. Credis hoc? Ait illi. Vtiq; Dómine: ego crédidi, quia tu es Christus fílius Dei viui, qui in hunc mundum venísti. Et cùm hæc dixísset, ábiit, &

vocá-

vocáuit Maríam sorôrem suam silén tiò, dicens. Magíster adest, & vocat te. Illa autem vt audíuit, surréxit citò, & venit ad eum. Nondum enim vénerat Iesus in castéllum: sed erat adhuc in loco illo, vbi occúrrerat ei Martha. Iudæi ergo, qui erant cum ea in domo, & consolabántur eam: cùm vidíssent Maríam, quia citò surréxit & éxiit, secúti sunt eam dicéntes. Quia vadit ad monuméntum, vt ploret ibi. Maria ergo cùm venísset vbi erat Iesus; videns eum, cécidit ad pedes eius, & dixit ei. Dómine, si fuísses hîc, non esset mórtuus frater meus. Iesus ergo, vt vidit eam plorántẽ, & Iudæos qui vénerant cum ea plorántes: infrémuit spíritu, & turbáuit seipsum, & dixit. Vbi posuístis eum? Dicunt ei. Dómine, veni & vide. Et lachrymátus est Iesus. Dixêrũt ergo Iudæi. Ecce quómodo amábat eum. Quidam autẽ ex ipsis dixêrunt. Non póterat hic, qui apéruit óculos cæci nati, fácere, vt hic non morerêtur? Iesus ergo rursum fremens in semetípso, venit ad monuméntũ. Erat autem spelúnca: & lapis superpósitus erat ei. Ait Iesus. Tóllite lápidem. Dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fúerat. Dómine, iam fœtet: quatriduánus enim est. Dicit ei Iesus. Nonné dixi tibi, quóniam si credíderis, vidébis glóriam Dei? Tulêrunt ergo lápidem. Iesus autem eleuátis sursum óculis, dixit. Pater, grátias ago tibi, quóniam audísti me. Ego autem sciébam, quia semper me audis: sed propter pópulum qui circumstat, dixi: vt credant, quia tu me misísti. Hæc cùm dixísset, voce magna clamáuit. Lázare, veni foras. Et statim pródiit qui fúerat mórtuus, ligâtus manus & pedes ínstitis: & fácies illíus sudário erat ligáta. Dixit eis Iesus. Sóluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui vénerant ad Maríam & Martham, & víderant quæ fecit Iesus: credidêrunt in eum.

Offerto. Pópulum húmilem saluum fácies Dómine: & óculos superbôrum humiliábis: quóniam quis Deus præter te Dómine? Psa. 17.

Secreta.

MVnera nos Dómine quęsumus obláta purífícent: & te nobis iúgiter fáciant esse placátum. Per.

Aliæ Secretæ, fol. 52. vel ex eis vna. Exáudi nos Deus. **& alia vna ad libitum.**

Commmunio. Videns Dóminus flentes sorôres Lázari ad monuméntum, lachrymátus est coram Iudæis, & clamábat; Lázare, veni foras: & pródiit ligátis mánibus & pédibus, qui fúerat quatriduánus mórtuus. Ioã 11.

Complenda.

HAec nos quæsumus Dñe participátio sacraménti: & à própriis reátibus indesinénter expédiat: & ab ómnibus tueâtur aduérsis. Per.

Aliæ Complendæ, fol. 52. vel ex eis vna Mundet & muniat. **& alia vna ad libitũ.**

Super populum. Orémus. Humiliâte.

DA nobis quæsumus omnípotẽs Deus: vt qui infirmitátis nostræ cónscii de tua virtúte cõfídimus: sub tua semper pietáte gaudeâmus. Per.

SABBATHO.

SITIENTES veníte ad aquas, dicit Dóminus: & qui non habétis preciũ, veníte, bíbite cum lætítia. Isa. 55. **Psal.** Atténdite pópule meus legem meam: inclinâte aurem vestram in verba oris mei. Psa. 77.

Ver. Glória patri. Oratio.

FIat quæsumus Dómine per gratiam tuam fructuôsus nostrę deuotiónis afféctus: quia tunc nobis próderūt suscépta ieiúnia: si tuæ sint plácita pietâti. Per. Aliæ orationes, vt Sabbatho quatuor temporum in Quadrageſima, fol. 67.

Léctio Isaiæ Prophétæ.

Cap 49. HAec dicit Dóminus. In témpore plácito exaudíui te: & in die salútis auxiliâtus sum tui. Et seruáui te: & dédi te in fœdus pópuli: vt suscitâres terram: & possidéres hæreditâtes dissipâtas: vt díceres his qui vincti sunt, exîte: & his qui in ténebris sunt, reuelámini. Super vias pascéntur: & in ómnibus planis páscua eôrum. Non esúrient, neque sítient: & non percútiet eos æstus & sol: quia miserâtor eôrum reget eos: & ad fontes aquârum potábit eos. Et ponam omnes montes meos in viam: & sémitæ meæ exultabúntur. Ecce isti de longè vénient: & ecce illi ab aquilône & mari: & isti de terra austráli. Laudâte cæli, & exúlta terra: iubiláte montes laudem: quia consolátus est Dóminus pópulum suum, & páuperum suôrum miserébitur. Et dixit Sion. Derelíquit me Dóminus: & Dóminus oblítus est mei. Nunquid obliuíscí potest múlier infántem suum, vt non misereâtur fílio úteri sui? Et si illa oblíta fúerit: ego tamen nō obliuíscar tui: dicit Dóminus omnípotens.

Pſa. 9. Gradu. Tibi Dómine derelícto est pauper: pupíllo tu eris adiûtor. Ver. Vt quid Dómine recessísti longè; déspicis in oppurtunitátibus in tribulatiône? dū supérbit ímpius, incénditur páuper.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Ioánnem.

Cap 8. IN illo témpore. Dicébat Iesus turbis Iudæôrum. Ego sum lux mundi. Qui séquitur me, non ámbulat in ténebris: sed habébit lumen vitæ. Dixêrunt ergo ei Phariſæi. Tu de teipso testimónium pérhibes: testimónium tuum nō est verum. Respóndit Iesus, & dixit eis. Et si ego testimóniū perhíbeo de meípso, verū est testimónium meum: quia scio vnde veni, & quò vado. Vos autem nescítis vnde vénio, aut quò vado. Vos secúndùm carnē iudicátis: ego non iúdico quēquam. Et si iúdico ego, iudícium meum verum est: quia solus non sum, sed ego, & qui misit me, pater. Et in lege vestra scriptum est: quia duôrū hóminum testimónium verum est. Ego sum, qui testimónium perhíbeo de meípso: & testimónium pérhibet de me, qui misit me, pater. Dicébant ergo ei. Vbi est pater tuus? Respóndit Iesus. Neque me scitis, neque patrem meum. Si me scirétis: fórsitan & patrem meum scirétis. Hæc verba locútus est Iesus in gazophilátio, docens in tēplo. Et nemo apprehéndit eum: quia nondū vénerat hora eius.

Offert. Factus est Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meum, & liberátor meus: & sperâbo in eū. Pſa. 17. Secreta.

OBlatiónibus nostris quæsumus Dómine placâre suscéptis: & ad te nostras etiam rebelles compélle propítius voluntátes. Per. Aliæ Secretæ, vt Sabbatho Quatuor temporum in Quadrageſima, fol. 69.

Communio. Dóminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco páscuæ, ibi me collocâuit: super aquam refectiônis e- Pſa. 22.

ducá-

ducâuit me. Complenda.

TVa nos quęsumus Dómine sancta purificent: & operatiônis suæ remédio tibi fáciant esse placâtos. Per. Aliæ Complendæ vt in Sabbatho Quatuor temporum Quadragesimę fol. 69. Super populum.

Orémus. Humiliâte.

DEus qui sperántibus in te miserêri pótius éligis quàm iráſci: da nobis digne flere mala quæ fécimus: vt tuæ consolatiónis grátiam inuenîre mereâmur. Per.

DOMINICA IN PASSIONE.



Psa. 42. VIdica me Deus, & discérne causam meam de gente nõ sancta: ab hómine iníquo, & dolóso éripe me: quia tu es Deus meus, & fortitúdo mea. Psal. Emítte lucem tuam, & veritátem tuam: ipsa me deduxêrunt, & adduxêrunt in montem sanctum tuum, & in tabernácula tua. Iudica. Non dicitur Glória patri ad Introitum vsque ad Pascha, nisi in Missa de festo, si occurrerit: sed finito Psalmo, absolutè repetitur Introitus vsque ad Psalmum. Oratio.

QVæsumus omnípotens Deus: famíliam tuam propítius réspice: vt te largiénte regâtur in córpore: & te seruánte custodiâtur in mente. Per.

De passione Domini. Oratio.

DOmine Iesu Christe fíli Dei vi-

Psa. 17

Psa. 22.

ui: qui de cælis ad terram de sinu patris descendísti: & in ligno crucis sánguinem tuum pretiôsum in remissiônem peccatôrum nostrôrũ fudísti: te humíliter deprecâmur: vt in die iudícij ad déxterã tuã audíre mereâmur: veníte benedícti patris mei.

Contra persecutores Ecclesiæ. Oratio.

ECclésiæ tuæ quęsumus Dómine preces placâtus admítte: vt destrúctis aduersitátibus & errôribus vniuérsis: secùra tibi séruiat libertâte. Per.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

FRatres. Christus assístens Póntifex futurôrũ bonôrum, per ámplius & perféctius tabernáculum nõ manu factum, id est non huius creatiônis: neque per sánguinem hircôrum aut vitulôrum: sed per própriũ sánguinem introíuit semel in sancta, ætérna redẽptiône inuénta. Si enim sánguis hircôrum & taurôrum, & cinis vítulę aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spíritum sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit conscientiam nostram ab opéribus mórtuis ad seruiéndum Deo viuénti? Et ideò noui testaménti mediâtor est: vt morte intercedénte, in redemptiônẽ cârum præuaricatiônum, quæ erant sub priôri testaménto, repromissiônem accípiant, qui vocâti sunt ætérnæ hæreditâtis. In Christo Iesu Dómino nostro.

Cap 9.

Gradu. Eripe me Dómine de inimícis meis: doce me fácere voluntátem tuam. Psa. 142

Ver. Liberâtor meus Dómine de géntibus iracũdis: & ab insurgéntibus in me, exaltábis me: à viro iníquo erípies me. Psa. 17.

Tractus. Sæpè expugnauêrunt me á iuuentûte mea. Ver. Dicat nũc Israël, sæ- Psa. 128.

pè expu-

pè expugnauêrunt me à iuuentûte mea. Ver. Etenim non potuêrunt mihi: ſupra dorſum meum fabricauêrunt peccatôres. Ver. Prolongauêrunt iniquitátẽ ſibi: Dóminus iuſtus concídet céruices peccatôrum.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Ioánnem.

Cap 8. IN illo témpore. Dicébat Ieſus turbis Iudæôrum, & princípibus Sacerdôtum. Quis ex vobis árguet me de peccáto? Si veritátem dico, quare non créditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Proptérea vos non audítis: quia ex Deo non eſtis. Reſpondêrunt ergo Iudæi, & dixêrũt ei. Non né benè dícimus nos, quia Samaritánus es tu, & dæmónium habes? Reſpóndit Ieſus. Ego dæmónium non hábeo: ſed honorífico patrem meũ, & vos inhonorâſtis me. Ego autem non quæro glóriam meam: eſt, qui quærat, & iúdicet. Amen amen dico vobis: ſi quis ſermónem meum ſeruá uerit, mortem non vidébit in ætérnum. Dixêrunt ergo Iudæi. Nunc cognóuimus, quia dæmónium habes. Abrahám mórtuus eſt, & prophétæ: & tu dicis: ſi quis ſermónem meum ſeruáuerit, non guſtábit mortem in ætérnum. Nunquid tu maior es patre noſtro Abrahám, qui mórtuus eſt? & prophétæ mórtui ſunt. Quem teípſum facis? Reſpóndit Ieſus. Si ego glorífico meípſum, glória mea nihil eſt. Eſt pater meus qui glorificat me, quem vos dícitis, quia Deus veſter eſt: & non cognouíſtis eum, ego autem noui eum. Et ſi díxero, quia néſcio eum: ero símilis vobis, mendax. Sed ſcio eum, & ſermónem eius ſeruo. Abrahám pater veſter exultáuit, vt vidéret diem meũ: vidit, & gauíſus eſt. Dixérunt ergo Iudæi ad eũ. Quinquagínta annos nondũ habes, & Abrahám vidíſti? Dixit eis Ieſus. Amen amen dico vobis: antequàm Abrahám fíeret, ego ſum. Tulêrunt ergo lápides, vt iácerent in eum. Ieſus autem abſcóndit ſe, & exíuit de templo. Credo.

Offert. COnfitébor tibi Dómine in toto corde meo: retríbue ſeruo tuo, vt viuam, & cuſtódiam ſermónes tuos: viuífica me ſecúndùm verbum tuum Dñe. Pſa. 110, & 118.

Secreta.

HÆc múnera quæſumus Dómine, & víncula noſtræ prauitátis abſóluant: & tuę nobis miſericórdiæ dona concílient. Per.

De Paſſione Domini. Secreta.

OBlâtum tibi Dómine munus: intercedénte vnigéniti fílij tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti paſſiône: viuíficet nos ſemper & múniat.

Contra perſecutores Eccleſ. Secreta.

PRótege nos Dómine tuis myſtériis ſeruiéntes: vt diuínis rebus inhæréntes: & córpore tibi famulémur & mente. Per. Præfatio. Qui ſalûtem humáni géneris. Et dicĩ quotidie vſq; ad feriam V. in Cœna Dómini, etiam in Miſſa de feſto, quando propriã non habuerit. Comm. Hoc corpus, quod pro vobis tradêtur: hic calix noui teſtaménti eſt in meo ſánguine, dicit Dóminus: hoc fácite quotieſcúnque ſúmitis, in meam commemoratiônem. 1. Cor 11. Complenda.

ADéſto nobis Dómine Deus noſter: & quos tuis myſtériis recreâſti: perpétuis defénde ſubsídiis. Per. De Paſſione Dñi. Complenda.

DOmine Ieſu Chriſte fili Dei vi-

ui: qui hora diei ſexta pro redẽ-

ptiône

ptiône mundi crucis patíbulũ ascendísti: & sánguinem tuum pretiôsum in redemptiônem peccatôrum nostrôrum fudîsti: te humíliter deprecâmur: vt post óbitum nostrum paradysi iánuam introîre mereâmur.

Contra persecutores Ecclesiæ. Complenda.

QVAEsumus Dómine Deus noster: vt quos diuína tríbuis participatiône gaudêre: humánis non sinas subiacêre perículis. Per.

¶ Ab hac die vsque ad cœnam Domini in Missis ferialibus post orationem diei dicitur oratio, prout signatur suo quoq; die. Dicitur autem illa pro tertia, si alicuius sancti memoria pro secunda oratione imponi debeat. Alioquin Oratio Domine Iesu Christe fili Dei viui semper dicitur suo loco: quę si vltima fuerit, cõcludatur sic: Qui viuis & regnas cum eodem Patre in vnitáte. Secreta sic: Qui tecum viuit & re. Complenda sic: Qui viuis & regnas cum Deo. Oratio verò: Ecclésiæ tuę pro secunda vel tertia, dicatur, addita vna aliqua alia ad libitum, secundùm dignitatẽ orationum, si vtrãq; suprà signatam dicere non libeat.

FERIA SECVNDA.

Pſa. 55. MIserére mihi Dñe, quóniã conculcâuit me homo: tota die bellans tribuláuit me. Pſal. Conculcauêrũt me inimíci mei tota die; quóniam multi bellántes aduêrsum me. Miserêre. Oratio.

SAnctífica quęsumus Dómine nostra ieiúnia: & cunctárum nobis indulgéntiam propítius largíre culpârũ. Per. Alia oratio Dñe Iesu Christe fíli. sicut in Dñica præcedẽti, fol. 105.

Léctio Ionæ prophétæ.

Ioã. 3. IN diébus illis. Factum est verbum Dómini ad Ionam prophétam secúndò, dicens. Surge, & vade in Níniuen ciuitátem magnam: & prædica in ea prædicatiónem, quam ego loquor ad te. Et surréxit Ionas, & ábiit in Níniuen, iuxta verbum Dómini. Et Níniue erat ciuitas magna, itínere diêrum triũ. Et cœpit Ionas introîre ciuitátem itînere diei vníus: & clamáuit, & dixit. Adhuc quadragínta dies, & Níniue subuertêtur. Et credidêrunt viri Niniuítæ in Dóminum: & prædicauêrunt ieiúnium: & vestíti sunt saccis, à maiôre vsque ad minórem. Et péruenit verbum ad regem Níniue. Et surréxit de sólio suo: & abiécit vestiméntum suum à se: & indútus est sacco: & sedit in cínere. Et clamáuit, & dixit in Níniue ex ore regis & príncipum eius, dicens. Hómines & iuménta, & boues, & pécora non gustent quicquam: nec pascãtur, & aquam non bibant. Et operiántur saccis hómines & iuménta: & clament ad Dóminum in fortitúdine: & conuertátur vir à via sua mala, & ab iniquitáte, quæ est in mánibus eôrum. Quis scit, si conuertâtur & ignóscat Deus: & reuertâtur à furôre iræ suæ, & non perîbimus? Et vidit Deus ópera eôrũ, quia conuérsi sunt de via sua mala: & misértus est pópulo suo Dóminus Deus noster.

Gradu. Deus exáudi oratiónem meam: áuribus pércipe verba oris mei. Pſa. 53.

Ver. Deus in nómine tuo saluum me fac: & in virtúte tua iúdica me.

Tractus. Dómine non secúndùm peccata nostra facias nobis, neque secúndũ iniquitátes nostras retríbuas no. fol. 51.

Sequén-

Sequéntia sancti euangélij secúndum Ioánnem.

Cap 7 IN illo témpore. Misêrunt Príncipes & Pharisæi ministros, vt apprehénderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus. Adhuc módicum tempus vobíscum sum: & vado ad eum, qui misit me. Quærétis me, & non inueniétis: & vbi ego sum, vos non potéstis veníre. Dixêrunt ergo Iudæi ad semetípsos. Quò hic itûrus est, quia nõ inueniêmus eum? Nunquid in dispersiónem géntium itûrus est, & doctûrus gentes? Quis est hic sermo, quem dixit: quærétis me, & non inueniétis: & vbi sum ego, vos non potéstis venîre? In nouíssimo autem die magno festiuitâtis, stabat Iesus: & clamábat, dicens. Si quis sitit, véniat ad me, & bíbat. Qui credit in me, sicut dicit scriptûra, flúmina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spíritu, quem acceptûri erant credentes in eum.

Offert. Dómine conuértere, & éripe ánimam meam: saluum me fac propter misericórdiam tuam. Psa. 5.

Secreta.

COncéde nobis Dómine Deus noster: vt hæc hóstia salutâris: & nostrôrum fiat purgátio delictôrum: & tuæ propitiátio maiestátis. Per. Alia Secreta Oblatũ tibi. vt in Dominica præcedenti, fol. 106.

Communio. Dóminus virtûtum, ipse est rex glóriæ. Psa. 23.

Complenda.

SAcraménti tui quęsumus Dómine, participatio salutâris: & purificatiônem nobis præbeat & medélam. Per. Alia Complenda Dómine Iesu Christe. vt in Dñica prȩcedẽti. fo. 106

Super populum. Orémus. Humiliâte capita vestra Deo.

DA quæsumus Dómine pópulo tuo salútem mentis & córporis: vt bonis opéribus inhæréndo: tua semper me reâtur protectióne defêndi. Per.

FERIA TERTIA.

Psa. 26. EXpécta Dóminum, viríliter age: & confortêtur cor tuum, & sústine Dóminum. Psal. Dóminus illuminátio mea: & salus mea; quem timebo? Expécta. Oratio.

NOstra tibi quæsumus Dómine accépta sint iciúnia: quæ nos & expiándo grátia tua dignos efficiant: & ad remédia perducant ætérna. Per. Alia oratio Ecclésiæ tuæ. vt in Dominica præcedenti, fol. 105.

Léctio Daniélis prophétæ.

Cap 14 IN diêbus illis. Congregáti sunt Babylónij ad regem, & dixêrunt ei. Trade nobis Daniélem, qui Bel destrúxit, & dracónem interfécit: alióquin interficiémus te, & domum tuam. Vidit ergo rex quòd irrúerent in eum vehemênter: & necessitáte cõpúlsus trádidit eis Daniélem. Qui miserunt eum in lacum leónum: & erat ibi sex diébus. Porrò in lacu erant leónes septem: & dabántur eis quotídie duo córpora, & duæ oues: & tũc non data sunt eis: vt deuorârent Daniélem. Erat autẽ Habacúc prophéta in Iudæa, & ipse cóxerat pulméntum, & intríuerat panes in aluéolo: & ibat in campum, vt ferret messôribus. Dixitque ángelus Dómini ad Habacúc. Fer prándium quod habes, in Babylônem Daniéli, qui est in lacu leónum. Et dixit Habacúc. Dómine, Babylónem non vidi, & lacũ néscio. Et apprehéndit eum ángelus Dómi-

niin vértice eius, & portáuit in capíllo cápitis sui: posuitque eum in Babylónem super lacum in ímpetu spíritus sui. Et clamáuit Habacúc, dicens. Daniel serue Dei, tolle prándium quod misit tibi Deus. Et ait Daniel. Recordátus es mei Deus,& non dereliquísti diligéntes te. Surgensque Daniel comêdit. Porrò ángelus Dómini restítuit Habacúc conféstim in locum suum. Venit ergo rex die séptimo,vt lúgeret Danielem: & venit ad lacum, & introspéxit. Et ecce Daniel sedens in médio leónum. Et exclamâuit rex voce magna, dicens. Magnus es Dómine Deus Daniélis. Et extráxit eum de lacu. Porrò illos qui perditiónis eius causa fúerant, intrómisit in lacũ: & deuoráti sunt in momento coram eo. Tunc rex ait. Páueant omnes habitántes in vniuérsa terra Deum Daniélis: quia ipse est saluâtor, fáciens signa & mirabília in cælo & in terra: qui liberáuit Daniélem de lacu leônum.

Pſa. 42. **Gradu.** D iscérne causam meam Dómine: ab hómine iníquo & dolóso eripe me. **Ver.** Emítte lucem tuã,& veritátem tuam: ipsa me deduxêrunt, & adduxêrunt in montem sanctum tuum.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 7. IN illo témpore. Ambulábat Iesus in Galilæam. Non enim volébat in Iudæam ambulâre: quia quærébant eum Iudæi interfícere. Erat autem in próximo dies festus Iudæórum, Scenopégia. Dixêrunt autem ad eum fratres eius. Transi hinc, & vade in Iudæam: vt & discípuli tui vídeant ópera tua, quæ facis. Nemo quippè in occúlto quicquam facit, & quærit ipse in palàm esse. Si hæc facis,manifésta teipsum mundo. Neque enim fratres eius credébant in eum. Dixit ergo eis Iesus. Tempus meum nondum aduênit: tempus autem vestrũ semper est parâtum. Non potest mũdus odísse vos: me autem odit: quia ego testimóniũ perhíbeo de illo,quia ópera eius mala sunt. Vos ascéndite ad diem festum hunc. Ego non ascẽdam ad diem festum istum: quia tẽpus meum nondum implétum est. Hæc cùm dixísset, ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascendêrunt fratres eius,tunc & ipse ascéndit ad diem festum, non manifésтè,sed quasi in occúlto. Iudæi ergo quærébant eum in die festo, & dicébant. Vbi est ille? Et murmur multum erat de eo in turba. Quidam enim dicébant, quia bonus est. Alii autem dicébant, non: sed seducit turbas. Nemo tamen palàm loquebâtur de illo,propter metum Iudæórum.

Pſa. 9. **Offert.** S perent in te omnes,qui nouêrunt nomen tuum Dómine: quóniam non derelínquis quæréntes te: psállite Dómino, qui hábitat in Sion: quóniam non est oblítus oratiônem páuperum.

Secreta.

HOstias tibi Dómine deférimus immolándas: quę temporálem consolatiônem significent: vt promíssa non desperémus ætérna. Per.

Alia Secreta Prótege nos. **vt in Dominica præcedenti. fol.** 106. **Communio.**

Pſa. 4. R édime nos Deus Israël,ex ómnibus angústiis nostris.

Complenda.

DA quæsumus omnípotens Deus: vt quæ diuína sunt iúgiter exequéntes: donis mereâmur cæléstibus propinquâre. Per. **Alia Cõplen**

da Quæsumus Dómine Deus. vt suprà.

Super populum. Orémus

Humiliâte cápita vestra Deo.

DA nobis quæsumus Dñe perseuerántem in tua voluntáte famulátum: vt in diébus nostris & mérito & número, pópulus tibi séruiens augeátur. Per.

FERIA QVARTA.

Pſa. 17. 

Iberátor meus de gẽtibus iracúndis: ab insurgéntibus in me exaltábis me: à viro iníquo eripies me Dómine. Psal. Díligam te Dómine virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meũ, & liberátor meus. Liberátor.

Oratio.

SAnctificáto hoc ieiúnio Deus tuórum corda fidélium miserátor illústra: & quibus deuotiónis præstas affféctum: præbe supplicántibus piũ benígnus auditum. Per. Alia oratio.

Dómine Iesu Christe fili Dei viui.

Léctio libri Leuitici.

Cap 19. IN diébus illis. Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens. Lóquere ad vniuérsum cœtum filiórum Israël, & dices ad eos. Ego Dóminus Deus vester. Non faciétis furtũ. Non mentiémini: nec decípiet vnusquisq; próximum suum. Non periurábis in nómine meo, nec póllues nomen Dei tui: ego Dóminus. Non fácies calúmniam próximo tuo: nec vi óppri mes eum. Non morábitur opus mercenárii tui apud te vsque mane. Non maledíces surdo: nec coram cæco pones offendículũ: sed timébis Dóminum Deum tuum, quia ego sum Dóminus. Non fácies quod iníquum est: nec iniústè iudicábis. Non consíderes persónam páuperis: nec honôres vultum poténtis. Iustè iúdica próximo tuo. Non eris criminâtor, nec susúrro in pópulis. Non stabis contra sánguinem próximi tui: ego Dóminus. Non óderis fratrem tuum in corde tuo: sed públicè árgue eum, ne hábeas super eo peccâtum. Non quæras vltiónem: nec memor eris iniúriæ ciuium tuorum. Díliges amícum tuum, sicut teipsum: ego Dóminus. Leges meas custódite. Ego enim sum Dóminus Deus vester.

Gradu. Exaltábo te Dómine, quóniam Pſa. 29. suscepísti me: nec delectâsti inimícos meos super me. Ver. Dómine Deus meus clamáui ad te, & sanâsti me: Dómine abstraxísti ab ínferis ánimam meam: saluâsti me à descendéntibus in lacum.

Tractus. Dómine nõ secúndùm. fol. 51.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 10. IN illo témpore. Facta sunt Encænia in Ierosólymis: & hyems erat. Et ambulábat Iesus in templo, in pórticu Salomónis. Circumdedérunt ergo eum Iudæi, & dicébant ei. Quoúsque ánimam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palàm. Respõdit eis Iesus. Loquor vobis: & non créditis. Opera quæ ego fácio in nómine patris mei, hæc testimóniũ pérhibent de me. Sed vos non créditis: quia non estis ex óuibus meis. Oues meæ vocem meam áudiunt: & ego cognósco eas, & sequúntur me: & ego vitam ætérnam do eis: & non períbunt in ætérnum: & non rápiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius ómnibus est:

& nemo potest ráperе de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus. Sustulêrunt ergo lápides Iudæi, vt lapidárent eum. Respóndit eis Iesus. Multa bona ópera osténdi vobis ex patre meo: propter quod eôrum opus me lapidátis? Respondêrunt ei Iudæi. De bono ópere nō lapidámus te, sed de blasphémia: & quia tu homo cùm sis, facis teípsum Deum. Respóndit eis Iesus. Nonné scriptum est in lege vestra: ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est: & non potest solui scriptûra: quem pater sanctificáuit, & misit in mundum, vos dícitis, quia blasphémas: quia dixi, fílius Dei sum? Si nō fácio ópera patris mei: nolíte crédere mihi. Si autem fácio: & si mihi nō vultis crédere, opéribus crédite: vt cognóscátis & credátis, quia in me est pater, & ego in patre. Pſa. 29.

Offert. Éripe me de inimícis meis Deus meus: & ab insurgéntibus in me, líbera me Dómine. Pſa. 58.

Secreta.

ANnue nobis misércors Deus: vt hóstias placatiónis & laudis syncéro tibi deferámus obséquio. Per. Alia Secreta Oblatum tibi Dñe.

Communio. Lauábo inter innocéntes manus meas, & circumdábo altâre tuũ Dómine: vt áudiam vocem laudis tuæ, & enárrem vniuérsa mirabília tua. Pſa. 25.

Complenda.

CAeléstis doni benedictióne per cépta: súpplices te Deus omnípotens deprecâmur: vt hoc idem nobis & sacraménti causa sit & salútis. Per. Alia Complenda Dómine Iesu Christe fili Dei viui.

Super populum.

ORémus. Humiliâte.

ADésto supplicatiónibus nostris omnípotens Deus: & quibus fidúciam sperándæ pietâtis indúlges: consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per.

FERIA QVINTA.

OMnia quæ fecísti nobis Dómine, in vero iudício fecísti: quia peccáuimus tibi, & mandátis tuis nō obediuimus: sed da glóriam nómini tuo, & fac nobíscum secúndùm multitúdinem misericórdiæ tuæ. Dan. 3. Psal. Magnus Dóminꝰ & laudábilis nimis: in ciuitáte Dei nostri, in monte sancto eius. Omnia. Pſa. 47.

Oratio.

PRæsta quęsumus omnípotēs Deus: vt dígnitas conditiónis humánæ per immoderántiam sauciáta: medicinális parsimóniæ stúdio reformétur. Per. Alia oratio Ecclésiæ tuæ.

Léctio Daniélis prophétæ.

IN diébus illis. Orauit Daniel Dóminum, dicens. Dómine Deus noster, ne quæsumus, tradas nos in perpétuum propter nomen tuum: & ne dissípes testaméntum tuum: neq; áuferas misericórdiam tuam à nobis, propter Abrahám diléctum tuum, & Isaác seruum tuum, & Israël sanctum tuum: quibus locûtus es, póllicens: quòd multiplicâres semen eôrum sicut stellas cæli, & sicut arénam quæ est in líttore maris. Quia Dómine imminúti sumus plus quàm omnes gẽtes: sumusq; húmiles in vniuérsa terra hódie, propter peccáta nostra. Et non est in témpore hoc princeps, & dux, & prophéta: neq; holocáustum, neque sacrifícium, neque oblátio, neque incénsum, neque locus primitiâ- Cap. 3.

rum coram te, vt posímus inuenire misericórdiam tuam: sed in ánimo contríto, & spíritu humilitâtis suscipiâmur. Sicut in holocáusto arietũ, & taurôrũ, & sicut in míllibus agnôrum pínguium: sic fiat sacrifíciũ nostrum in conspéctu tuo hódie, vt plá ceat tibi: quóniam non est confúsio confidéntibus in te. Et nunc séquimur te in toto corde: & timémus te: & quærimus fáciem tuam. Ne confúndas nos, sed fac nobíscum secúndùm mansuetúdinem tuam, & secúndùm multitúdinẽ misericórdiæ tuæ. Et érue nos in mirabílibus tuis: & da glóriam nómini tuo Dómine. Et cõfundántur omnes, qui osténdunt seruis tuis mala: confundántur in omni poténtia: & robur eôrum conterâtur. Et sciant, quia tu es Dóminus Deus solus, & gloriósus super omnem terram, Dómine Deus noster.

Pſa. 95. **Gradu.** Tóllite hóstias, & intróite in átria eius: adorâte Dóminũ in aula sancta eius. Pſa. 28. **Ver.** Reueláuit Dóminus condénsa: & in templo eius omnes dicent glóriam.

Cap 7. **Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.**

IN illo tẽpore. Cùm audíssent quidam de turba sermónes Iesu, dicébant. Hic est verè prophéta. Alii dicébant. Hic est Christus. Quidam autem dicébant. Nunquid à Galilæa venit Christus? Nonné scriptûra dicit, quia ex sémine Dauid, & de Bethlehém castéllo, vbi erat Dauid, venit Christus? Dissénsio itaque facta est in turba, propter eum. Quidam autem ex ipsis volébant apprehéndere eum: sed nemo misit super eum manus. Venêrunt ergo minístri ad Pontífices, & Phariſæos: & dixêrunt eis illi. Quare non adduxístis illum? Respondêrunt minístri. Nunquam sic locútus est homo, sicut hic homo. Respondêrũt ergo eis Phariſæi. Nunquid & vos seducti estis? Nunquid ex Princípibus áliquis crédidit in eum, aut ex Phariſæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledícti sunt. Dixit Nicodémus ad eos (ille qui venit ad eum nocte) qui vnus erat ex ipsis. Nunquid lex nostra iúdicat hóminẽ, nisi priùs audíerit ab ipso, & cognóuerit quid fáciat? Respondêrunt, & dixêrunt ei. Nunquid & tu Galilæus es? Scrutâre scriptûras: & vide, quia prophéta à Galilæa non surgit. Et reuérsi sunt vnusquisq; in domum suã.

Pſa. 136. **Offert.** Super flúmina Babylónis illic sédimus, & fléuimus: dum recordarêmur tui Sion.

Secreta.

DOmine Deus noster: qui in his pótiùs creatûris quas in fragilitátis nostræ subsídium condidísti tuo quoque nómini múnera iussísti dicánda constítui: tríbue quæsumus vt & vitæ nobis præséntis auxíliũ: & ætérnitátis efficiant sacraméntũ. Per Alia Secreta Prótege nos.

Pſa. 118. **Communio.** Meménto verbi tui seruo tuo Dómine, in quo mihi spem dedísti: hæc me consoláta est in humilitáte mea.

Complenda.

QVod ore sũmpsimus Dómine pura mente capiámus: & de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitérnum. Per. Alia Complenda Quæsumus Dómine Deus.

Super populum. Orémus. Humiliâte.

ESto quæsumus Dómine propítius plebi tuæ: vt quæ tibi non plácent respuéntes: tuôrum repleã-

tur

tur delectatiónibus mandatôrum. Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

Pſa. 30. MIſerêre mei Dñe quóniam tríbulor: líbera me, & éripe me de manibus inimicôrum meôrum, & à perſequéntibus me: Dómine non confúndar, quóniam inuocáui te. Pſal. In te Dómine ſperáui, non confúndar in ætérnum: in iuſtítia tua líbera me. Miſerêre. Oratio.

COrdibus noſtris quęſumus Dómine grátiam tuam benígnus infúnde: vt peccáta noſtra caſtigatiône voluntária cohibéntes: temporáliter potiùs macerémur: quàm ſupplíciis deputémur ætérnis. Per. Alia oratio Dómine Ieſu Chriſte fili Dei viui.

Léctio Ieremíæ Prophétæ.

Cap 17. IN diébus illis. Dixit Ieremías. Dómine, omnes qui te derelínquunt, confundéntur: recedéntes à te, in terra ſcribéntur: quóniam dereliquêrunt venam aquârum viuéntium Dóminum. Sana me Dómine, & ſanâbor; ſaluũ me fac, & ſaluus ero: quóniam laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me. Vbi eſt verbum Dómini? Véniat. Et ego non ſum turbátus, te paſtôrem ſequens: & diem hóminis nõ deſideráui, tu ſcis. Quod egréſſum eſt de lábiis meis, rectum in conſpéctu tuo fuit. Non ſis mihi tu formídini: ſpes mea tu in die afflictiônis. Confundántur, qui me perſequúntur: & non confúndar ego: páueant illi, & non páueam ego. Induc ſuper eos diem afflictiônis: & dúplici contritiône cóntere eos, Dómine Deus noſter.

Pſa. 34. Gradu. Pacíficè loquebántur mihi inímici mei: & in ira moléſti erant mihi.

Ver. Vidíſti Dómine Deus meus: ne síleas: ne diſcédas à me.

Tractus. Dómine non ſecúndũ. fol. 51.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Ioánnem.

Cap 11. IN illo témpore. Collegérunt Pontífices & Phariſæi cõcílium aduérſus Ieſum, & dicébãt. Quid fácimus; quia hic homo multa ſigna facit? Si dimíttimus eum ſic: omnes credent in eum. Et vénient Románi: & tollẽt locum noſtrum, & gentem. Vnus autem ex ipſis, Cáiphas nómine, cùm eſſet Póntifex anni illíus, dixit eis. Vos neſcítis quicquã, nec cogitátis: quia éxpedit vobis, vt vnus moriâtur homo pro pópulo: & non tota gens péreat. Hoc autem à ſemetípſo non dixit: ſed cúm eſſet Póntifex anni illíus, prophetáuit: quia Ieſus moritûrus erat pro gente: & non tantũ pro génte: ſed vt fílios Dei, qui erant diſpérſi, congregâret in vnum. Ab illo ergo die cogitauérunt, vt interfícerent eũ. Ieſus ergo iam non in palàm ambulábat apud Iudæos: ſed ábiit in regiônem iuxta deſértum, in ciuitâtem quæ dícitur Ephrem: & ibi morabátur cum diſcípulis ſuis.

Pſa. 118. Offerto. Benedíctus es Dómine: doce me iuſtificatiónes tuas: & non tradas calumniántibus me ſupérbis: & reſpondébo exprobrántibus mihi verbum.

Secreta.

PRæſta nobis miſéricors Deus: vt dignè tuis ſeruíre ſemper altáribus mereâmur: & eôrum perpétua participatióne ſaluâri. Per. Alia Secreta, Oblátum tibi Dómine. fol. 107.

Pſa. 16. Communio. Ne tradíderis me Dómine in ánimas perſequéntium me: quia

insurrexêrunt in me testes iníqui: & mẽtíta est iníquitas sibi. Complenda.

SVmpti sacrifícii Dómine perpétua nos tuítio non derelínquat: & nóxia semper à nobis cuncta repél lat. Per. Alia Complenda Dómine Iesu Christe. fol. 107. Super populum.

O rémus. Humiliâte.

CONcéde quęsumus omnípotẽs Deus: vt qui protectiónis tuæ grátiam quærimus: liberáti à malis ómnibus, secúra tibi mente seruiámus. Per.

SABBATHO. Introitus.

Psa. 30. 

Iserêre mihi Dómine, quóniam tríbulor: líbera me, & éripe me de mánibus inimicôrũ meôrũ, & à persequéntibus me: Dómine non confúndar, quóniam inuocáui te. Psal. IN te Dómine speráui, non confúndar in ætérnum: in iustítia tua líbera me. Miserêre.

Oratio.

PRofíciat quæsumus Dñe plebs tibi dicáta piæ deuotiónis afféctu: vt sacris actiónibus erudíta: quãtò maiestáti tuæ fit grátior: tantò do nis potióribus augeâtur. Per. Aliæ orationes Concéde nos fámulos tuos. Ecclésiæ tuæ.

Léctio Ieremiæ Prophétæ.

Cap 18. IN diébus illis. Dixêrunt ímpij Iudæi ad ínuicem. Veníte, cogitémus contra iustum cogitatiónes. Non enim períbit lex à Sacerdôte, neq; cõsílium à sapiénte, nec sermo à prophéta. Veníte, percutiámus eum lingua: Et non attendámus ad vniuérsos sermónes eius. Atténde Dómine ad me: & audi vocem aduersariôrum meôrum. Nunquid rédditur pro bono malum: quia fodêrunt fóueam ánimæ meæ? Recordâre, quòd stéterim in conspéctu tuo, vt lóquerer pro eis bonum: & auérterem indignatiônem tuam ab eis. Proptérea da fílios eôrum in famem: & deduc eos in manus gládij. Fiant vxôres eôrum absque líberis, & víduæ: & viri eârũ interficiántur morte: iúuenes eôrum confodiántur gládio in prælio. Audiátur clamor de dómibus eôrum: ad dúces enim super eos latrónẽ repéntè: quia fodêrunt fóueam, vt cáperent me: & láqueos abscondêrunt pédibus meis. Tu autem Dómine scis omne consílium eôrum aduérsum me in mortem. Ne propitiêris iniquitáti eôrum: & peccátum eôrum à fácie tua non deleâtur. Fiant corruéntes in conspéctu tuo: in tẽpore furôris tui abútere eis, Dñe Deus noster.

Sequéntia sancti euangélij secúndum Ioánnem.

Cap 6. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis, & turbis Iudæôrum. Amen amen dico vobis: nisi manducauéritis carnem fílii hóminis, & bibéritis eius sánguinem; non habébitis vitã in vobis. Qui mandúcat meam carnem, & bibit meum sánguinem: habet vitam ætérnam: & ego resuscitábo eum in nouíssimo die. Caro enim mea, verè est cibus: & sanguis meus, verè est potus. Qui mandúcat meam carnem, & bibit meum sánguinem: in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens pater: & ego viuo propter patrem. Et qui mandúcat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de cęlo descéndit. Non sicut mã-

Psa. 118.

ducauêrunt patres vestri manna: & mórtui sunt. Qui mandúcat hunc panem, viuet in ætérnum. Hæc dixit in Synagóga docens, in Caphárnaum. Multi ergo audiéntes ex discípulis eius, dixêrunt. Durus est hic sermo: quis eum potest audíre? Sciens autẽ Iesus apud semetípsum, quia murmurârent de hoc discípuli eius, dixit eis. Hoc vos scandalízat? Si ergo vidéritis fílium hóminis ascendéntem, vbi erat prius? Spíritus est, qui viuíficat: caro non prodest quicquam. Verba quæ ego locútus sum vobis, spíritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciébat enim ab initio Iesus, qui essent credéntes: & quis traditûrus esset eum: & dicébat. Proptérea dixi vobis, quia nemo potest venîre ad me, nisi fúerit ei datum à patre meo. Ex hoc multi discipulôrum eius abiêrunt retrò: & iam non ambulâbant cum illo. Dixit ergo Iesus ad duódecim. Nunquid & vos vultis abíre? Respóndit ergo ei Simõ Petrus. Dómine, ad quem íbimus? Verba vitæ ætérnæ habes: & nos crédimus, & cognóuimus, quia tu es Christus fílius Dei. Respóndit eis Iesus. Nonné ego vos duódecim elégi: & ex vobis vnus diábolus est? Dicébat autem de Iuda Simónis Iscarióotis: hic enim erat traditûrus eum: cùm esset vnus de duódecim. Cap 6

Offert. Benedíctus es Dómine, doce me iustificatiónes tuas: & non tradas calumniántibus me supérbis: & respondébo exprobrántibus mihi verbum. Psa. 118.

Secreta.

ACunctis nos quæsumus Dómine reátibus & periculis propitiátus absólue: quos tanti mystérii trí-buis esse consórtes. Per. Aliæ Secretæ Tua Dñe propitiatióne. Protege nos.

Communio. Ne tradíderis me Dómine in ánimas persequéntium me: quia insurrexêrunt in me testes iníqui: & mẽtíta est iníquitas sibi. Psa. 26. Complenda.

DIuíni múneris largitáte satiáti quæsumus Dómine Deus noster: vt huius semper participatióne viuámus. Per. Aliæ Complendæ Sumptis Dómine salútis. Quæsumus Dómine Deus. Super pópulum.

Orémus. Humiliâte.

TVeâtur quæsumus Dñe déxtera tua pópulum deprecántem: & purificátum dignánter erúdiat: vt consolatióne præsénti ad futûra dona proficiat. Per.

IN DIE PALMARVM.



POst asperſionem, Sacerdos omnibus ſacris veſtibus indutus, præter caſulam, cuius loco vtitur pluuiali; in cornu epiſtolę verſus ad altare, Miniſtris aſtantibus, dicat Ver. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini. Reſ. Qui fecit cælum & terrã. Deinde ſequentem orationem in com-

muni tono orationum Miſſæ. Orémus.

DEus quem dilígere & amâre iuſtítia eſt: ineffábilis grátiæ tuę in nobis dona multíplica: vt qui fecí ſti nos in morte fílii tui ſperâre quod crédimus: fac nos eódem reſurgénte peruenîre quò téndimus. Qui tecum viuit. Subſcripta lectio legitur in tono prophetiæ.

Léctio libri Exódi.

16. IN diébus illis. Venérunt fílii Iſraël in Elim, vbi erant duódecim fontes aquârum, & ſeptuagínta palmæ: & caſtrametáti ſunt iuxta aquas. Profectíque ſunt de Elim: & venit omnis multitúdo filiôrum Iſraël in deſértũ Sin, quod eſt inter Elim & Sinai: quin todécimo die, poſtquàm egréſſi ſunt de terra Aegypti. Et murmuráuit omnis congregátio filiórũ Iſraël contra Móyſen & Aaron in ſolitúdine. Dixeruntq; fílii Iſraël ad eos. Vtinam mórtui eſſémus per manum Dómini in terra Aegypti, quando ſedebámus ſuper ollas cárnium, & comedebâmus panem in ſaturitáte. Cur eduxíſtis nos in deſértum iſtud: vt occiderêtis omnem multitúdinem fame? Dixit autem Dóminus ad Móyſen. Ecce, ego pluam vobis panem de cælo. Egrediâtur pópulus, & cólligat quæ ſuffíciunt per ſingulos dies: vt tentem eum, vtrum ámbulet in lege mea, an non. Die autem ſexta parẽt, quod ínferant: & ſit duplum, quàm collígere ſolébant per ſíngulos dies. Dixeruntq; Moyſes & Aaron ad omnes fílios Iſraël. Véſpere ſciétis, quód Dóminus edúxerit vos de terra Ægypti: & mane vidébitis glóriam eius.

Deinde canit Chorus Reſponſorium.

Ioã 11. COllegêrunt Pontífices & Phariſęi concílium, & dicébant: quid fácimus: quia hic homo multa ſigna facit? ſi dimíttimus eum ſic, omnes credent in eum. Ne fortè véniant Románi, & tollant noſtrũ locum, & gentem. Ver. Vnus autem ex ipſis, Cáiphas nómine, cùm eſſet Póntifex anni illíus, prophetáuit dicens. Expedit vobis, vt vnus moriátur homo pro pópulo; & non tota gens péreat. Ab illo ergo die cogitauêrunt interfícere eum, dicéntes. Ne fortè.

Sequitur euangelium: quod in loco conſueto accepta benedictione legitur, ceroferariis aſtantibus, ſine incenſo.

Dóminus vobíſcum.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Marcum.

IN illo témpore. Cùm appropinquârent Ieroſólymæ & Bethániæ, Cap 11. ad montem Oliuârum: mittit Ieſus duos ex diſcípulis ſuis, & ait illis. Ite in caſtéllum, quod contra vos eſt: & ſtatim introeúntes illuc, inueniétis pullum ligátum, ſuper quem nemo adhuc hóminum ſedit: ſóluite illum, & addúcite. Et ſi quis vobis díxerit, quid fácitis? dícite: quia Dómino neceſſarius eſt: & contínuò dimíttet íllum huc. Et abeúntes, inuenêrunt pullum ligátum ante iánuam foris in biuio: & ſoluunt eum. Et quidam de illis ſtantibus, dicébant illis. Quid fácitis, ſoluéntes pullum? Qui dixêrũt eis, ſicut præcéperat illis Ieſus: & dimiſêrunt eis. Et duxêrunt pullum ad Ieſum: & impónunt illi veſtiménta ſua: & ſedit ſuper eum. Multi autem veſtiménta ſua ſtrauêrunt in via: álij autem frondes cædebant de arbóribus, & ſternébant in via. Et qui præíbant, & qui ſequebántur, clamábant dicéntes. Hoſánna, benedíctus qui

venit in nómine Dómini: benedíctũ quod venit, regnum patris nostri Dauid: Hosánna in excélsis.

Finito, & exoſculato euangelio, trãſpoſitoque verſus populum libro, in cornu epiſtolæ benedicuntur palmæ in tono, quo ſuprà in prima oratione.

Orémus.

DEus cuius fílius pro ſalúte géneris humani de cælis deſcéndit ad terras: & appropinquánte hora paſſiónis ſuæ Ieroſólymam in ásino venîre: & à turbis rex appellâri vóluit: bene ✠ dícere dignâre hos ramos palmârum cæterarumq; frón dium: vt omnes qui eos latûri ſunt: hîc & in futûro cum palma victórię, & fructu bonôrum óperum váleant apparêre. Per eúndem Dñm noſtrũ.

Oratio.

BEne ✠ díc quæſumus Dómine hos palmârũ ſiue oliuârũ & aliârum árborum ramos: & præſta: vt quod pópulus tuus in tui veneratióne hodiérna die corporáliter agit: hoc ſpirituáliter ſumma deuotiône perfíciat: & de hóſte victóriam reportándo: & opus miſericórdiæ ſum mópere diligéndo. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, mundi creátor & redémptor: qui noſtræ liberatiónis & ſaluatiónis grátia de cælo deſcéndere dignátus es: quique ſponte própria loco eiuſdem propínquans paſſiónis: à turbis cum ramis palmârum & oliuârum obuiántibus, benedíci & laudâri: & rex benedíctus in nómine Dómini véniens, clara voce appellâri voluíſti: tu nunc noſtræ laudatiónis confeſſiónem accípere, & hos ramos bene ✠ dícere dignêris: vt quicúnque in tuæ ſeruitútis obſéquio eos portáuerint: cæléſti benedictióne ſanctificáti: peccatôrum ſuôrum remiſſiónem, & vitæ ætérnæ præmia percípere mereántur. Per te Ieſu Chriſte ſaluátor mundi rex ætérnæ glóriæ: qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitáte ſpíritus ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculôrum.

¶ Quæ ſequuntur, in feriali tono Præfationis canuntur.

Per ómnia ſécula ſeculôrũ. Reſ. Amẽ. Dóminus vobíſcum. Reſ. Et cum ſpíritu tuo. Surſum corda. Reſ. Habemus ad Dñm. Grátias agámus Dómino Deo noſtro. Reſ. Dignum & iuſtum eſt.

VEre dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutâre: nos tibi ſem per & vbique grátias ágere, Dómine ſancte, pater omnípotens, ætérne Deus: mundi cónditor, omniumq; creaturârum mirábilis diſpóſitor. Qui inter ipſa mundi primórdia, cùm ex níhilo cuncta cónderes, ligna fructífera & diuérſo úſui cóngrua terram prodúcere iuſsísti: ac poſt maledíctũ interdíctæ árboris, vniuérſa nobis per obediéntiam vnigéniti tui, in benedictiónem cõuertísti. Bene ✠ díc étiam & hos multigenârum árborũ ramos: inter quas præcípuè arbor olíuæ pinguédine cunctas præcéllit. Per quam étiam cùm mundi crímina dilúuio expiaréntur quondam effúſo, colúmba ramum eiúſdem déferens, pacem terris rédditam nunciáuit. Necnon & innocens turba ſpíritu ſancto affláta, vnigénito tuo Dómino noſtro Ieſu Chriſto, pro totíus mundi ſalúte paſsûro óbuiã currens, palmârũ & huius árboris ramos ab-

ſcíndens

ſcindens, ac veſtígiis eius ſubſtérnēs, iam triumphatôrem de mortis príncipe oſtendébat. Te Dómine ſupplíciter deprecâmur vt qui ánnua deuotióne eiuſdem redemptôris noſtri ſacratíſſimam paſſiónem præuenîre nítimur, ipſo adiuuánte palmam victóriæ tenéntes, atque óleo miſericórdiæ intrínſecus refulgéntes, in eius ſancta reſurrectióne præmium vitæ, & immortalitátis corónam percípere mereâmur. Per eúndem Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum fíliū tuū: qui tecum viuit & regnat in vnitáte eiuſdem ſpíritus ſancti Deus: per ómnia ſécula ſeculôrū. Reſ. Amen.

Statim Sacerdos incipiat ſequentem Añam, Choro ad finem proſequente.

Occûrrunt turbæ cum flóribus & palmis redemptôri Dómino: & victôri triumphánti digna dant obſéquia: fílium Dei ore gentes prædicant; & in laudem Chriſti voces tonāt per núbila, Hosāna.

Interim aſpergantur rami aqua bene dicta; & incenſentur, ac diſtribuantur.

Sequitur proceſsio; ad quam cantantur ſequentes antiphonæ.

Ma 21. Cùm appropinquâret Dóminus Ieroſólymam, miſit duos ex diſcípulis ſuis, dicens. Ite in caſtéllum, quod contra vos eſt: & inueniétis pullum áſinæ alligátū, ſuper quem nullus hóminum ſedit: ſóluite & addúcite mihi. Si quis vos interrogáuerit, dícite: opus Dómino eſt. Soluéntes, adduxêrunt ad Ieſum: & impoſuêrūt illi veſtiménta: & ſedit ſuper eū. Alij expandébant veſtiménta ſua in via: álij ramos de arbóribus proſternébant: & qui ſequebántur, clamábant: Hosánna, benedíctus qui venit in nómine Dómini: benedíctum regnum patris noſtri Dauid: Hosánna in excélſis: miſerêre nobis fili Dauid.

Antiphona.

Ioā. 6. Ante ſex dies ſolénnis Paſchæ, quando venit Dóminus in ciuitátem Ierúſalem, occurrêrūt ei púeri: & in mánibus portábant ramos palmârū, & clamábant voce magna, dicéntes: Hosánna in excélſis: benedíctus qui veníſti in multitúdine miſericórdiæ tuæ: Hosánna in excélſis.

In ſtatione, quæ ſequuntur, cantantur cum cæremoniis conſuetis. Aña.

Cùm audíſſet pópulus, quia Ieſus venit Ieroſólymam, accêpêrunt ramos palmârum, & exiêrunt ei óbuiam: & clamábant púeri, dicéntes. Hic eſt, qui ventûrus eſt in ſalútem pópuli. Hic eſt ſalus noſtra, & redémptio Iſraël. Quantus eſt iſte, cui throni, & dominatiónes occûrrunt? Noli timêre fília Sion: ecce rex tuus venit tibi, ſedens ſuper pullum áſinæ: ſicut ſcriptum eſt. Salue rex fabricâtor mundi: qui veníſti redímere nos.

Antiphona.

Púeri Hebræôrum tolléntes ramos oliuârum, obuiauêrunt Dómino, clamántes & dicéntes; Hosánna in excélſis.

Antiphona.

Púeri Hebræôrum veſtiménta proſternébant in via: & clamábant dicéntes: Hosánna fílio Dauid: benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Antiphona.

Fulgéntibus palmis proſtérnimur, aduniénte Dómino: huic omnes occurrámus cum hymnis & cánticis, glorificántes, & dicéntes: benedíctus Dóminus.

¶ Deinde procedat Sacerdos, & proſternat ſe in faciem ante crucem: & alius Sacerdos aſtans, habens ramū vel palmam in manu, cantet ter; primò & ſecundò ſic: Scriptum eſt enim: & cū dixerit percútiam paſtôrem. vtraq; vice proſtratum ramo in dorſum leniter percutiat: Choro proſequente. Et diſpergén-

spergéntur oues gregis. Tertiò eodem modo cantat, & percutit: sed canit insuper solus, Et dispergẽtur oues gregis. Post hæc Officians erigendo se cantet, Postquàm autem surréxero, præcédam vos in Galilæam. Choro antiphonam finiente, Ibi me vidébitis, dicit Dóminus.

¶ Finita antiphona hac, & ramo palmarum sepósito, ambo Sacerdotes crucem populo adorãdam reuerenter proferunt, ipsam eleuando: & stantes erecti versus clerum & populum genu flexos, incipiunt hymni Ver. O crux aue spes vnica. Choro prosequẽte hoc passiónis témpore. Et iterum similiter. Tertiò incipiunt Ver. Te summa Deus Trinitas, Choro finiente, colláudat omnis spíritus. &c.

¶ Interea dum finitur vltimus versus à Choro, per eosdem Sacerdotes reponitur crux: quam Officians genuflexus incensét, & adoratã exosculetur. Deinde cæteri ex ordine osculentur. Vbi verò alius Sacerdos nõ affuerit, Officians ipse stans ante crucem canat, Scriptum est enim. percutiendo crucifixum, Choro respondente vt suprà. Similiter crucẽ eleuando reponat, aliaque solus perficiat. Vltimò cantatur Hymnus.

GLória, laus & honor tibi sit, rex Christe redémptor:
Cui puerile decus promsit Hosanna pium. Glória, laus.
Israël es tu rex, Dáuidis & ínclyta proles: nómine qui in Dómini rex benedícte, venis. Cui puerile.
Cœtus in excélsis te laudat cælitus omnis: & mortális homo, cuncta creâta simul. Glória, laus.
Plebs hebræa tibi cum palmis óbuia venit: cum prece, voto, hymnis, ádsumus ecce tibi. Cui puerile.
Hi tibi passûro soluébant múnia laudis: nos tibi regnánti, pángimus ecce melos. Glória, laus.
Hi placuére tibi, pláceat deuótio nostra: rex pie, rex clemens, cui bona cuncta placent. Cui puerile.
Glória, laus. Regrediendo in ecclesiã cantatur Resp. Ingrediénte Dómino.

INTROITVS.



Psa. 21.

Omine, ne longè fácias auxílium tuum à me, ad defensiónẽ meam áspice: líbera me de ore leónis, & à córnib⁹ vnicórnium humilitátem meam. Psa. Deus Deus meus réspice in me: quare me dereliquísti? longè à salúte mea verba delictôrum meôrum. Dómine ne. Kyrie eleison duplex secundum, sine Glória in excélsis. Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: qui humáno géneri ad imitándum humilitátis exémplum saluatôrem nostrum carnem súmere & crucem subíre fecísti: concéde propítius: vt & patiéntiæ ipsius habére documénta: & resurrectiónis consórtia mereâmur. Per eundẽ. Sola dicat.

Léctio epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Philippénses.

Cap 2.

FRatres. Hoc enim sentíte in vobis, quod & in Christo Iesu. Qui cùm in forma Dei esset, non rapínam arbitrâtus est esse se æquálem Deo: sed semetípsum exinaníuit formam serui accípiens, in similitúdinem hóminum factus, & hábitu inuéntus vt homo. Humiliáuit semetípsum, factus obédiens vsq; ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod &

Deus exaltáuit illum : & donáuit illi nomen, quod est super omne nomẽ : vt in nómine Iesu omne genu flectátur, cæléstium, terréstrium, & infernôrum:& omnis lingua confiteátur: quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei patris.

Psa. 72. Gradu. T enuísti manum déxteram meam, & in voluntáte tua deduxísti me, & cum glória assumpsísti me. Ver. Quàm bonus Israël Deus rectis corde? mei autem penè moti sunt pedes: penè effúsi sunt gressus mei: quia zeláui in peccatóribus ; pacem peccatôrum videns.

Psa. 21. Tractus. D eus Deus meus réspice in me : quare me dereliquísti ? Ver. Longè à salúte mea verba delictôrum meôrum. Ver. Deus meus clamábo per diem , nec exáudies : in nocte , & non ad insipiéntiam mihi. Ver. Tu autem in sancto hábitas , laus Israël. Ver. In te sperauêrunt patres nostri: sperauêrunt, & liberâsti eos. Ver. Ad te clamauêrũt, & salui facti sunt : in te sperauêrunt , & non sunt confúsi. Ver. Ego autem sum vermis , & non homo : oppróbrium hóminum, & abiéctio plebis. Ver. Omnes qui vidébant me, aspernabántur me:locúti sunt lábiis,& mouêrunt caput. Ver. Speráuit in Dómino, erípiat eum: saluũ fáciat eum, quóniam vult eum. Ver. Ipsi verò considerauêrunt , & conspexêrunt me:diuisêrunt sibi vestiménta mea, & super vestem meam misêrunt sortem. Ver. Líbera me de ore leónis : & à córnibus vnicórnium humilitátem meam. Ver. Qui timétis Dóminum, laudáte eum: vniuérsum semen Iacob magnificáte eũ. Ver. Annunciábitur Dómino generátio ventúra : & annunciábunt cæli iustítiam eius. Ver. Pópulo qui nascétur, quem fecit Dóminus.

¶ Passio Domini incipitur absolutè,cũ titulo tamen vt infrà. Non datur benedictio : non deferuntur luminaria , nec incensum : non dicitur Dñus vobíscum, nec respondetur Glória tibi Dómine.

Cùm tamen peruentum est ad illam partem, quæ in tono euangelii legitur ; deferuntur luminaria sine incenso: & in fine non osculatur liber. Quod & in aliis diebus seruatur,quando legitur Passio. In Parasceue autem legitur sine titulo.

Passio Dómini nostri Iesu Christi secúndum Matthæum.

Cap 26.

IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Scitis quia post bíduum Pascha fiet : & fílius hóminis tradêtur , vt crucifigâtur. Tunc congregáti sunt Príncipes Sacerdôtum , & seniôres pópuli , in átrium Príncipis Sacerdôtum,qui dicebátur Cáiphas: & consílium fecêrunt,vt Iesum dolo tenêrent,& occíderent. Dicébant autem. Non in die festo,ne fortè tumúltus fíeret in pópulo. Cùm autem esset Iesus in Bethánia, in domo Simónis leprósi ; accéssit ad eum múlier habens alabástrum vnguénti pretiósi , & effúdit super caput ipsius recũbéntis. Vidéntes autem discípuli, indignáti sunt,dicéntes. Vt quid perdítio hæc? Pótuit enim vnguéntũ istud venũdári multo, & dari paupéribus. Sciens autem Iesus,ait illis. Quid molésti estis huic mulíeri ? Opus enim bonum operáta est in me. Nam semper páuperes habétis vobíscum : me autem nõ semper habébitis. Mittens enim hæc vnguéntum hoc in corpus meum : ad sepeliéndum me,fecit. Amen dico vobis:vbicúnque prædicátum fúerit euangélium hoc in toto

mundo, dicêtur & quod hæc fecit in memóriam eius. Tunc ábiit vnus de duódecim, qui dicebâtur Iudas Iscariótes, ad Príncipes Sacerdótum: & ait illis. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi constituêrunt ei trigínta argénteos. Et exínde quærébat opportunitátem, vt eum tráderet. Prima autem die azimôrũ accessêrunt discípuli ad Iesum, dicẽtes. Vbi vis parémus tibi comédere Pascha? At Iesus dixit. Ite in ciuitátem ad quendam: & dícite ei. Magíster dicit. Tempus meum propè est: apud te fácio Pascha cum discípulis meis. Et fecêrunt discípuli, sicut constítuit illis Iesus: & parauêrunt pascha. Véspere autem facto, discumbébat cũ duódecim discípulis suis. Et edéntibus illis, dixit. Amen dico vobis: quia vnus vestrûm me traditûrus est. Et contristáti valdè, cœpêrunt sínguli dícere. Nunquid ego sum Dómine? At ipse respóndens, ait. Qui intíngit mecum manum in paróp side, hic me tradet. Fílius quidem hóminis vadit, sicut scríptum est de illo. Væ autem hómini illi, per quem fílius hóminis tradétur. Bonum erat ei, si natus non fuísset homo ille. Respóndens autem Iudas qui trádidit eũ, dixit. Nunquid ego sum rabbi? Ait illi. Tu dixísti. Cœnántibus autem eis, accépit Iesus panem: & benedíxit, ac fregit, deditque discípulis suis: & ait. Accípite, & comédite; hoc est corpus meum. Et accípiens cálicem, grátias egit: & dedit illis, dicens. Bíbite ex hoc omnes; hic est enim sanguis meus noui testaménti, qui pro multis effundêtur in remissiónem peccatôrum. Dico autẽ vobis: non bibam ámodò de hoc gemínine vitis, vsque in diem illũ, cùm illud bibam vobíscum nouum in regno patris mei. Et hymno dicto, exiêrunt in montem oliuéti. Tunc dicit illis Iesus. Omnes vos scándalum patiémini in me, in ista nocte. Scriptum est enim. Percútiam pastôrem, & dispergéntur oues gregis. Postquàm autem resurréxero, præcédam vos in Galilæam. Respóndens autẽ Petrus, ait illi. Et si omnes scandalizáti fúerint in te, ego nunquam scandalizâbor. Ait illi Iesus. Amẽ dico tibi: quia in hac nocte, antequàm Gallus cantet, ter me negábis. Ait illi Petrus. Etiam si oportúerit me mori tecũ, non te negábo. Simíliter & omnes discípuli dixêrunt. Tunc venit Iesus cum illis in villam, quę dícitur Gethsémani: & dixit discípulis suis. Sedéte hîc, donec vadam illuc, & orem. Et assumpto Petro, & duóbus fíliis Zebedæi, cœpit contristâri & mœstus esse. Tunc ait illis. Tristis est ánima mea vsq; ad mortẽ. Sustinéte hîc, & vigiláte mecum. Et progréssus pusíllum, prócidit in fáciem suam, orans, & dicens. Pater mi, si possíbile est, tránseat à me calix iste. Verumtámẽ non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discípulos suos, & inuénit eos dormiéntes: & dicit Petro. Sic? non potuísti vna hora vigilâre mecum? Vigiláte, & oráte: vt non intrétis in tentatiônem. Spíritus quidem prom ptus est, caro autem infírma. Iterùm secúndò ábiit, & oráuit, dicens. Pater mi, si non potest hic calix trãsíre, nisi bibam illum: fiat volúntas tua. Et venit íterum, & inuénit eos dormiéntes. Erant enim óculi eôrum grauáti. Et relíctis illis, íterùm ábiit: &

orauit tértiò, eúndem sermónem dicens. Tunc venit ad discípulos suos, & dicit illis. Dórmite iam, & requiéscite. Ecce appropinquáuit hora: & fílius hóminis tradétur in manus peccatôrum. Súrgite, eámus: ecce appropinquáuit qui me tradet. Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duódecim venit, & cum eo turba multa cum gládiis & fústibus, missi à princípibus Sacerdótũ & senióribus pópuli. Qui autem trádidit eum, dedit illis signum, dicens. Quemcúnque osculátus fúero, ipse est: tenéte eum. Et conféstim accédens ad Iesum, dixit. Aue rabbi. Et osculátus est eum. Dixitq; illi Iesus. Amíce, ad quid veníst? Tunc accessêrunt, & manus iniecêrunt in Iesum: & tenuêrunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, exténdens manum, exémit gládium suum: & percútiens seruum príncipis sacerdótum, amputáuit aurículam eius. Tunc ait illi Iesus. Conuérte gládium tuum in locum suum: omnes enim qui accéperint gládium, gládio períbunt. An putas, quia non possum rogâre patrem meum: & exhibébit mihi modò plus quàm duódecim legiônes angelôrum? Quómodo ergo implebúntur scriptúræ? quia sic opórtet fíeri. In illa hora dixit Iesus turbis. Tanquam ad latrónem exístis cum gládiis & fústibus comprehéndere me? Quotídie apud vos sedébam docens in templo: & non me tenuístis. Hoc autem totũ factum est, vt adimpleréntur scriptûrę prophetârum. Tunc discípuli omnes relícto eo, fugêrunt. At illi tenéntes Iesum, duxêrunt ad Cáipham príncipem Sacerdótum, vbi scribæ & senióres conuénerant. Petrus autem sequebâtur eum à longè, vsq; in átrium príncipis sacerdótũ. Et ingréssus intrò, sedébat cum minístris: vt vidêret finẽ. Príncipes autem sacerdôtum & omne concílium, quærébant falsum testimónium contra Iesum, vt eum morti tráderent: & non inuenêrunt; cùm multi falsi testes accessíssent. Nouíssimè autem venêrunt duo falsi testes: & dixêrunt. Hic dixit. Possum destrúere templum Dei, & post tríduum reædificâre illud. Et surgens prínceps sacerdôtum, ait illi. Nihil respóndes ad ea, quæ isti aduérsum te testificántur? Iesus autem tacébat. Et prínceps sacerdôtum ait illi. Adiûro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus fílius Dei. Dicit illi Iesus. Tu dixísti. Verumtamen dico vobis: ámodò vidébitis fílium hóminis sedẽtem à dextris virtútis Dei, & veniéntem in núbibus cæli. Tunc prínceps sacerdôtum scidit vestímẽta sua, dicens: Blasphemáuit. Quid adhuc egémus téstibus? Ecce nunc audîstis blasphémiam: quid vobis vidêtur? At illi respondéntes, dixêrũt. Reus est mortis. Tunc exspuêrunt in fáciem eius: & coláphis eum cæcidérunt. Alii autem palmas in fáciem eius dedêrunt, dicéntes. Prophetíza nobis Christe: quis est, qui te percússit? Petrus verò sedébat foris, in átrio. Et accéssit ad eum vna ancílla, dicẽs. Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negáuit coram ómnibus, dicens. Néscio quid dicis. Exeúnte autem illo iánuam, vidit eum alia ancílla: & ait his, qui erant ibi. Et hic erat cum Iesu Nazaréno. Et íterum negáuit cum iuraménto, quia non noui hóminẽ.

Et poſt pusillum acceſsêrũt qui aſtábant: & dixêrunt Petro. Verè & tu ex illis es: nam & loquéla tua maniféſtum te facit. Tunc cœpit deteſtári & iurâre: quia non nouíſſet hóminem. Et contínuò gallus cantáuit. Et recordát⁹ eſt Petrus verbi Ieſu, quod díxerat: priùs quàm gallus cantet, ter me negábis. Et egréſſus foras, fleuit amâre. Mane autem facto, consílium iniêrunt omnes príncipes ſacerdôtum, & ſeniôres pópuli aduérſus Ieſum, vt eum morti tráderent. Et vinctũ adduxêrunt eum, & tradidêrunt Póntio Piláto præſidi. Tunc videns Iudas qui trádidit eum, quòd damnátus eſſet: pœniténtia ductus, rétulit trigínta argénteos princípibus ſacerdótum & ſenióribus, dicens. Peccáui, tradens ſánguinem iuſtum. At illi dixêrunt. Quid ad nos? Tu víderis. Et proiéctis argénteis in templo, recéſſit: & ábiens, láqueo ſe ſuſpéndit. Príncipes autẽ ſacerdótum accéptis argénteis, dixêrunt. Non licet eos mítere in corbónam: quia prétium ſánguinis eſt. Consílio autem ínito, emêrunt ex illis ágrum fíguli, in ſepultûram peregrinôrum. Propter hoc vocátus eſt ager ille, Hacéldema, hoc eſt, ager ſánguinis, vſque in hodiérnum diem. Tunc implétum eſt, quod dictum eſt per Ieremíam prophétam dicéntem. Et accepêrunt trigínta argénteos prétium appretiáti, quẽ appretiauêrunt à fíliis Iſraël: & dedêrũt eos in agrum fíguli, ſicut conſtítuit mihi Dóminus. Ieſus autem ſtetit ante præſidem. Et interrogáuit eũ præſes, dicens. Tu es rex Iudæôrum? Dicit ei Ieſus. Tu dicis. Et cùm accuſarêtur à princípibus ſacerdôtũ & ſenióribus, nihil reſpõdit. Tunc dicit illi Pilátus. Non audis, quanta aduérsũ te dicunt teſtimónia? Et non reſpóndit ei ad vllum verbum: ita vt mirarêtur præſes veheménter. Per diem autem ſolénnem conſuéuerat prę̃ſes dimíttere pópulo vnum vinctũ, quẽ voluíſſent. Habébat autẽ tunc vinctum insígnem, qui dicebâtur Baráb bas. Congregátis ergo illis, dixit Pilátus. Quem vultis dimíttam vobis: Barábbam, an Ieſum, qui dícitur Chriſtus? Sciébat enim, quòd per inuídiam tradidíſſent eum. Sedénte autem illo pro tribunáli, miſit ad eum vxor eius, dicens. Nihil tibi & iuſto illi: multa enim paſſa ſum per viſum hódie propter eum. Príncipes autem ſacerdotũ & ſeniôres perſuasêrunt pópulis, vt péterent Barábbam, Ieſum verò pérderent. Reſpóndens autem præſes, ait illis. Quem vultis vobis de duóbus dimítti? At illi dixêrunt. Barábbam. Dicit illis Pilátus. Quid ígitur fáciam de Ieſu, qui dícitur Chriſtus? Dicunt omnes. Crucifigâtur. Ait illis prę̃ſes. Quid enim mali fecit? At illi magis clamábant, dicéntes. Crucifigâtur. Videns autem Pilátus, quia nihil proficeret, ſed magis tumúltus fíeret: accépta aqua, lauit manus coram pópulo, dicens. Innocens ego ſum à ſánguine iuſti huius: vos vidéritis. Et reſpóndens vniuérſus pópulus, dixit. Sanguis eius ſuper nos, & ſuper fílios noſtros. Tunc dimíſit illis Barábbam: Ieſum autem flagellátũ trádidit eis, vt crucifigerêtur. Tunc mílites præſidis ſuſcipiéntes Ieſum in prætóriũ, congregauêrunt ad eum vniuérſam cohórtem. Et exuéntes eum, chlámidem coccíneam circum-

dedêrunt ei. Et plecténtes corónam de spinis posuêrunt super caput eius: & arúndinem in déxtera eius. Et genuflexo ante eum illudébant ei, dicéntes. Aue rex Iudæôrum. Et exspuéntes in eum, accepêrunt arúndinẽ, & percutiébant caput eius. Et postquàm illusêrunt ei, exuêrunt eũ chlámydem: & induêrunt eũ vestiméntis eius, & duxêrunt eũ vt crucifígerent. Exeúntes autẽ, inuenêrunt hóminẽ Cyrenæum, nómine Simónem: hunc angariauêrunt, vt tólleret crucem eius. Et venêrunt in locum, qui dícitur Gólgotha: quod est, Caluáriæ locus. Et dedêrunt ei vinum bíbere cum fel le mixtum. Et cùm gustâsset, nóluit bíbere. Postquàm autem crucifixêrunt eum, diuisêrunt vestiménta eius, sortẽ mitténtes: vt adimplerêtur quod dictum est per prophétam dicentem. Diuisêrunt sibi vestiménta mea: & super vestem meam misêrũt sortem. Et sedéntes seruábant eum. Et imposuérunt super caput eius causam ipsíus scriptam. Hic est Iesus rex Iudæôrum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrónes: vnus à dextris, & vnus à sinístris. Prætereúntes autem blasphemábant eum, mouéntes capita sua, & dicéntes. Vah qui déstruis templum Dei, & in tríduo reædíficas illud. Salua temetípsum: si filius Dei es, descénde de cruce. Simíliter & príncipes sacerdótum illudéntes cum scribis & senióribus, dicébant. Alios saluos fecit: seípsum nõ potest saluum fácere. Si rex Israël est, descéndat nunc de cruce: & crédimus ei. Confídit in Deo: líberet eum nunc, si vult: dixit enim; quia fílius Dei sum. Idipsum autem & latrónes, qui crucifíxi erant cum eo, improperábant ei. A sexta autem hora, ténebræ factæ sunt super vniuérsam terram, vsque ad horam nonam. Et circa horã nonã clamáuit Iesus voce magna, dicens. Eli, Eli, lammasabacthani? Hoc est. Deus meus, Deus meus; vt quid dereliquísti me? Quidam autem illic stantes & audiéntes, dicêbant. Elíam vocat iste. Et contínuò currens vnus ex eis, accéptã spóngiam impléuit acéto: & impósuit arúndini; & dabat ei bíbere. Cæteri verò dicébant. Sine, videâmus an véniat Elías líberãs eum. Iesus autem íterũ clamans voce magna, emísit spíritum. Hîc flexis genibus dicatur secretò Pater noster: & erigendo se continuetur. Et ecce velũ tẽpli scissum est in duas partes, à summo vsq; deórsum. Et terra mota est: & petræ scissæ sunt: & monuménta apérta sunt: & multa córpora sanctôrum qui dormíerant, surrexêrunt. Et exeúntes de monuméntis post resurrectiónem eius, venérunt in sanctam ciuitátem: & apparuêrunt multis. Centúrio autem, & qui cum eo erant custodiéntes Iesum, viso terræmotu, & his quæ fiébant; timuêrunt valdè, dicéntes. Verè fílius Dei erat iste. Erant autem ibi mulíeres multæ à longè, quæ secútæ erãt Iesum à Galilęa, minístrántes ei: inter quas erat María Magdaléne, & María Iacóbi, & Ioseph mater: & mater fíliôrum Zebedæi. Cùm autem serò factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathia, nómine Ioseph: qui & ipse discípulus erat Iesu. Hic accéssit ad Pilátum: & pétiit corpus Iesu. Tunc Pilátus iussit reddi corpus. Et accépto córpore, Ioseph inuóluit illud in sín-

done

done munda : & póſuit illud in monuménto ſuo nouo , quod excíderat in petra. Et aduóluit ſaxum magnũ ad óſtiũ monuménti : & ábiit. Erant autem ibi María Magdaléne , & áltera María,ſedéntes cõtra ſepúlchrũ.

Hîc cãtatur in tono euangelij abſolutè.

ALtera autem die , quæ eſt poſt Paráſceuen,conuenêrunt príncipes ſacerdótum , & Phariſæi ad Pilátum , dicéntes. Dómine, recordáti ſumus,quia ſedúctor ille dixit adhuc viuens ; poſt tres dies reſúrgam. Iube ergo cuſtodîri ſepúlchrum vſque in diem tértium: ne fortè véniant diſcípuli eius, & furéntur eum : & dicant plebi , ſurréxit à mórtuis. Et erit nouíſſimus error peior priôre. Ait illis Pilátus. Habétis cuſtódiam. Ite , cuſtodíte,ſicut ſcitis. Illi autem abeúntes, muniêrunt ſepúlchrum : ſignántes lápidem, cum cuſtódibus. Non oſculatur liber. Et dicitur C redo.

Pſa. 68. Offert. Impropérium exſpectáuit cor meum, & miſériam : & ſuſtínui qui ſimul contriſtarétur , & non fuit : conſolántem me quæsíui,& non inuéni:& dedêrunt in eſcam meam fel,& in ſiti mea potauêrunt me acéto. Secreta.

COncéde quæſumus Dómine : vt óculis tuę maieſtátis munus oblátum: & grátiam nobis deuotiónis obtíneat: & affectũ beátæ perennitâtis acquîrat. Per.

Mat 26. Communio. Pater , ſi non poteſt hic calix transíre,niſi bibam illum ; fiat volúntas tua. Complenda.

PER huius Dómine operatiónem myſtérii : & vítia noſtra purgéntur : & iuſta deſidéria compleántur. Per. Benedicámus Dómino. Reſ. Deo grátias.

FERIA SECVNDA.

Pſa. 34. IVdica Dómine nocéntes me : expúgna impugnántes me : apprehénde arma & ſcutũ , & exúrge in adiutórium meum,Dómine virtus ſalútis meæ. Pſa. Effúnde frámeam , & conclúde aduérſus eos qui me perſequúntur : dic ánimæ meæ, ſalus tua ego ſum. Iúdica.

Oratio.

DA quæſumus omnípotens Deus: vt qui in tot aduérſis ex noſtra infirmitáte defícimus : intercedénte vnigéniti filii tui paſſiône reſpirêmus. Qui tecum. Alia oratio Dómine Ieſu Chriſte fili Dei viui. fol. 105.

Léctio Iſaíæ prophétæ.

Cap 50 IN diébus illis. Dixit Iſaías. Dóminus Deus apéruit mihi aurem: ego autem non contradíco , retrórſum non ábij. Corpus meum dedi percutiéntibus,& genas meas velléntibus. Fáciem meã non auérti ab increpántibus , & conſpuéntibus in me. Dóminus Deus auxiliâtor meus : ideò non ſum confúſus : ideò póſui fáciem meam, vt petram duríſſimam: & ſcio , quóniam non confúndar. Iuxta eſt, qui iuſtíficat me : quis contra dícet mihi ? Stemus ſimul : quis eſt aduerſárius meus ? Accédat ad me. Ecce Dóminus Deus, auxiliâtor meus : quis eſt, qui condémnet me ? Ecce, omnes quaſi veſtiméntum conteréntur : tínea cómedet eos. Quis ex vobis timens Dóminum, aúdiens vocem ſerui ſui ? Quis ambuláuit in ténebris,& non eſt lumen ei ? Speret in nómine Dómini, & innitátur ſuper Dóminum Deum ſuum..

Gradu. Exúrge Dómine,& inténde iu- Pſa. 34.

dício meo Deus meus, & Dóminus meus in causam meam. Ver. Effúnde frámeam,& conclúde aduérsus eos,qui me persequúntur.

Tractus. Dómine non secúndũ. fol. 51.

Sequéntia sancti euangélij secúndum Ioánnem.

Cap 12. ANte sex dies Paschæ venit Iesus Bethániam: vbi Lázarus fúerat mórtuus,quem suscitáuit Iesus.Fecérunt autem ei cœnam ibi: & Martha ministrábat. Lázarus verò vnus erat ex discumbéntibus cum eo.Maria ergo accépit libram vnguénti nardi pístici pretiôsi:& vnxit pedes Iesu, & extérsit pedes eius capíllis suis: & domus impléta est ex odôre vnguénti. Dixit ergo vnus ex discípulis eius, Iudas Iscariótes, qui erat eum traditûrus. Quare hoc vnguéntum non véniit trecéntis denáriis,& datum est egénis? Dixit autem hoc, non quia de egénis pertinébat ad eũ: sed quia fur erat, & lóculos habens, ea quæ mittebántur,portábat. Dixit ergo Iesus. Sínite illam, vt in diem sepultûræ meæ seruet illud. Páuperes enim semper habétis vobíscum:me autem non semper habébitis. Cognóuit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic esset: & venêrunt non propter Iesum tantùm, sed vt Lázarum vidêrent, quem suscitáuit à mórtuis.Cógitauêrunt autem príncipes sacerdótum,vt & Lázarum interfícerent: quia multi propter illum abíbant ex Iudæis, & credébant in Iesum. In crástinum autem turba multa, quæ vénerat ad diem festum, cùm audíssent quia Iesus venit Ierosólymam: accepêrunt ramos palmârum: & processêrunt óbuiam ei, & clamábant. Hosánna; benedíctus,qui venit in nómine Dómini, rex Israël. Et inuénit Iesus aséllum: & sedit super eum, sicut scriptum est. Noli timêre fília Sion: ecce rex tuus venit, sedens super pullũ ásinæ. Hæc non cognouêrunt discípuli eius primùm: sed quando glorificátus est Iesus: tunc recordáti sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecêrunt ei. Testimónium ergo perhibébat turba, quæ erat cũ eo quando Lázarum vocáuit de monuménto, & suscitáuit eum à mórtuis. Proptérea & óbuiam ei venit turba:quia audiêrunt eum fecísse hoc signum. Pharisæi ergo dixêrũt ad semetípsos. Vidétis, quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum ábiit. Erant autem quidam gentíles ex his, qui ascénderant:vt adorârent in die festo. Hi ergo accessêrunt ad Philíppum, qui erat à Bethsaida Galilææ: & rogábant eum, dicéntes. Dómine, vólumus Iesum vidêre. Venit Philíppus, & dicit Andréæ. Andreas rursum & Philíppus,dixêrunt Iesu. Iesus autem respóndit eis, dicens. Venit hora, vt clarificêtur fílius hóminis. Amen amen dico vobis: nisi granũ fruménti cadens in terram,mórtuum fúerit: ipsum solum manet. Si autem mórtuum fúerit,multum fructum affert. Qui amat ánimam suam, perdet eã. Et qui odit ánimã suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. Si quis mihi minístrat, me sequâtur. Et vbi ego sum: illic & miníster meus erit.Si quis mihi ministráuerit:honorificábit eum pater meus. Nunc ánima mea turbâta est: & quid dicã? Pater, saluífica me ex hac hora. Sed proptérea veni in hanc horam.Pater,

clarí-

clarífica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo, dicens. Et clarificáui: & íterum clarificábo. Turba ergo quæ ſtabat, & audíerat: dicébat tonítruum eſſe factum. Alij autem dicébant: ángelus ei locútus eſt. Reſpóndit Ieſus, & dixit. Non propter me hæc vox venit: ſed propter vos. Nunc iudícium eſt mundi: nunc princeps huius mundi eiiciétur foras. Et ego, ſi exaltátus fúero à terra, ómnia traham ad meípſum. Hoc autem dicébat, ſignificans qua morte eſſet moritúrus. Reſpóndit ei turba. Nos audíuimus ex lege, quia Chriſtus manet in ætérnum: & quómodo tu dicis, opórtet exaltâri fílium hóminis? Quis eſt iſte fílius hóminis? Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc módicum lumen in vobis eſt. Ambuláte, dum lucem habétis: vt non ténebræ vos compre héndant. Et qui ámbulat in ténebris, neſcit quò vadat. Dum lucem habétis, crédite in lucem: vt fílii lucis ſitis. Hæc locútus eſt Ieſus: & ábiit, & abſcóndit ſe ab eis.

Offert. Eripe me de inimícis meis Dómine: ad te confugi: doce me fácere voluntátem tuã: quia Deus meus es tu. Pſa. 142.

Secreta.

HAec ſacrifícia nos omnipotẽs Deus poténti virtúte mundátos: ad ſuum fáciant puriôres venîre princípium. Per. Alia Secreta, Oblátum tibi Dómine.

Communio. Erubéſcant & reuereántur ſimul, qui gratulántur malis meis: induántur pudôre & reueréntia, qui malígna loquúntur aduérſum me. Pſa. 34.

Complenda.

PRæbeant nobis Dómine diuínũ tua ſancta feruôrem: quo eôrũ páriter & actu delectêmur, & fructu. Per. Alia Complenda Dómine Ieſu Chriſte. Super populum.

Orémus. Humiliâte.

ADiúua nos DEVS ſalutâris noſter: & ad benefícia recolénda, quibus nos inſtaurâre dignátus es: tríbue venîre gaudéntes. Per.

FERIA TERTIA.

NOs autem gloriâri opórtet in cruce Dómini noſtri Ieſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita, & reſurréctio noſtra: per quẽ ſaluáti, & liberáti ſumus. Pſal. Deus miſereâtur noſtri, & benedícat nobis: illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereâtur noſtri. Nos autem, Oratio. Gal 6. Pſa. 66.

OMnípotens ſempitérne Deus: da nobis ita Domínicæ paſſiónis ſacraménta perágere: vt indulgẽtiam percípere mereâmur. Per eúndem. Alia oratio. Eccléſiæ tuæ.

Léctio Ieremíæ Prophétæ.

IN diêbus illis, Dixit Ieremías. Dómine demonſtrâſti mihi, & cognóui: tu oſtendíſti mihi ſtúdia eôrum. Et ego quaſi agnus manſuétus, qui portâtur ad víctimam: & nõ cognôui: quia cogitauêrunt ſuper me conſília, dicéntes. Mittâmus lignum in panem eius, & eradâmus eum de terra viuéntium: & nomen eius nõ memorêtur ámplius. Tu autem Dómine Sabaóth, qui iúdicas iuſtè, & probas renes & corda: vídeam vltiónem tuam ex eis: tibi enim reueláui cauſam meam, Dómine Deus meus. Cap 11.

Gradu. Ego autem, dum mihi moléſti eſſent, induébam me cilício, & humiliábam in ieiúnio ánimam meam: & orátio Pſa. 34.

mea in sinu meo conuertétur. Ver. Iúdica Dómine nocéntes me, expúgna impugnántes me: apprehénde arma & scutum, & exúrge in adiutórium mihi.

Pássio Dómini nostri Iesu Christi secúndùm Marcum.

C. p. 14. IN illo témpore. Erat Pascha & azyma post bíduum: & quærébant summi sacerdótes & scribæ, quómodo Iesum dolo tenérent, & occíderent. Dicébant autem. Non in die festo. Ne fortè tumúltus fíeret in pópulo. Et cùm esset Iesus Bethániæ in domo Simónis leprósi, & recúmberet: venit múlier habens alabástrum vnguénti nardi spicáti pretiósi: & fracto alabástro, effúdit super caput eius. Erant autem quidam indígnè feréntes intra semetípsos, & dicéntes. Vt quid perditio ista vnguénti facta est? póterat enim vnguéntum istud venundâri plus quàm trecéntis denáriis, & dari paupéribus. Et fremébāt in eam. Iesus autem dixit. Sínite eam. Quid illi molésti estis? Bonum opus operáta est in me. Semper enim páuperes habétis vobiscum: & cùm voluéritis, potéstis illis benefácere: me autem non semper habébitis. Quod hábuit hæc, fecit: præuénit úngere corpus meum in sepultûram. Amen dico vobis: vbicúnque prædicátum fúerit euangélium istud in vniuérso mundo: & quòd fecit hæc, narrábitur in memóriā eius. Et Iudas Iscariótes vnus de duódecim, ábiit ad summos sacerdótes: vt próderet eum illis. Qui audiéntes gauísi sunt: & prómisêrunt ei pecúniam se datûros. Et quærébat quómodo illum opportúnè tráderet. Et primo die azymôrum quando pascha immolábant, dicunt ei discípuli. Quò vis eámus, & parémus tibi, vt mandúces pascha? Et mittit duos ex discípulis suis: & dicit eis. Ite in ciuitátē: & occúrret vobis homo lagénam aquæ báiulans, sequímini eum: & quocúnque introíerit, dícite dómino domus: quia magíster dicit. Vbi est refféctio mea: vbi pascha cum discípulis meis mandúcem? Et ipse demonstrábit vobis cœnáculum grande, stratum: & illic paráte nobis. Et abiérunt discípuli eius, & venêrunt in ciuitátem: & inuenêrunt sicut díxerat illis, & parauêrunt pascha. Véspere autem facto, venit cum duódecim. Et discumbéntibus eis, & manducántibus, ait Iesus. Amē dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me, qui mandúcat mecum. At illi cœpérunt contristâri, & dícere ei singillâtim. Nunquid ego? Qui ait illis. Vnus ex duódecim, qui intíngit mecum manum in catíno. Et fílius quidem hóminis vadit, sicut scriptū est de eo. Væ autem hómini illi, per quem fílius hóminis tradétur. Bonū erat ei, si non esset natus homo ille. Et manducántibus illis, accépit Iesus panem: & benedícens fregit, & dedit eis, & ait. Súmite: hoc est corpus meum. Et accépto cálice, grátias agens dedit eis. Et bibêrunt ex illo omnes. Et ait illis. Hic est sanguis meus noui testaménti, qui pro multis effundétur. Amen dico vobis: quòd iam non bibam de genímine vitis vsque in diem illum, cùm illud bibam nouum in regno Dei. Et hymno dicto, exiêrunt in montem oliuârum. Et ait eis Iesus. Omnes scandalizabímini in nocte ista: quia scriptum est. Per-

cútiam

cútiam pastôrem; & dispergéntur oues gregis. Sed postquam resurréxero, præcédam vos in Galilæam. Petrus autem ait illi. Et si omnes scandalizáti fúerint, sed non ego. Et ait illi Iesus. Amen dico tibi: quia tu hódie in nocte hac, priúsquam gallus bis vocem déderit, ter me es negatûrus. At ille ámplius loquebâtur. Et si oportúerit me símul commôri tibi, non te negâbo. Simíliter autem & omnes dicébant. Et véniunt in prædium, cui nomen Gethsémani: & ait discípulis suis. Sedéte hîc, donec orē. Et assûmit Petrum, & Iacóbum, & Ioánnem secum: & cœpit pauêre, & tædêre. Et ait illis. Tristis est ánima mea vsque ad mortem. Sustinéte hîc, & vigilâte. Et cùm processísset páululum, prócidit super terram: & orábat, vt si fíeri posset, transîret ab eo hora: & dixit. Abba, pater, ómnia tibi possibília sunt: trãsfer cálicē hunc à me. Sed non quod ego volo; sed quod tu. Et venit, & inuénit eos dormiéntes. Et ait Petro. Simon, dormis? Nõ potuísti vna hora vigilâre mecũ? Vigilâte, & orâte: vt nõ intrétis in tẽtatiónẽ. Spíritus quidem promptus est, caro autẽ infírma. Et íterum ábiens oráuit, eúndẽ sermónem dicẽs. Et reuérsus, dénuò inuénit eos dormiéntes: erant enim óculi eôrũ grauáti: & ignorâbant, quid respónderent ei. Et venit tértiò: & ait illis. Dormîte iam, & requiéscite. Súfficit. Venit hora. Ecce tradêtur fílius hóminis in manus peccatôrum. Súrgite, eámus: ecce, qui me tradet, propè est. Et adhuc eo loquénte, venit Iudas Iscariótes vnus de duódecim, & cum illo turba multa cũ gládiis & lignis, missi à summis sacerdótibus, & scribis, & senióribus. Déderat autem tráditor eis signum, dicens. Quemcúnq; oscu látus fúero, ipse est: tenéte eum, & dúcite cautè. Et cùm venísset, statim accédens ad eum, ait. Rabbi. Et oscu látus est eum. At illi manus iniecêrunt in Iesum, & tenuêrunt eum. Vnus autem de circumstántibus edúcens gládium, percússit seruum summi sacerdótis: & amputáuit illi aurículam. Et respóndens Iesus, ait illis. Tanquam ad latrónem exístis cum gládiis & lignis, comprehéndere me? Quotídie apud vos eram in templo docens, & non me tenuístis. Sed vt impleântur scriptûræ. Tunc discípuli eius relinquéntes eum, omnes fugêrunt. Adoléscens autem quidam sequebâtur eum, amíctus síndone super nudo: & tenuêrunt eum. At ille reiécta síndone, nudus profúgit ab eis. Et adduxêrunt Iesum ad summũ sacerdótem: & conuenêrunt omnes sacerdótes, & scribæ, & seniôres. Petrus autem à longè secútus est eum vsque intrò in átrium summi sacerdótis: & sedébat cum minístris, & calefaciébat se ad ignem. Summi verò sacerdótes & omne concílium, quærébant aduérsus Iesum testimónium, vt eum morti tráderent: nec inueniébant. Multi autem falsum testimónium dicébant aduérsus eum: & cõueniéntia testimónia non erant. Et quidam súrgentes, falsum testimónium ferébant aduérsus eum, dicéntes. Quóniam nos audíuimus eum dicéntem. Ego dissóluam templum hoc manufáctum: & post tríduum áliud non manufáctum ædificábo. Et non erat conuéniens testimónium illôrũ.

Et exúr-

Et exúrgens summus sacérdos in médium, interrogáuit Iesum, dicens. Nō respóndes quicquam ad ea, quæ tibi obiiciúntur ab his? Ille autem tacébat, & nihil respóndit. Rursum summus sacerdos interrogâbat eum; & dixit ei. Tu es Christus fílius Dei benedícti? Iesus autē dixit illi. Ego sum. Et vidébitis fílium hóminis sedéntē à dextris virtútis Dei, & veniéntem cum núbibus cæli. Summus autem sacérdos scindens vestiménta sua, ait. Quid adhuc desiderâmus testes? Audístis blasphémiam: quid vobis vidétur? Qui omnes condemnauêrunt eum esse reum mortis. Et cœpêrunt quidam conspúere eum, & velâre fáciem eius; & coláphis eum cædere; & dícere ei. Prophetíza. Et minístri álapis eum cædébant. Et cùm esset Petrus in átrio deôrsum, venit vna ex ancíllis summi sacerdótis: & cúm vidísset Petrum calefaciéntem se, aspíciens illum ait. Et tu cum Iesu Nazaréno eras? At ille negáuit, dicens. Neque scio, neque noui quid dicas. Et éxiit foras ante átrium: & gallus cātáuit. Rursus autem cùm vidísset illū ancílla, cœpit dícere circumstántibus: quia hic ex illis est. At ille íterū negáuit. Et post pusíllum rursus, qui astábant, dicébant Petro. Verè ex illis es: nam & Galilæus es. Ille autem cœpit anathematizâre & iurâre: quia néscio hóminem istum, quem dícitis. Et statim íterum gallus cantáuit. Et recordâtus est Petrus verbi, quod díxerat ei Iesus: priùs quàm gallus cantet bis, ter me negábis. Et cœpit flere. Et conféstim, mane consílium faciéntes summi sacerdótes cum senióribus & scribis & vniuérso concílio, vinciéntes Iesum, duxêrunt & tradidérunt Piláto. Et interrogáuit eum Pilátus. Tu es rex Iudæôrum? At ille respóndens, ait illi. Tu dicis. Et accusábant eum summi sacerdótes in multis. Pilátus autem rursum interrogáuit eum, dicens. Non respondes quicquam? Vide in quantis te accusant. Iesus autē ámplius nihil respóndit: ita vt mirarêtur Pilátus. Per diem autem festum solébat illis dimíttere vnum ex vinctis, quemcúnque petiíssent. Erat autem qui dicebâtur Barábbas, qui cùm seditiosis erat vinctus: qui in seditiône fécerat homicídium. Et cum ascendísset turba, cœpit rogâre, sicut semper faciébat illis. Pilátus autem respóndit eis, & dixit. Vultis dimíttam vobis regem Iudæôrum? Sciébat enim, quòd per inuídiam tradidíssent eum summi sacerdótes. Pontífices autem concitauêrunt turbam; vt magis Barábbam dimítteret eis. Pilátus autem íterum respóndens, ait illis. Quid ergo vultis fáciam regi Iudæôrum? At illi íterum clamauêrunt. Crucifíge eum. Pilátus verò dicébat eis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamábant. Crucifíge eum. Pilátus autem volens pópulo satisfácere, dimísit illis Barábbam: & trádidit Iesum flagéllis cæsum, vt crucifigerêtur. Mílites autem duxêrunt eum intrò in átrium prætórii: & cónuocant totam cohórtem: & índuunt eū púrpura: & impónunt ei plecténtes spíneam corónam. Et cœpêrunt salutâre eum. Aue rex Iudæorum. Et percutiébant caput eius arúndine: & conspuébant eum: & ponéntes génua, adorâbant eum. Et postquàm illusérunt ei, exuêrunt il-

lum

lum púrpura: & induêrunt eum vestiméntis suis: & edúcunt illum, vt crucifígerent eum. Et angariauêrunt prætereúntem quempiam, Simónē Cyrenæum veniéntem de villa, patrē Alexándri & Rufi: vt tólleret crucem eius. Et perdúcūt illum in Gólgotha locum: quod est interpretâtum, Calváriæ locus. Et dabant ei bíbere myrrhâtum vinū: & non accépit. Et crucifigéntes eum, diuisérunt vestiménta eius: mitténtes sortē super eis, quis quid tólleret. Erat autem hora tértia: & crucifixêrunt eum. Et erat títulus causæ eius inscríptus: Rex Iudæôrū. Et cum eo crucifixêrunt duos latrónes: vnum à dextris, & álium à sinístris. Et impléta est scriptúra, quæ dicit: Et cum iníquis reputátus est. Et prætereúntes blasphemábant eum, mouéntes cápita sua, & dicéntes. Vah, qui déstruis templum Dei, & in tribus diébus reædíficas: sáluum fac temetípsum, descéndens de cruce. Simíliter & summi sacerdótes illudéntes, ad alterútrū cum scribis dicébant. Alios saluos fecit: seípsum non potest saluum fácere. Christus rex Israël descéndat nunc de cruce: vt videámus, & credámus. Et qui cū eo crucifíxi erant, conuitiabántur ei. Et facta hora sexta, ténebræ factæ sunt super totam terram, vsq; in horā nonā. Et hora nona exclamáuit Iesus voce magna, dicens. Eloi, Eloi: lamma zabacthani? Quod est interpretátū, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquísti me? Et quidā de circumstātibus audiéntes, dicébant. Ecce, Elíam vocat. Currens autem vnus, & implens spóngiam acéto, circumponensque cálamo, potum dabat ei, dicens. Sínite: videámus, si veniat Elías ad deponéndum eum. Iesus autem emíssa voce magna exspiráuit. Pater noster. Et velum templi scissum est in duo, à súmmo vsq; deôrsum. Videns autem Centúrio, qui ex aduérso stabat, quia sic clamans expirâsset, ait. Verè hic homo fílius Dei erat. Erant autem & mulíeres de longè aspiciéntes: inter quas erat María Magdaléne, & María Iacóbi minôris, & Ioseph mater, & Sálome: & cùm esset in Galilæa, sequebántur eum, & ministrábant ei: & áliæ multæ, quæ símul cum eo ascénderāt Ierosólymā.

Isa. 53

Hic cantatur in tono euāgelii, absolutè.

ET cùm iam serò esset factū (quia erat parásceue, quod est ante Sábbathum) venit Ioseph ab Arimathia nóbilis decúrio, qui & ipse erat exspéctans regnum Dei. Et audácter introíuit ad Pilátum, & pétiit corpus Iesu. Pilátus autem mirabátur, si iam obiísset. Et accersíto Centuriône, interrogâuit eum si iam mórtuus esset. Et cū cognouísset à Centurióne, donáuit corpus Ioseph. Ioseph autem mercátus síndonem, & déponens eū inuóluit síndone, & pósuit eum in monuménto, quod excísum erat de petra. Et aduóluit lápidem ad óstium monuménti..

Offert. Custódi me Dómine de manu peccatôris: & ab homínibus iníquis éripe me. Psa. 139.

Secreta.

SAcrifícia nos, quæsumus, Dómine, propénsius ista restáurēt: quæ medicinálibus sunt institúta ieiúniis. Per. **Alia Secreta** Protege nos. Psa. 68.

Communio. Aduérsum me exercebātur qui sedébant in porta, & in me psallébant qui bibébant vinum: ego verò

oratiónem meam ad te Dómine: tempus benepláciti Deus: in multitúdine mi sericórdiæ tuæ. Complenda.

SAnctificatiónibus tuis, omnípotens Deus: & vítia nostra curéntur: & remédia sempitérna prouéniant. Per. Alia Complenda, Quæsumus Dómine. Super populum.

Orémus. Humiliâte.

TVa nos misericórdia Deus: & ab omni surreptiône vetustátis expúrget: & capáces sanctæ nouitátis efficiat. Per.

FERIA QVARTA.

Phil 2. IN nómine Iesu omne genu flectâtur, cæléstium, terréstrium, & infernôrum: quia Dóminus factus est obédiens vsque ad mortem, mortem autem crucis: ídeo Dóminus Iesus Christus in glória est Dei patris. Psal. Dómine exáudi oratiónem meam: & clamor meus ad te véniat. In nómine. Sine Dóminus vobíscum dicitur Orémus.

Pſa. 101.

Flectámus genua. Leuáte. Oratio.

PRæsta quęsumus omnípotẽs Deus: vt qui pro nostris excéssibus inceſsánter affligimur: per vnigéniti tui passiônem liberêmur. Qui tecum.

Léctio Isaíæ prophétæ.

Cap 63. HAec dicit Dóminus Deus. Dícite fíliæ Sion. Ecce saluátor tuus venit: ecce merces eius cum eo: & opus eius coram illo. Quis est iste qui venit de Edom, tinctis véstibus de Bosra? Iste formósus in stola sua, grádiens in multitúdine fortitúdinis suæ. Ego qui loquor iustítiam: & propugnâtor sum ad saluándum. Quare ergo rubrum est induméntum tuum, & vestiménto tua sicut calcántium in torculâri? Tórcular calcáui solus: & de géntibus non est vir mecũ. Calcáui eos in furôre meo: & conculcáui eos in ira mea. Et aspérsus est sanguis eôrum super vestiménta mea: & ómnia induménta mea inquináui. Dies enim vltiónis in corde meo: annus retributiónis meę venit. Circumspéxi, & non erat auxiliâtor: quæsíui, & non erat qui adiuuâret. Et saluâuit mihi brachium meum: & indignátio mea ipsa auxiliâta est mihi. Et cõculcáui pópulos in furôre meo: & inebriáui eos in indignatióne mea, & detráxi in terram virtútẽ eôrũ. Miseratiônum Dómini recordâbor: laudem Dómini super ómnibus, quę reddidit nobis Dóminus Deus noster.

Gradu. Ne auértas fáciem tuam à púero tuo, quóniam tríbulor: velóciter exáudi me Dómine. Ver. Saluum me fac Deus, quóniam intrauêrunt aquæ vsque ad ánimam meam: infíxus sum in limo profúndi, & non est substántia. Hîc dicitur Dóminus vobíscum. Orémus. sine Flectámus genua. Oratio.

Pſa. 68.

DEus qui pro nobis fílium tuum crucis patíbulum subíre voluísti: vt inimíci à nobis expélleres potestâtem: concéde nobis fámulis tuis: vt resurrectiônis grátiam consequâmur. Per eúndem. Secũda oratio pro Papa, tertia verò pro peccatis.

Léctio Isaíæ prophétæ.

Cap 53. IN diébus illis, Dixit Isaías. Dómine, quis crédidit auditui nostro? & bráchium Dómini cui reuelátum est? Et ascéndet sicut virgúltum coram eo: & sicut radix de terra sitiénti: nõ est spécies ei, neq; decor. Et vídimus eum, & non erat aspéctus, & desideráuimus

ráuimus eum: despéctum & nouíssimum virôrum, virum dolôrum & sciéntem infirmitátem. Et quasi abscôditus vultus eius, & despéctus: vnde nec reputáuimus eum. Verè languôres nostros ipse tulit: & dolôres nostros ipse portáuit. Et nos putáuimus eum quasi leprôsum, & percússum à Deo, & humiliâtum. Ipse autem vulnerâtus est propter iniquitátes nostras: attrítus est propter scélera nostra. Disciplína pacis nostræ super eum: & liuôre eius sanáti sumus. Omnes nos quasi oues erráuimus, vnusquisque in viam suam declináuit: & pósuit Dóminus in eo iniquitátes ómnium nostrûm. Oblátus est, quia ipse vóluit: & non apéruit os suum. Sicut ouis ad occisiónem ducétur: & quasi agnus coram tondénte se, obmutéscet, & non apériet os suum. De angústia, & de iudício sublátus est. Generatiônem eius quis enarrábit? Quia abscíssus est de terra viuéntiũ. Propter scelus pópuli mei percússi eum. Et dabit ímpios pro sepultûra, & díuites pro morte sua: eò quòd iniquitátem non fécerit, neque dolus fúerit in ore eius. Et Dóminus vóluit eum contérere in infirmitâte. Si posúerit pro peccáto ánimam suam, vidébit semen longæuum: & volúntas Dómini in manu eius dirigêtur. Pro eo quòd laboráuit ánima eius, vidébit & saturábitur. In sciéntia sua iustificábit ipse iustus seruus meus multos: & iniquitátes eôrum ipse portábit. Ideò dispértiam ei plúrimos: & fórtium díuidet spólia, pro eo quòd trádidit in mortem ánimam suam, & cum scelerâtis reputâtus est. Et ipse peccáta multôrum tulit: & pro trãsgressôribus rogáuit.

Tractus. Dómine exáudi oratiónẽ meam, & clamor meus ad te véniat. Ver. Non auértas fáciem tuam à me: in quacúnque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam. Ver. In quacúnque die inuocáuero te, velóciter exáudi me. Ver. Quia defecêrunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut in frixório cõfrixa sunt. Ver. Percússus sum sicut fœnum, & áruit cor meum: quia oblítus sum manducâre panem meum. Ver. Tu exúrgens Dómine miseréberis Sion: quia venit tempus miseréndi eius.

Pss. 101.

Pássio Dómini nostri Iesu Christi secúndum Lucam.

IN illo témpore. Appropinquábat dies festus azymôrum, qui dícitur pascha: & quærébant príncipes sacerdôtum & scribæ, quómodo Iesum interfícerent: timébant verò plebem. Intráuit autem satánas in Iudam, qui cognominabâtur Iscariótes, vnũ de duódecim. Et ábiit, & locútus est cũ princípibus sacerdótum & magistrátibus, quemádmodum illum tráderet eis. Et gauísi sunt; & pacti sunt pecúniã illi dare: & spopóndit. Et quærébat opportunitátem, vt tráderet illum sine turbis. Venit autem dies azymôrum, in qua necésse erat occídi pascha. Et misit Iesus Petrum & Ioánnem, dicens. Eúntes, paráte nobis pascha: vt manducêmus. At illi dixêrunt. Vbi vis parémus? Et dixit ad eos. Ecce, introeúntibus vobis in ciuitâtem, occúrret vobis homo ámphoram aquæ portans: sequímini eum in domum, in quam intrat: & dicétis patrifamiliâs domus. Dicit tibi magíster: vbi est diuersóriũ, vbi pascha

Cap 22.

cum discípulis meis manducem? Et ipse vobis osténdet cœnáculum magnum stratum: & ibi paráte. Eúntes autem inuenêrunt, sicut dixit illis Iesus: & parauêrunt pascha. Et cùm facta esset hora, discúbuit, & duódecim Apóstoli cum eo: & ait illis. Desidério desideráui hoc pascha manducâre vobíscum, antequàm pátiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducábo illud, donec impleátur in regno Dei. Et accépto cálice, grátias egit, & dixit. Accípite, & diuídite inter vos. Dico enim vobis: quòd non bibam de generatióne vitis, donec regnum Dei véniat. Et accépto pane, grátias egit, & fregit: & dedit eis, dicens. Hoc est corpus meũ, quod pro vobis datur: hoc fácite in meam commemoratiônem. Simíliter & cálicem, postquàm cœnáuit, dicens. Hic cálix nouum testaméntum est in sánguine meo, qui pro vobis fundêtur. Verumtámen ecce manus tradêtis me, mecum est in mensa. Et quidẽ fílius hóminis secúndùm quod definîtum est, vadit: verumtámen væ hómini illi, per quem tradêtur. Et ipsi cœpêrunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc factûrus esset. Facta est autem & conténtio inter eos, quis eôrum viderêtur esse maior. Dixit autem eis. Reges géntium dominántur eôrum: & qui potestátem habent super eos, benéfici vocántur. Vos autẽ non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcéssor est, sicut ministrâtor. Nam quis maior est, qui recúmbit, an qui minístrat? Nonné qui recúmbit? Ego autem in médio vestrûm sum, sicut qui minístrat? vos autem estis, qui permansístis mecum in tentatiónibus meis. Et ego dispóno vobis, sicut dispósuit mi gi pater meus regnum: vt edátis & bibátis super mẽsam meam in regno meo: & sedeátis super thronos, iudicántes duódecim tribus Israël. Ait autem Dóminus Simôni. Simon, ecce satánas expetíuit vos, vt cribrâret sicut tríticum. Ego autem rogáui pro te, vt non defíciat fides tua: & tu aliquando conuérsus, confírma fratres tuos. Qui dixit ei. Dómine, tecum parátus sum & in cárcerem, & in mortem ire. At ille dixit. Dico tibi Petre, nõ cantábit hódie gallus, donec ter ábneges nosse me. Et dixit eis. Quando misi vos sine sácculo & pera, & calciaméntis: nunquid áliquid défuit vobis? At illi dixêrunt. Nihil. Dixit ergo eis. Sed nũc qui habet sáculum, tollat: símiliter & peram: & qui nõ habet, vendat túnicam suam, & emat gládium. Dico enim vobis: quóniam adhuc hoc quod scriptum est, opórtet implêri in me, Et cum iníquis deputátus est. Etenim ea, quæ sunt de me, finem habent. At illi dixêrunt. Dómine, ecce gládii duo hîc. At ille dixit eis. Satis est. Et egréssus ibat secúndùm consuetúdinẽ in mõtem oliuárum. Secúti sunt autem illum & discípuli. Et cùm peruenísset ad locum, dixit illis. Orâte, ne intrétis in tentatiônem. Et ipse auúlsus est ab eis quantum iactus est lápidis: & pósitis génibus orábat, dicens. Pater, si vis, transfer cálicem istum à me. Verumtámen non mea volúntas, sed tua fiat. Appáruit autem illi ángelus de cælo, confórtans eum. Et factus in agónia, prolíxius orábat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sánguinis

guinis decurréntis in terram. Et cùm ſurrexíſſet ab oratióne, & veníſſet ad diſcípulos ſuos, inuénit eos dormién tes præ triſtítia: & ait illis. Quid dormítis? Súrgite, orâte: ne intrétis in tentatiônem. Adhuc eo loquénte, ecce turba: & qui vocabâtur Iudas, vnus de duódecim, antecedébat eos: & appropinquáuit Ieſu, vt oſcularêtur eum. Ieſus autem dixit illi. Iuda óſculo fílium hóminis tradis? Vidéntes autem hi, qui circa ipſum erant, quod futûrum erat, dixêrunt ei. Dómine, ſi percútimus in gládio? Et percúſſit vnus ex eis ſeruum príncipis ſacerdôtum: & amputâuit aurículam eius déxteram. Reſpóndens autem Ieſus, ait. Sínite vſq; huc. Et cùm tetigíſſet aurículam eius, ſanáuit eũ. Dixit autem Ieſus ad eos qui vénerãt ad ſe, príncipes ſacerdótum, & magiſtrátus templi, & ſeniôres. Quaſi ad latrônem exíſtis cum gládiis & fústibus? Cùm quotídie vobíſcum fúerim in templo, non extẽdíſtis manus in me. Sed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrârum. Comprehendéntes autem eum, duxêrunt ad domum príncipis ſacerdôtum. Petrus verò ſequebátur eum à longè. Accénſo autẽ igne in médio átrii, & circumſedéntibus illis, erat Petrus in médio eôrũ. Quem cùm vidíſſet ancílla quædam ſedéntem ad lumen, & eum fuíſſet intúita, dixit. Et hic cũ illo erat. At ille negáuit eum, dicens. Múlier, non noui illum. Et poſt puſíllum álius videns eum, dixit. Et tu de illis es. Petrus verò ait. O homo, non ſum. Et interuállo facto quaſi horę vníus, álius quidã affirmábat, dicens. Verè & hic cum illo erat: nam & Galilęus eſt. Et ait Petrus. Homo, néſcio quid dicis. Et cõtinuò, adhuc illo loquénte, cantáuit gallus. Et cõuérſus Dóminus reſpéxit Petrũ. Et recordátus eſt Petrus verbi Dómini, ſicut díxerat: quia priùs quàm gallus cãtet, ter me negâbis. Et egréſſus foras Petrus, fleuit amârè. Et viri qui tenébãt Ieſum, illudébant ei, cædẽtes. Et velauêrunt eum: & percutiébant fáciem eius: & interrogábant eum, dicéntes. Prophetíza, quis eſt, qui te percúſſit? Et ália multa blaſphemántes dicébant in eum. Et vt factus eſt dies, conuenêrunt ſeniôres plebis, & príncipes ſacerdôtum, & ſcribæ: & duxêrunt illum in concílium ſuum, dicéntes. Si tu es Chriſtus, dic nobis? Et ait illis. Si vobis díxero, non credétis mihi: ſi autem & interrogáuero, non reſpondébitis mihi, neque dimittétis. Ex hoc autem erit fílius hóminis ſedens à dextris virtútis Dei. Dixêrunt autem omnes. Tu ergo es fílius Dei? Qui ait, vos dícitis, quia ego ſum. At illi dixêrunt. Quid adhuc deſiderâmus teſtimónium? Ipſi enim audíuimus de ore eius. Et ſurgens omnis multitúdo eôrum, duxêrunt illum ad Pilâtum. Cœpêrunt autem accuſâre illũ, dicéntes. Hunc inuénimus ſubuerténtem gentẽ noſtram: & prohibéntem tribúta dari Cæſari: & dicéntem, ſe Chriſtum regem eſſe. Pilâtus autem interrogáuit eũ, dicens. Tu es rex Iudæôrum? At ille reſpóndens, ait. Tu dicis. Ait autem Pilâtus ad príncipes ſacerdôtum & turbas. Nihil inuénio cauſæ in hoc hómine. At illi inualeſcébant, dicéntes. Commóuit pópulum, docens per vniuérſam Iudæam, incípiens à Galilæa vs-

que huc. Pilátus autem áudiens Galilæam,interrogáuit si homo Galilæus esset. Et vt cognóuit, quòd de potestáte Heródis esset, remísit eum ad Heródem: qui,& ipse Ierosólymis erat illis diébus. Heródes autem viso Iesu, gauísus est valdè. Erat enim cúpiens ex multo témpore vidêre eum. eò quòd audíerat multa de illo: & sperâbat signum aliquod vidêre ab eo fíeri. Interrogábat autem eũ multis sermónibus: at ipse nihil illi respondébat. Stabant autem príncipes sacerdôtum & scribæ, constánter accusántes eum. Spreuit autem illum Heródes cum exércitu suo: & illúsit indûtum veste alba, & remísit ad Pilátum. Et facti sunt amíci Heródes & Pilátus in ipsa die: nam antea inimíci erant adínuicem. Pilátus autem conuocátis princípibus sacerdôtum, & magistrátibus,& plebe, dixit ad illos. Obtulístis mihi hunc hóminem, quasi auerténtem pópulum: & ecce ego coram vobis intérrogans, nullã causam inuénio in hómine isto, ex his in quibus eum accusátis. Sed neque Heródes: nam remísi vos ad illum: & ecce, nihil dignum morte actum est ei. Emendátum ergo illũ dimíttam. Necésse autẽ habébat dimíttere eis per diem festum,vnum. Exclamáuit autem simul vniuérsa turba, dicens. Tolle hunc, & dimítte nobis Barábbam. Qui erat propter seditiônem quandam factam in ciuitáte, & homicídium, missus in cárcerem. Iterum autem Pilátus locútus est ad eos, volens dimíttere Iesum. At illi succlamábant, dicéntes. Crucifíge, crucifíge eum. Ille autem tertiò dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuénio in eo. Corrípiam ergo illũ, & dimíttã. At illi instábant,vócibus magnis postulántes vt crucifigerêtur: & inualescébant voces eôrũ. Et Pilátus adiudicáuit fíeri petitiônem eôrum. Dimísit autem illis eum,qui propter homicídium & seditiónem missus fúerat in cárcerem, quem petébant: Iesum veró trádidit voluntâti eôrum. Et cùm dúcerent eum, apprehendêrunt Simônem quendam Cyrenénsem veniéntem de villa: & imposuêrunt illi crucem portâre post Iesum. Sequebâtur autem illum multa turba pópuli, & mulíerum: quæ plangébant,& lamentabántur eum. Conuérsus autem Iesus ad illas, dixit. Fíliæ Ierusalém, nolíte flere super me: sed super vosmetipsas flete, & super fílios vestros: quóniam ecce vénient dies, in quibus dicent. Beátæ stériles, & ventres qui non genuêrunt, & úbera quæ non lactauêrunt. Tunc incípient dícere móntibus, cádite super nos:& cóllibus,operîte nos. Quia si in víridi ligno hæc fáciunt:in árido quid fiet? Ducebántur autem & álii duo nequam cum eo,vt interficeréntur. Et postquàm venêrunt in locum, qui vocâtur Caluáriæ, ibi crucifixêrunt eum: & latrónes, vnum à dextris,& álterum à finístris. Iesus autem dicébat. Pater,dimítte illis:non enim sciunt quid fáciunt. Diuidéntes verò vestiménta eius, misêrunt sortes. Et stabat pópulus spectans: & deridébant eum príncipes cum eis, dicéntes. Alios saluos fecit: se saluum fáciat, si hic est Christus, Dei eléctus. Illudébant autem ei & mílites accedẽtes, & acétum offeréntes ei,& dicén-

tes.

tes. Si tu es rex Iudæôrum, ſaluum te fac. Erat autem & ſuperſcríptio ſcripta ſuper eum líteris græcis, & latínis, & hebráicis: Hic eſt rex Iudæôrũ. vnus autem dẽ his qui pendébant latrónibus, blaſphemábat eum, dicẽs. Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temetípſum, & nos. Reſpóndens autem alter, increpábat eum dicens. Neque tu times Deum, qui in eadem damnatióne es? Et nos quidem iuſtè; nam digna factis recípimus: hic verò nihil mali geſſit. Et dicébat ad Ieſum. Dómine, meménto mei, cùm véneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus. Amen dico tibi: hódie mecum eris in paradyſo. Erat autẽ ferè hora ſexta: & ténebræ factæ ſunt in vniuérſam terram, vſque in horam nonam. Et obſcurâtus eſt ſol: & velum templi ſciſſum eſt médium. Et clamans voce magna Ieſus, ait. Pater, in manus tuas comméndo ſpíritum meum. Et hæc dicens, exſpiráuit. Pater noſter. Videns autem Centúrio, quod factũ fúerat, glorificâuit Deum, dicens. Verè hic homo iuſtus erat. Et omnis turba eôrum, qui ſimul áderant ad ſpectáculum iſtud, & vidébant, quæ fiébant: percutiéntes péctora ſua, reuertebántur. Stabant autem omnes noti eius à longè: & mulíeres, quæ ſecútæ fúerant eum à Galilæa, hæc vidéntes. Hîc legitur in tono Euangelij abſolutè.

ET ecce, vir nómine Ioſeph qui erat decúrio, vir bonus, & iuſtus: hic non conſénſerat consílio & áctibus eôrum: ab Arimathía ciuitáte Iudææ; qui exſpectábat & ipſe regnum Dei. Hic accéſſit ad Pilátum, & pétiit corpus Ieſu. Et depósitum inuóluit síndone: & póſuit eum in monuménto excíſo: in quo nondum quiſquam pósitus fúerat.

Offert. Dómine exáudi oratiónem meam, & clamor meus ad te peruéniat. Pſa. 110.

Secreta.

SVſcipe quæſumus Dómine munus oblátum & dignánter operâre: vt quod paſſiônis fílii tui Dómini noſtri myſtério gérimus: piis affféctibus conſequâmur. Per eúndem.

Aliæ Secretæ pro Papa, & pro peccatis.

Commun. POtum meum cum fletu tẽperábam, quia éleuans allisísti me: & ego ſicut fœnum árui: tu autem Dómine in ætérnum pérmanes: tu exúrgens miſeréberis Sion, quia venit tempus miſeréndi eius. Pſa. 101. **Complenda.**

LArgíre ſénſibus noſtris omnípotens Deus: vt per temporálẽ fílii tui mortem quam hæc myſtéria veneránda teſtántur: vitam te nobis dedíſſe perpétuam confidâmus. Per eúndem. **Aliæ Complendæ pro Papa, & pro peccatis. Super populum.**

Orémus. Humiliâte cápita.

REſpice quæſumus Dómine ſuper hanc famíliam tuã: pro qua Dóminus noſter Ieſus Chriſtus non dúbitauit mánibus tradi nocéntum: & crucis ſubîre torméntũ. Qui tecũ.

FERIA QVINTA
In Cœna Domini.

Facto compulſu ad Miſſam, nulla deinceps campana pulſatur vſque ad Sabbathum ſanctum. Introitus.

NOs autem glóriári opórtet in cruce Dómini noſtri Ieſu Chriſti; in quo eſt ſalus, vita, & reſurréctio noſtra: per quẽ ſalGal. 6.

Psa. 66. uâti & liberâti ſumus: Pſal. Deus miſereâtur noſtri, & benedícat nobis: illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereâtur noſtri. Non dicitur Glória patri, ſed repetitur tantũ Introitus: & fit cum Kyrieel. Duplici ſecundo. Nec dicitur, Glória in excélſis, nec Credo, nec Ite Miſſa eſt: niſi Epiſcopus cõficiẽdo Chriſma celebrauerit. Tũc enim prędicta omnia dicuntur ſolenniter; & fit cum Kyrie minus totoduplici, ſine tamẽ organo.

Oratio.

DEus à quo & Iudas reátus ſui pœnam: & confeſſiônis ſuæ latro præmium ſumpſit: concéde nobis tuæ propitiatiônis effectum: vt ſicut in paſſiône ſua Ieſus Chriſtus Dóminus noſter diuérſa vtríſque intulit ſtipéndia meritôrum: ita nobis, ablâto vetuſtâtis errôre, reſurrectiônis ſuæ grátiam largiâtur. Qui tecũ.

Sola dicatur.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

1. Cap 11. FRatres. Conueniéntibus vobis in vnum, iam non eſt Domínicã cœnam manducâre. Vnuſquíſque enim ſuam cœnam pręſûmit ad manducándum. Et álius quidem éſurit: álius autem ébrius eſt. Nunquid domos non habétis ad manducándum & bibéndum? aut eccléſiã Dei contémnitis: & confúnditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo. Ego enim accépi à Dómino, quod & trádidi vobis: quoniam Dóminus Ieſus in qua nocte tradebâtur, accépit panem: & grátias agens fregit, & dixit. Accípite, & manducâte: hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradêtur: hoc fácite in meam commemoratiónem. Si míliter & cálicẽ, poſtquàm cœnauit, dicens. Hic cálix, nouum teſtaméntũ eſt in meo ſánguine: hoc fácite quotieſcúnque bibétis, in meam commemoratiônem. Quotieſcúnque enim manducábitis panem hunc, & cálicẽ bibétis, mortem Dómini annunciábitis, donec véniat. Itaque quicúnq; manducáuerit panem, & bíberit cálicem Dómini indígnè, reus erit córporis & ſánguinis Dómini. Probet autem ſeípſum homo: & ſic de pane illo edat, & de cálice bibat. Qui enim manducat & bibit indígnè: iudícium ſibi manducat & bibit, non diiúdicans corpus Dómini. Ideò inter vos multi infírmi & imbecílles: & dórmiunt multi. Quòd ſi noſmetípſos diiudicarêmus: non vtique iudicarêmur. Dum autem iudicâmur, à Dómino corrípimur, vt non cum hoc mundo damnêmur.

Phil 2. Gradu. Chriſtus factus eſt pro nobis obédiens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Ver. Propter quod & Deus exaltáuit illũ: & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

Benedictionem ante euangelium accipit Diaconus; ſed poſt finem euangelij oſculum non ſumitur: niſi Epiſcopus celebrauerit.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Ioánnem.

Cap 13. ANte diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia venit hora eius vt tránſeat ex hoc mundo ad patrem: cùm dilexíſſet ſuos qui erant in mundo, in finem diléxit eos. Et cœna facta, cùm diábolus iam miſíſſet in cor, vt tráderet eum Iudas Simônis Iſcariótes: ſciens quia ómnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exíuit, &

Pſa. 117.

ad De-

ad Deum vadit: surgit à cœna,& ponit vestiménta sua. Et cùm accepísset línteum, præcínxit se. Deínde mísit aquam in peluim,& cœpit lauâre pedes discipulôrum,& extérgere línteo quo erat præcínctus. Venit ergo ad Simônem Petrum. Et dicit ei Petrus. Dómine,tu mihi lauas pedes? Respõdit Iesus, & dixit ei. Quod ego fácio, tu nescis modò: scies autem póstea. Dicit ei Petrus. Non lauábis mihi pedes in ætérnum. Respóndit ei Iesus. Si non láuero te, non habébis partẽ mecum. Dicit ei Simon Petrus. Dómine non tantùm pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus. Qui lotus est,non índiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mũdi estis: sed non omnes. Sciébat enim quisnam esset, qui tráderet eum: propterea dixit,non estis mundi omnes. Postquàm ergo lauit pedes eôrum, accépit vestiménta sua. Et cùm recubuísset ítemùm, dixit eis. Scitis, quid fécerim vobis? vos vocátis me magíster & Dómine: & benè dícitis. Sum étenim. Si ergo ego laui pedes vestros,Dñus & magíster: & vos debétis alter altérius lauâre pedes. Exémplum enim dedi vobis, vt quemádmodum ego feci vobis, ita & vos faciátis.

Phil 2.

Offert. Pſa. 117. Déxtera Dómini fecit virtútẽ: déxtera Dómini exaltâuit me: nõ móriar sed viuam, & narrábo ópera Dómini.

Secreta.

IPse tibi quæsumus Dómine sancte pater omnípotens ætérne Deus, sacrifícium nostrum reddat accéptũ: qui discípulis suis in sui commemoratiônem hæc fieri hodiérna traditióne monstráuit: Iesus Christus fílius tuus Dóminus noster. Qui tecum.

Præfatio. Qui salútem humáni.

Infra actionem:

COmmunicántes, & diem sacratíssimum celebrántes: quo Dóminus noster Iesus Christus pro nobis est tráditus. Sed & memóriam venerántes, inprimis gloriósæ semperque vírginis Maríæ, genitrícis eiusdẽ Dei & Dñi nostri Iesu Christi. Sed & beatôrum Apostolôrum ac Martyrũ tuôrum Petri & Pauli, Andreæ,Iacóbi,Ioánnis, Thomæ,Iacóbi,Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simônis & Thadæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Sixti, Cornélij, Cypriáni, Laurêntij; Chryfógoni,Ioánnis & Pauli,Cosmę & Damiáni, & ómnium sanctôrum tuôrum: quorum méritis precibusque concédas: vt in ómnibus protectiónis tuæ muniâmur auxílio. Per eúndem Christum Dñm no. Amen.

HAnc ígitur oblatiónem seruitútis nostræ, sed & cunctæ famíliæ tuæ, quam tibi offérimus; ob diem, in qua Dóminus noster Iesus Christus trádidit discípulis suis córporis & sánguinis sui mystéria celebránda: quæsumus Dómine, vt placátus accípias:diesque nostros in tua pace dispónas: atque ab ætérna damnatióne nos éripi: & in electôrum tuôrum iúbeas grege numerâri. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

QVam oblatiónem tu Deus in ómnibus quæsumus, Benedíctam ✠, Ascríptam ✠, Ratã ✠, Rationábilem,acceptábilemque fácere dignêris: vt nobis corpus ✠ & sanguis ✠ fiat dilectíssimi fílii tui Dómini nostri Iesu Christi. Qui prí-

die quàm paterétur, pro noſtra omniúmque ſalúte, hoc eſt, hódie: accépit panem in ſanctas ac venerábiles manus ſuas: & eleuátis óculis in cælum ad te &c. Pax Dómini, & Agnꝰ Dei dicuntur; ſed pax non datur. Ad Agnus Dei ter dicitur miſerêre nobis. Non dicitur Oratio Dñe Ieſu Chriſte qui dixíſti. ſed dictis reliquis, communicet celebrans, & ſi qui ſint alii communicaturi. Hac die reſeruat Sacerdos in loco honeſto & conueniéti vnam hoſtiam conſecratam pro die ſequenti, in quo non conficitur: vel etiam plures, ſi neceſſe fuerit, pro infirmis: ſanguinem verò totum ſumit. Poſt hæc dicat communionem. Dóminus Ieſus, poſtquàm
Io 13. cœnáuit cum diſcípulis ſuis, lauit pedes eórum, & ait illis: ſcitis quid fécerim vobis ego Dóminus, & magíſter veſter? exémplũ dedi vobis, vt & vos ita faciáis. Qua dicta, abſque Pater noſter, & abſque Deus in adiutórium, ſtatim inci
Pſ. 115 piãtur veſperæ per antiphonam. Cálicem ſalutâris accípiam, & nomen Dómini inuocábo. Pſal. Crédidi. Antipho
Pſa. 119. na. Cùm his qui oderunt pacem, eram pacíficus: cùm loquébar illis, impugnábant me gratis. Pſal. Ad Dóminũ. Aña
Pſa. 139. Ab homínibus iníquis líbera me Dómine. Pſal. Eripe me. Aña. Cuſtódi me à
Pſa. 140 láqueo quem ſtatuêrunt mihi, & à ſcándalis operántium iniquitâtem. Pſal. Dómine clamáui Aña. Conſiderábam ad
Pſa. 141. déxteram, & vidébam: & non erat qui cognoſcéret me. Pſal. Voce mea.

¶ Finita quinta antiphona, Sacerdos ſtans ad altare, ante & poſt Magnificat incipiat antiphonam, Cœnántibus autem, Choro ad finem proſequente, Accépit Ieſus panem, benedíxit, & fregit; dedit diſcípulis ſuis. Repetita poſt Magnificat aña, Sacerdos verſus ad Chorum dicat. Dóminus vobíſcum.

Complenda.

REfécti vitálibus aliméntis quæ ſumus Dómine Deus noſter: vt quod témpore noſtræ mortalitátis exéquimur: tuæ immortalitátis múnere conſequámur. Per. Dóminus vobíſcum. Benedicámus Dómino. vel ſi Epiſcopus celebret, Ite Miſſa eſt.

¶ Sic Miſſa & Veſperis pariter finitis, accenduntur cerei, & fit proceſsio. Celebrans in ſupremo altaris gradu genuflexus, incenſat ter ſacramentum; & ibidem de manu Diaconi accipit capſam corporalium cum ſacramento in craſtinum reſeruando; ſimulque pixidem cum aliis hoſtiis, tam ijs quæ fortè in altari à communione remanſerant, quàm quæ è ciborio inſuper allatæ fuerant. Et ſic capſam in manu ſiniſtra, & pixidem in manu dextra ſuper capſa tenens: & coopertis ſacramenti thecis huiuſmodi, extremitatibus veli quo eius humeri teguntur; procedit medius inter Diaconum à dextris, & Subdiaconum à ſiniſtris, præcedẽte thuriferario inter duos ceroferarios, qui continuè ſacramentũ incenſat, vſque ad locum præparatum. Repoſito ſacramento, & rurſus vt ſuprà incenſato, altare maius ſimulq; alia altaria denudantur, poſtea lauanda: & Sabbatho ante Miſſam rurſus cooperiantur.

ORDO
AD FACIENDVM MANDATVM.

AB Altarium lotione (cui officio annexa eſt pedum lotio) Canonici continuata proceſsione, in ſilẽtio eunt ad locum, vbi mandatum

fieri

fieri debet. Est autem mensa in Ecclesia ante Chorum adornata; ad quam secundùm ordinem resideant omnes hinc inde. Pontifex etiam, seu maior ex Canonicis in sacerdotio constitutus, amictu, alba, cingulo, stola & pluuiali violaceo paratus, in capite mensæ è regione Altaris S. Crucis, in faldistorio, seu sede ordinata sedet; assistentibus sibi Diacono & Subdiacono paratis. Tum paulò interuallo facto, prædicti ministri accedũt ad Prælatum: qui ipsis ministrantibus, in thuribulum imponit incensum more consueto. Deinde ex eis Diaconus corã Prælato genuflexus, medius inter duos ceroferarios capitibus inclinatis stãtes accipit benedictionem. Inde præcedentibus Subdiacono cũ thuribulo & ceroferariis, vadit ad pulpitum; vbi dicens, signans, thurificans more solito, legit euangelium secũdùm Ioannem. **Ante diem festum Paschæ**, vt in missa præcedẽti, sub tono consueto; assistentibus ceroferariis, omnibusque stantibus vsque ad locũ; **vt & vos ita faciátis.** Interim Pontifex stat sine mitra versus ad Diaconum canentem. Finito euangelio, non sumitur osculum libri; sed statim Prælatus stans humili voce dicat hanc orationem. Orémus.

ACtiones nostras quæsumus Dómine aspirándo præuêni, & adiuuándo proséquere: vt cuncta nostra orátio & operátio à te semper incípiat: & per te cœpta finiâtur: per Christum Dóminum nostrum. Et responso **Amen**, deponit pluuiale, & præcingit se linteo mundo vmbilicotenus. Et accedens (cum mitra, si fuerit Pontifex) ex ordine ad singulos Canonicos sedentes, ministris cooperantibus, supposita pelui, super dextrum pedem cuiusque, à maioribus incipiendo, ex vrceolo aquam fundit, mappa pedem tergit, tersum deosculatur. Chorus verò interim dum præmissa fiunt, statim post orationem prædictam, incipit communionem, simulque decantat infràscriptas Antiphonas ex ordine.

Communio. Dóminus Iesus, postquã cœnáuit cum discípulis suis, lauit pedes eôrum, & ait illis: scitis, quid fécerim vobis ego Dóminus & magíster vester? exémplum dedi vobis, vt & vos ita faciátis. Ioã 13.

Psal. Deus misereâtur nostri, & benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos, & misereâtur nostri. Repetitur. Dóminus Iesus.

¶ Et sic antiphonæ infràscriptę, quæ habent Psal. aut Ver. repetuntur, vt de quolibet Psalmo non dicatur nisi vnus Ver.

Antiphona. Mandátum nouum do vobis: vt diligátis ínuicem, sicut diléxi vos. Ioã 13.

Psal. Beáti immaculáti in via; qui ámbulant in lege Dómini. Psa. 118.

Mandátũ nouum. Aña. In hoc cognóscent omnes, quia mei estis discípuli, si dilectiónẽ habuéritis ad ínuicem.

Ver. Pacem meã do vobis; pacem meam relínquo vobis. Ioã 13.

In hoc cognóscent. Postea si nondum completa sit lotio pedum, cãtatur Aña.

Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia eius hora venit, vt transeat ex hoc mundo ad patrem: línteo præcínxit se, & misit aquam in peluim: cœpit lauâre pedes discípulôrum: venit ad Petrum: dicit ei Petrus: non lauábis mihi pedes in ætérnum: respóndit Iesus, dicens: si non láuero te, non habébis partem mecum: Dómine, non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput. Ioã 13.

Lotis omnium pedibus, Prælatus stans secreto dicat Pater noster. Subdens clara voce Et ne nos.

Ver. Tu mandâsti mãdáta tua Dómine, Psa. 118.

mine, cuſtodîri nimis. Ver. Tu lauîſti pedes diſcipulôrum tuôrum. Opera má nuum tuârum ne deſpícias. Ver. Dóminus vobíſcum. Et cum. Orémus.

ADéſto quæſumus Dómine officío ſeruitútis noſtræ: & quia tu diſcípulis tuis pedes lauâre dignátus es: ne deſpícias ópera mánuum tuârum, quæ nobis retinénda mandâſti, & præſta: vt ſicut hîc à nobis exterióra abluúntur inquinaménta: ſic à te ómnium noſtrum interióra lauéntur peccáta. Quod ipſe præſtá re dignéris qui viuis & regnas Deus: per ómnia ſécula ſeculôrum. Amen.

¶ Deinde Prælatus Canonicis ſedentibus azyma, ſiue oblatas in duabus aut tribus partibus porrigat ſingulis. Poſthæc calicem cum vino eis miniſtret, vt bibãt. Quibus expletis, & ipſe reſideat: miniſtris inde azyma reliquo Clero & populo aſtanti diſtribuentibus, & calicem ad bibendum modicè & modeſtè miniſtrantibus: omni contentione, clamore, & tumultu remotis. Interim Diaconus pergat legere euangelium à loco vbi ceſſauerat, ſine benedictione, & ſine titulo, in tono lectionis, ſic incipiens.

Ioã 13. AMen amen dico vobis. Non eſt ſeruus maior Dómino ſuo: neque Apóſtolus maior eo, qui miſit illum. Si hæc ſcitis: beáti éritis, ſi fecéritis ea. Non de ómnibus vobis dico: ego ſcio, quos elégerim. Sed vt Pſa. 40. adimpleâtur ſcriptûra. Qui mandúcat mecum panem, leuábit contra me calcáneum ſuum. Amodò dico vobis, priusquàm fiat; vt cùm factũ fúerit credátis quia ego ſum. Amen amen dico vobis: qui áccipit ſi quem míſero, me áccipit: qui autem me áccipit, áccipit eum qui me miſit. Cùm hæc dixíſſet Ieſus, turbátus eſt ſpíritu: & proteſtatus eſt, & dixit. Amen amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me. Aſpiciébant ergo ad inuicem diſcípuli, hæſitántes de quo díceret. Erat autem recúmbens vnus ex diſcípulis eius in ſinu Ieſu, quem diligébat Ieſus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei. Quis eſt de quo dicit? Itaque cùm recubuíſſet ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei. Dómine, quis eſt? Reſpóndit Ieſus. Ille eſt, cui ego intínctum panem porréxero. Et cùm intinxíſſet panem, dedit Iudæ Simônis Iſcariótæ. Et poſt buccéllam, introíuit in eum ſatánas. Et dicit ei Ieſus. Quod facis, fac cítius. Hoc autẽ nemo ſciuit diſcumbéntium, ad quid díxerit ei. Quidam enim putábant, quia lóculos habébat Iudas, quòd dixíſſet ei Ieſus. Eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum: aut egénis vt áliquid daret. Cùm ergo accepíſſet ille buccéllam, exíuit contínuò. Erat autem nox. Cùm ergo exîſſet, dixit Ieſus. Nunc clarificâtus eſt fílius hóminis: & Deus clarificâtus eſt in eo. Si Deus clarificâtus eſt in eo, & Deus clarificâbit eum in ſemetípſo: & cõtínuò clarificâbit eum. Filíoli, adhuc módicum vobíſcum ſum. Quærétis me: ſicut dixi Iudæis, Quò ego vado, vos non potéſtis venîre: & vobis dico modò. Mandâtum nouum do vobis, vt diligâtis ínuicem: ſicut diléxi vos, vt & vos diligâtis ínuicem. In hoc cognóſcent omnes quia mei diſcípuli eſtis, ſi dilectiônem habuéritis ad ínuicẽ. Dicit ei Simon Petrus. Dómine, quò vadis? Reſpóndit Ieſus. Quò ego vado, non potes me modò ſequi: ſequeris autem poſtea. Dicit

ei Petrus. Quare non possum te sequi modò? ánimam meam pro te ponã. Respóndit ei Iesus. Animam tuã pro me pones? Amen amen dico tibi: nõ cantábit gallus, donec ter me neges. Et ait discípulis suis. Nõ turbétur cor vestrũ. Cap 14. Créditis in Deum, & in me créditе. In domo patris mei mansiónes multę sunt. Si quò minus: dixíssem vobis, quia vado paràre vobis locũ: Et si abiéro & pręparáuero vobis locũ: íterũ vénio & accípiã vos ad meípsũ: vt vbi sũ ego & vos sitis. Et quò ego vado scitis, & viã scitis. Dicit ei Thomas. Dñe, nescímus quò vadis: & quómodo póssumus viã scire? Dicit ei Iesus. Ego sum via, véritas, & vita: nemo venit ad patrẽ, nisi per me. Si cognouissétis me, & patrem meum vtique cognouisétis: & ámodo cognoscétis eum, & vidístis eum. Dicit ei Philíppus. Dómine, osténde nobis patrem, & súfficit nobis. Dicit ei Iesus. Tanto témpore vobíscum sum, & non cognouístis me? Philíppe, qui videt me, videt & patrem. Quómodo tu dicis: osténde nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à meípso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit ópera. Non créditis, quia ego in patre, & pater in me est? Alióquin propter ópera ipsa crédite. Amen amen dico vobis: qui credit in me, ópera quæ ego fácio, & ipse fáciet: & maióra horũ faciet, quia ego ad patrem vado. Et quodcúnq; petiéritis patrẽ in nómine meo, hoc fáciam: vt glorificétur pater in fílio. Si quid petiéritis me in nómine meo, hoc faciam. Si dilígitis me: mandáta mea seruâte. Et ego rogábo patrẽ, & álium paraclêtum dabit vobis, vt máneat vobíscum in ætérnum: spíritum veritátis, quem mundus nõ potest accípere: quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscétis eum: quia apud vos manébit, & in vobis erit. Non relínquam vos orphános: véniam ad vos. Adhuc módicum, & mundus me iam non videt. Vos autem vidétis me: quia ego viuo, & vos viuétis. In illo die vos cognoscétis, quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandáta mea, & seruat ea: ille est, qui díligit me. Qui autem díligit me, diligêtur à patre meo: & ego díligam eum: & manifestábo ei meípsum. Dicit ei Iudas, non ille Iscarióte. Dómine quid factum est, quia manifestatûrus es nobis teipsũ, & non mundo? Respóndit Iesus, & dixit ei. Si quis díligit me, sermónem meum seruábit: & pater meus díliget eum, & ad eum veniémus, & mãsiónem apud eum faciémus. Qui nõ díligit me, sermónes meos non seruat. Et sermónem quem audístis, nõ est meus: sed eius, qui misit me, patris. Hæc locútus sum vobis, apud vos manens. Paraclêtus autem, spíritus sanctus, quem mittet pater in nómine meo: ille vos docébit ómnia, & súggeret vobis ómnia, quæcúnq; díxero vobis. Pacem relínquo vobis: pacem meam do vobis. Non quómodo mundus dat, ego do vobis. Non turbétur cor vestrum, neque fórmidet. Audístis quia ego dixi vobis: vado: & vénio ad vos. Si diligerétis me, gauderêtis vtique, quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis, priusquàm

fiat: vt cùm factum fúerit, credátis. Iam non multa loquar vobíſcũ. Venit enim princeps mundi huius,& in me non habet quicquam. Sed vt cognóſcat mundus, quia díligo patrẽ: & ſicut mandátum dedit mihi pater, ſic fácio. Súrgite, eámus hinc.

Et ſurgentes omnes pariter ingrediuntur Chorum ad dicendum Completorium: quod mediocri voce dicatur. In Eccleſiis verò, in quibus lotio pedum non fit, mox poſt Altarium lotionem dicitur.

FERIA SEXTA
IN PARASCEVE.

Fit officium per Sacerdotem ſacerdotalibus veſtibus indutum, ſuper altari vnica palla ſtrato. Prætermiſſo autem Confiteor, abſolutè inchoatur officium, per ſequentes prophetias: quæ leguntur per Subdiaconum ſine titulo, in tono lectionis.

Ose. 6



Aec dicit Dóminus. In tribulatiône ſua mane conſúrgẽt ad me. Venîte,& reuertámur ad Dóminũ: quia ipſe cœpit,& ſanábit nos: percútiet, & ſanábit nos. Viuificábit nos poſt duos dies: & in die tértia ſuſcitábit nos: & viuémus in conſpéctu eius. Sciémus, ſequemurque, vt cognoſcámus Dóminũ. Quaſi dilúculum præparâtus eſt egréſſus eius:& véniet quaſi imber nobis temporáneus & ſerótinus terræ. Quid fáciam tibi Ephraím? quid fáciam tibi Iuda? Miſericórdia veſtra quaſi nubes matutína: & quaſi ros mane pertránſiens. Propter hoc doláui in prophétis: occídi eos in verbis oris mei: & iudícia tua quaſi lux egrediéntur. Quia miſericórdiam vólui, & non ſacrifícium: & ſciéntiam Dei, plus quàm holocáuſta.

Ab: 3. Tractus. Dómine audíui audítum tuũ, & tímui: conſiderâui ópera tua, & expáui. Ver. In médio duum animáliũ innotéſceris: dum appropinquáuerint anni, cognoſcêris: dum aduénerit tempus, oſtendêris. Ver. In eo, dum conturbâta fúerit ánima mea: in ira, miſericórdiæ memor eris. Ver. Deus à Líbano véniet,& ſanctus de monte vmbróſo & condénſo. Ver. Opéruit cælos maieſtas eius: & laudis eius plena eſt terra. Sine Dóminus vobíſcum, & abſque Flectâmus genua præmiſſo Orémus, dicitur.

Oratio.

DEus à quo & Iudas reâtus ſui: pœnam:& confeſſiônis ſuæ latro præmium ſumpſit: concéde nobis tuæ propitiatiônis effféctum: vt ſicut in paſſiône ſua Ieſus Chriſtus Dóminus noſter diuerſa vtríſque íntulit ſtipéndia meritôrum: ita nobis abláto vetuſtâtis errôre, reſurrectiônis ſuæ grátiam largiátur. Qui tecũ.

Deinde prophetia.

Exo 12. IN diébus illis. Dixit Dóminus ad Móyſen & Aaron in terra Aegypti. Menſis iſte, vobis princípium ménſium: primus erit in ménſibus anni. Loquímini ad vniuérſum cœtum filiôrum Iſraël, & dícite eis. Décima die menſis huius tollat vnuſquíſque agnum per famílias & domos ſuas. Sin autem minor eſt número, vt ſufficere poſſit ad veſcéndum agnum: aſsûmet vicínum ſuum, qui iunctus eſt dómui ſuæ: iuxta número animârũ quæ ſuffícere poſſunt ad eſum agni. Erit autem agnus abſque má-

cula

cula,másculus,anniculus: iuxta quẽ ritum tollêtis & hædum. Et seruábitis eum vsque ad quartamdécimam diem mensis huius. Immolábitq; eũ vniuérsa multitúdo filiôrum Israël ad vésperam. Et sument de sánguine eius: ac ponent super vtrumque postem, & in superliminâribus domôrum, in quibus cómedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & ázymos panes, cum lactûcis agréstibus. Non comedétis ex eo crudum quid, nec coctũ aqua:sed assum tantum igni.Caput cum pédibus eius & intestínis vorábitis:& os eius non cõfringétis: nec remanébit ex eo quicquam vsq; mane. Si quid resíduum fúerit, igni comburétis. Sic autem comedétis illum. Renes vestros accingétis: & calciaménta habébitis in pédibus: tenéntes báculos in mánibus: & comedétis festinánter. Est enim phase (id est tránsitus) Dómini.

Psa 139. **Tractus.** Eripe me Dómine ab homine malo:à viro iníquo líbera me. **Ver.** Qui cogitauêrunt malítias in corde:tota die constituébant prælia. **Ver.** Acuêrũt linguas suas sicut serpéntes: venénum áspidum sub lábiis eôrum. **Ver.** Custódi me Dómine de manu peccatôris: & ab homínibus iníquis líbera me. **Ver.** Qui cogitauêrunt supplantâre gressus meos: abscondêrunt supérbi láqueũ mihi. **Ver.** Et funes extendêrunt in láqueum pédibus meis: & iuxta iter scándalũ posuêrunt mihi. **Ver.** Dixi Dómino,Deus meus es tu: exáudi Dómine vocem oratiónis meæ. **Ver.** Dómine,Dómine virtus salútis meæ,obumbrâsti caput meum in die belli. **Ver.** Ne tradas me à desidério meo peccatôri: cogitauêrunt aduérsũ me: ne derelínquas me, ne vnquam exalténtur. **Ver.** Caput circúitus eôrum: labor labiôrum ipsôrum opériet eos. **Ver.** Verùmtamen iusti confitebúntur nómini tuo: & habitábunt recti cum vultu tuo.

Postea passio super nudum pulpitum legatur, sine titulo.

Ioã 18. EGréssus est Iesus cum discípulis suis trans torréntem Cedron,vbi erat hortus:in quem introíuit ipse, & discípuli eius.Sciébat autem & Iudas, qui tradébat eum, locum: quia frequénter Iesus conuénerat illuc cũ discípulis suis. Iudas ergo cùm accepísset cohórtem,& à pontificibus & phariſæis minístros: venit illuc cum latérnis, & fácibus, & armis. Iesus itaque sciens ómnia, quæ ventúra erant super eum: procéssit,& dixit eis. Qem quæritis? Respóndêrunt ei. Iesum Nazarénum. Dicit eis Iesus.Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradébat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum: abiêrunt retrórsum, & cecidêrunt in terram. Iterùm ergo eos interrogáuit. Quem quæritis? Illi autem dixêrunt. Iesum Nazarénum. Respóndit Iesus.Dixi vobis,quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abîre. Vt implerêtur sermo quem dixit: quia quos dedísti mihi,non pérdidi ex eis quenquã. Simon ergo Petrus habens gládium, edúxit eum:& percússit pontíficis seruum: & abscídit aurículam eius déxteram.Erat autem nomen seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro. Mitte gládium tuum in vaginam.Cálicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Cohors ergo & tribúnus & minístri Iudæôrum comprehendêrunt Iesum, & ligauêrunt eum: & adduxêrunt

eum ad Annam primùm. Erat enim socer Cáiphæ,qui erat póntifex anni illíus. Erat autem Cáiphas, qui consílium déderat Iudæis: quia éxpedit vnum hóminem mori pro pópulo. Sequebâtur autem Iesum Simon Petrus, & álius discípulus. Discípulus autem ille,erat notus pontífici: & introíuit cum Iesu in átrium pontíficis. Petrus autem stabat ad óstium foris. Exíuit ergo discípulus ille qui erat notus pontífici: & dixit ostiáriæ: & introdûxit Petrum. Dixit ergo Petro ancílla ostiária. Nunquid & tu ex discípulis es hóminis istíus? Dicit ille. Non sum. Stabant autem serui & minístri ad prunas, quia frigus erat: & calefaciébant se. Erat autem cum eis & Petrus stans, & calefáciens se. Póntifex ergo interrogáuit Iesum de discípulis suis, & de doctrína eius. Respóndit ei Iesus. Ego palàm locútus sum mundo: ego semper dócui in synagóga, & in templo quò omnes Iudæi conuéniunt: & in occúlto locútus sum nihil. Quid me intérrogas? Intérroga eos,qui audiêrũt quæ locútus sum ipsis. Ecce, hi sciũt quid díxerim ego. Hæc autem cùm dixísset, vnus assístens ministrôrum dedit álapam Iesu, dicens. Sic respóndes pontífici? Respóndit ei Iesus. Si malè locútus sum, testimónium pérhibe de malo: si autem benè,quid me cædis? Et misit eum Annas ligátum ad Cáipham pontíficem. Erat autem Simon Petrus stans, & calefáciens se. Dixérunt ergo ei. Nunquid & tu ex discípulis eius es? Negáuit ille,& dixit. Non sum. Dicit ei vnus ex seruis pontíficis,cognátus eius cuius abscîdit Petrus aurículam. Nonné ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negáuit Petrus: & statim gallus cantáuit. Addúcunt ergo Iesum à Cáipha in prætórium. Erat autem manè. Et ipsi non introiêrunt in prætórium, vt non contaminaréntur: sed vt manducárent pascha. Exíuit ergo Pilátus ad eos foras, & dixit. Quam accusatiônem affértis aduérsus hóminem hunc? Respondêrunt, & dixêrunt ei. Si non esset hic malefáctor, non tibi tradidissémus eum. Dixit ergo eis Pilátus. Accípite eum vos, & secúndùm legem vestram iudicâte eum. Dixêrunt ergo ei Iudæi. Nobis non licet interfícere quenquam. Vt sermo Iesu implerêtur,quem dixit:significans qua morte esset moritûrus. Introîuit ergo íterum Pilátus in prætórium: & vocáuit Iesum, & dixit ei. Tu es rex Iudæôrum? Respóndit Iesus. A temetípso hoc dicis, an álii tibi dixêrunt de me? Respóndit Pilátus. Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua,& pontífices tradidêrunt te mihi. Quid fecísti? Respóndit Iesus. Regnũ meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertârent, vt non tráderer Iudæis. Nunc autem regnũ meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilátus. Ergo rex es tu? Respóndit Iesus. Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimónium perhíbeam veritâti. Omnis qui est ex veritáte, audit vocem meam. Dicit ei Pilátus. Quid est véritas? Et cùm hoc dixísset, íterum exíuit ad Iudæos, & dicit eis. Ego nullam inuénio in eo causam. Est autem consuetúdo vobis, vt vnum dimíttam vobis in pascha. Vul

tis ergo dimittam vobis regem Iudæôrum? Clamauérunt rursum omnes, dicéntes. Non hunc, sed Barábbam. Erat autem Barábbas latro. Tunc ergo apprehéndit Pilátus Iesum, & flagellauit. Et mílites plecténtes corónam de spinis, imposuêrunt cápiti eius:& veste purpúrea circumdedérũt cum. Et veniébãt ad eum,& dicébãt. Aue rex Iudæôrum. Et dabãt ei álapas. Exîuit íterũ Pilátus foras,& dicit eis. Ecce addûco eũ vobis foras;vt cognoscâtis,quia in eo nullam inuénio causam. Exîuit ergo Iesus portans spíneam corónam,& purpúreum vestiméntum. Et dicit eis Pilátus. Ecce homo Cùm ergo vidíssent eum pontífices & minístri, clamábant, dicéntes. Crucifíge, crucifíge eum. Dicit eis Pilátus. Accípite eum vos, & crucifígite. Ego enim non inuénio in eo causam. Respondêrunt ei Iudæi. Nos legem habémus : & secúndum legẽ debet mori, quia fílium Dei se fecit. Cùm ergo audísset Pilátus hunc sermónem, magis tímuit. Et ingréssus est prætórium íterum : & dicit ad Iesum. Vnde es tu ? Iesus autem respõsum nõ dedit ei. Dicit ergo ei Pilátus. Mihi non lóqueris ? Nescis, quia potestâtem hábeo crucifígere te,& potestâtem hábeo dimíttere te ? Respõdit Iesus. Non habêres potestâtem aduérsum me vllam, nisi datum tibi esset désuper. Proptérea qui me trádidit tibi, maius peccátum habet. Et exínde quærébat Pilátus dimíttere eum. Iudæi autem clamábant, dicéntes. Si hunc dimíttis, non es amícus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradícit Cæsari. Pilátus autem cùm audîsset hos sermónes, adCap 16.

dúxit foras Iesum: & sedit pro tribunáli, in loco qui dícitur Lithóstrotos, Habráicè autem Gábbatha. Erat autem parásceue paschæ, hora quasi sexta. Et dicit Iudæis. Ecce rex vester. Illi autem clamábant. Tolle, tolle, crucifíge eum. Dicit eis Pilátus. Regem vestrum crucifígam ? Respondêrunt pontífices. Non habémus regem, nisi Cæsarem. Tunc ergo trádidit eis illum, vt crucifigerêtur. Suscepêrunt autem Iesum,& eduxêrunt eum. Et báiulans sibi crucem, exíuit in eum, qui dícitur Caluáriæ locum: Hebráicè autem Gólgotha : vbi crucifixêrunt eum : & cum eo álios duos hinc & hinc : médium autem Iesum. Scripsit autem & títulum Pilátus : & pósuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Nazarénus, rex Iudæôrum. Hunc ergo títulum multi legêrunt Iudæôrum : quia propè ciuitátẽ erat locus vbi crucifíxus est Iesus. Et erat scriptum Hebráicè, Græcè, & Latínè. Dicébant ergo Piláto pontífices Iudæôrum. Noli scríbere, rex Iudæôrum : sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæôrum. Respóndit Pilátus. Quod scripsi, scripsi. Mílites ergo cùm crucifixíssent eum, accepêrunt vestiménta eius (& fecêrunt quátuor partes, vnicuíque míliti partem) & túnicam. Erat autem túnica incõsútilis, désuper contéxta per totum. Dixêrunt ergo ad ínuicem. Non scindâmus eam, sed sortiâmur de illa cuius sit. Vt scriptûra implerêtur, dicẽs. Partíti sunt vestiménta mea sibi: & in vestem meam misêrunt sortem. Et mílites quidem hæc fecêrunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius María Cléophæ,

Psa. 22.

ophæ, & María Magdaléne. Cùm vidíſſet ergo Ieſus matrem, & diſcípulum ſtantem quem diligébat; dicit matri ſuæ. Múlier, ecce fílius tuus. Deínde dicit diſcípulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accépit eam diſcípulus in ſua. Póſteà ſciens Ieſus quia iam ómnia conſummáta ſunt, vt conſummarêtur ſcriptûra, dicit. Sítio. Vas ergo póſitū erat acéto plenum. Illi autem ſpóngiam plenam acéto, hyſſópo circumponéntes, obtulêrunt ori eius. Cùm ergo accepíſſet Ieſus acétum, dixit. Conſummátum eſt. Et inclináto cápite trádidit ſpíritum. Pater noſter. Iudæi ergo, quóniam paráſceue erat, vt non remanêrēt in cruce córpora ſabbatho, (erat enim magnus dies ille ſabbathi) rogauêrunt Pilátum, vt frangeréntur eôrum crura, & tolleréntur. Venêrunt ergo mílites: & primi quidem fregêrunt crura, & altérius qui crucifíxus eſt cū eo. Ad Ieſum autē cùm veníſſent, vt vidêrunt eū iam mórtuum, nō fregêrunt eius crura: ſed vnus mílitum lancea latus eius apéruit: & contínuò exíuit ſanguis & aqua. Et qui vidit, teſtimónium perhíbuit: & verum eſt teſtimónium eius. Et ille ſcit, quia vera dicit: vt & vos credátis. Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptûra implerêtur. Os non comminuêtis ex eo. Et íterum ália ſcriptûra dicit. Vidébunt in quem transfixêrunt.

In tono euangelij abſolutè.

POſt hæc autem rogáuit Pilátum Ioſeph ab Arimathia (eò quòd eſſet diſcípulus Ieſu, occûltus autem propter metum Iudæôrum) vt tólleret corpus Ieſu. Et permíſit Pilátus. Venit ergo, & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nicodémus, qui vénerat ad Ieſum nocte primùm: ferens mixtûram myrrhæ & aloës, quaſi libras centum. Accepêrunt ergo corpus Ieſu, & ligauêrunt illud línteis cū aromátibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelíre. Erat autem in loco vbi crucifíxus eſt, hortus: & in horto monuméntum nouum, in quo nondū quiſquam póſitus erat. Ibi ergo propter paráſceuen Iudæôrum, quia iuxta erat monuméntum, poſuêrunt Ieſum.

Statim Sacerdos ſtans in cornu epiſtolæ incipit abſolutè ſine Dñs vobíſcū.

ORémus dilectíſſimi nobis pro eccléſia ſancta Dei: vt eam Deus & Dóminus noſter pacificâre, adunâre, & cuſtodîre dignêtur: toto orbe terrârum ſubiíciens ei principâtus & poteſtâtes: detque nobis quiétam & tranquíllam vitā degéntibus: glorificâre Deum patrem omnipoténtē.

Orémus. Flectamus genua.

OMnípotens ſempitérne Deus; qui glóriam tuam ómnibus in Chriſto géntibus reuelâſti: cuſtódi ópera miſericórdiæ tuæ: vt eccléſia tua toto orbe diffúſa: ſtábili fide in confeſſióne tui nóminis perſéueret. Leuate. Per eúndem Dñm noſtrum.

ORémus pro beatíſſimo Papa noſtro N. vt Deus & Dóminus noſter qui elégit eum in órdinem epiſcopátus: ſaluum atque incólumem cuſtódiat eccléſiæ ſuæ ſanctæ: ad regéndum pópulum ſanctū Dei.

Orémus. Flectamus genua.

OMnípotens ſempitérne Deus: cuius iudício vniuérſa fundántur: réſpice propítius ad preces noſtras: & eléctum nobis antíſtitem tua pietâte conſérua: vt Chriſtiâna

plebs quæ te gubernatur authóre: ſub tanto pontífice credulitâtis ſuæ méritis augeâtur. Leuate. Per D. n.

ORémus & pro ómnibus Epíſcopis, Presbyteris, Diacónibus, Subdiacónibus: acolúthis, exorcíſtis, lectóribus, oſtiáriis: confeſſóribus, virginibus, víduis: & pro omni pópulo ſancto Dei.

Orémus. Flectamus genua.

OMnípotens ſempitérne Deus: cuius ſpíritu totum corpus eccléſiæ ſanctificâtur & régitur: exáudi nos pro vniuérſis ordínibus ſuppli cantes: vt grátiæ tuæ múnere ab ómnibus tibi grádibus fidéliter ſeruiâtur. Leuate. Per. eiuſdem.

ORémus & pro vniuérſo Chriſtiáno império: vt Deus & Dóminus noſter ſúbditas illi fáciat omnes bárbaras natiónes: ad noſtrã per pétuam pacem.

Orémus. Flectamus genua.

OMnípotens ſempitérne Deus: in cuius manu ſunt ómnium poteſtâtes, & ómniũ iura regnôrum: réſpice ad Chriſtiánum benígnus im périum: vt gentes quæ in ſua feritâte confídunt: poténtiæ tuæ déxtera comprimántur. Leuate. Per Dñm.

ORémus & pro Sereníſſimo Rege noſtro N. vt Deus omnípotens fáciat illum regiis decénter ornátum virtútibus: vítia deuitâre: hoſtes ſuperâre: & ad ſe qui via véritas & vita eſt, gratiôſum peruenîre.

Orémus. Flectamus genua.

OMnípotens ſempitérne Deus: miſericórdiam tuam ſúpplices exorâmus: vt fâmulum tuum príncipem noſtrum vnà cum pópulo ſibi ſubiécto, magna pietâte protectió nis tuę cuſtódias: & ab ómnibus mũdi huius periculis ſupérna prouiſióne tueâris: vt grátiæ tuæ múnere defénſus, ſemper cæléſtibus iucundêtur. Leuate. Per Dóminum.

ORémus & pro catechúmenis noſtris: vt Deus & Dóminus noſter adapériat aures præcordiôrũ ipsôrum ianuamque miſericórdiæ: vt per lauâcrum regeneratiônis accépta remiſſiône ómnium peccatôrũ, & ipſi digni inueniántur in Chriſto Ieſu Dómino noſtro.

Orémus. Flectamus genua.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui eccléſiam tuam noua ſem per prole fœcúndas: auge fidem & intelléctum catechúmenis noſtris: vt renâti fonte baptíſmatis: adoptiónis tuæ fíliis aggregéntur. Leuate. Per Dóminum.

ORémus dilectíſſimi nobis Deum patrem omnipoténtem: vt cunctis mundum purget erróribus: morbos áuferat: famem repéllat: apériat cárceres: víncula diſſóluat: peregrinántibus réditũ: infirmántibus ſanitâtem: nauigántibus portum ſalútis indúlgeat.

Orémus. Flectamus genua.

OMnípotens ſempitérne Deus: mœſtôrum conſolátio, laborántium fortitúdo: peruéniant ad te preces de quacúnq; tribulatiône clamántium: vt omnes ſibi in neceſſitátibus ſuis miſericórdiam tuam gáudeant affuíſſe. Leuate. Per Dñm.

ORémus & pro hæréticis & ſchiſmáticis: vt Deus & Dóminus noſter éruat eos ab erróribus vniuérſis: & ad ſanctam matrem eccléſiam cathólicam atq; Apoſtólicam reuo-

câre dignétur.

Orémus. Flectamus genua.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui ſaluas omnes & néminem vis perire: réſpice ad ánimas diabólica fraude deceptas: vt omni hærética prauitâte depóſita: errántium corda reſipíſcant: & ad veritâtis tuæ rédeant vnitâtem. Leuate. Per Dñm.

ORémus & pro pérfidis Iudæis: vt Deus & Dóminus noſter áuferat velámen de córdibus eôrum: vt & ipſi agnóſcant Ieſum Chriſtum Dóminum noſtrum. Orémus.

Hîc non dicitur Flectamus genua.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui étiam Iudáicam perfídiam à tua miſericórdia non repéllis: exáudi preces noſtras quas pro illíus pópuli obcœcatiône deférimus: vt ágnita veritátis luce, quæ Chriſtus eſt: à ſuis ténebris eruántur. Per eúndē Dñm. Hîc non reſpondetur Amen.

ORémus & pro pagánis: vt Deus omnípotens áuferat iniquitâtem à córdibus eôrum: vt relíctis idólis ſuis, conuertântur ad Deum viuum & verum: & únicum fílium eius Ieſum Chriſtum Deum & Dóminum noſtrum. Qui viuit & regnat cum eódem patre & ſpíritu ſancto Deus. Orémus. Flectamus genua.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui non mortem peccatôrum ſed vitā ſemper inquíris: ſúſcipe propítius oratiônem noſtram: & líbera eos ab idolôrum cultûra: & ágrega eccléſiæ tuæ ſanctæ: ad laudē & glóriam nóminis tui. Leuate. Per Dóminum. Reſ. Amen.

¶ Completis orationibus, Sacerdos depoſita caſſula ſuper altari, & exútis poſt altare calceis, adhibitoque ſibi alio (ſi adfuerit) ſacerdote, alba & ſtola indu-

Pſa 118.

to, ac etiam diſcalceato; accipit crucē poſt altare coopertam: & inde progrediendo parum, clero, thuribulo, ac ceroferariis præcedentibus, decantet ſequentes tres verſus. Ver. Pópule meus quid feci tibi? aut in quo contriſtáui te, reſpónde mihi: quia edúxi te de terra Ægypti, parâſti crucem Saluatôri tuo.

Pſa. 66.

Poſtea aliquot ſcholares ad hoc ordinati, & cappis (vbi habētur, alioqui ſuperpelliceis tantùm) induti, & facie ad crucifixū conuerſi, immediatè ante crucem retrorſum paulatim procedendo canant. Agios Otheos. Agios Iſchyros. Agios Athanatos: eleiſon imas. Deinde Chorus flexis genibus reſpōdet. Sanctus Deus. Sanctus fortis. Sanct' & immortális: miſerêre nobis.

Presbyteri verò qui crucem tenent, non flectunt genua, ſed ſtant; & poſt reſponſionem Chori, parum progredientes canunt Ver. Quia edúxi te per deſértum quadraginta annis, & manna cibáui te, & introdúxi te in terram ſatis optimam: parâſti crucem Saluatôri tuo. Scholares. Agios Otheos. Chorus. Sanctus Deus. modo quo ſuprà. Ver. Quid vltrà débui fácere tibi, & non feci? ego quidem plantâui te víneam meam ſpecioſiſsimam, & tu facta es mihi nimis amâra: acéto namque ſitim meam potâſti: & láncea perforâſti latus Saluatôri tuo. Agios Otheos. Sanctus De'.

Deinde cùm ita progrediendo ventū fuerit ad locum, vbi crux eſt adoranda, presbyteri ab anteriore parte diſcooperiunt crucem, eamque populo oſtendentes ſurſum leuant, incipientes altiore voce antiphonam Ecce lignū crucis. Chorus proſequitur. In quo ſalus mundi pe-

péndit:

péndit: veníte adorêmus. Et mox ſubiũgit primum Ver. pſalmi: B eáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Poſtea presbyteri ſecundò repetant antiphonam. Ecce lignum crucis. Choro reliquum illius proſequente, & ſubiungente primum Ver. pſalmi. D eus miſereátur noſtri, & benedícat nobis: illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtri. Mox presbyteri tertiò repetant antiphonam. Ecce lignum crucis, in quo ſalus mundi pepéndit: & inde crucem ſuper tapetum, aut linteum ad hoc inibi ſtratum reclinent, à parte anteriore, vt hactenus, diſcoopertã. Chorus verò interim reliquum antiphonæ proſequitur: Veníte adorêmus; & vltimò cœptum pſalmum vſque ad finem continuat abſq; Glória patri, ita quòd poſt ſingulos pſalmi verſus, antiphona Ecce lignum reſumatur. Poſt hæc canitur à Choro antiphona: D um fabricator mundi mortis ſupplícium paterêtur, in cruce clamans voce magna, trádidit ſpíritum: & ecce, velum templi diuíſum eſt: monuménta aperta ſunt: terræmotus factus eſt magnus: quia mortem fílij Dei clamábat mundus ſe ſuſtinêre nõ poſſe: apérto ergo láncea mílitis, látere crucifíxi Dómini: exíuit ſanguis & aqua; in redemptiônem ſalútis noſtræ. Ver. O admirábile prétium, cuius pón dere captíuitas redémpta eſt mundi: tartárea confracta ſunt clauſtra inferni: apérta eſt nobis iánua regni.

Pſa. 118.

Pſa. 66.

Dum hæc canuntur, presbyteri qui crucem detulerunt, eam genuflectentes, ſigillatim per orationem ſequentem reuerenter adorent, & deoſculentur. Deinde cæteri ſecundùm ordinem ſuum.

Oratio ad adorationem crucis.

D Omine Ieſu Chriſte, qui pro nobis crucis & mortis patíbulũ ſubiiſti: vt inimíci à nobis expélleres poteſtâtem: & ſanguinis tui pretio nos liberâres: miſerêre mei famuli tui, & véniam peccatôrum meôrũ mihi concéde: ac coram adoránda cruce tua proſtrátum me ab ómnibus malis éripe, boniſque tuis miſericórditer réfice. Qui cum Deo patre & ſpíritu ſancto viuis & regnas Deus, per ómnia ſecula ſeculôrum.

Sequitur hymnus; quem duo ſcholares canunt; Choro primum & ſecundum verſum ab initio, & inde à medio viciſſim repetente, vt ſequitur.

C Rux fidélis, inter omnes arbor vna nóbilis: nulla ſylua talem profert fronde, flore, gérmine. Dulce lignũ, dulces clauos, dulce pondus ſúſtinet. Crux fidélis.

P ange lingua glorióſi prælium certáminis; & ſuper crucis trophæo dic triumphum nóbilem, quáliter redémptor orbis immolâtus vícerit. Crux fidélis.

D e paréntis prothoplâſti fraude factor cóndolens: quando pomi noxiális morſu in mortem córruit: ipſe lignum tunc notáuit, damna ligni vt ſolueret. Dulce lignum.

H oc opus noſtræ ſalútis ordo depopóſcerat, multiformis proditôris ars vt artem fálleret: & medélam ferret inde, hoſtis vnde læſerat. Crux fidélis.

Q uando venit ergo ſacri plenitúdo tẽporis, miſſus eſt ab arce patris natus, orbis cónditor: atque ventre virgináli caro factus pródiit. Dulce lignum.

V agit infans, inter arcta cónditus præſépia: membra pannis inuolúta virgo matér álligat: & manus, pedesque, crura, ſtricta cingit faſcia. Crux fidélis.

L uſtris ſex qui iam peráctis, tempus im-

plens córporis: ſe volénte natus ad hoc, paſsióni déditus: agnus in cruce leuâtur, immolándus ſtípite. Dulce lignum.

Hic acétum, fel, arúndo, ſputa, claui, láncea; mite corpus perforâtur: ſanguis vnda prófluit: terra, pontus, aſtra, mundus, quo lauántur flúmine. Crux fidélis.

Flecte ramos arbor alta: tenſa laxa víſcera: & rigor lentéſcat ille, quem dedit natíuitas: vt ſupérni membra regis miti tendas ſtípite. Dulce lignum.

Sola digna tu fuíſti ferre ſecli prétium: atque portum præparâre nauta mundo náufrago: quem ſacer cruor perúnxit, fuſus agni córpore. Crux fidélis.

Glória & honor Deo vſque quaque altíſsimo, vnà patri, filióque, ínclyto paraclêto: cui laus eſt & potéſtas, per ætérna ſécula. Dulce lignum.

Poſtea reincipitur Crux fidélis. Finito hymno, Chorus canit antiphonam

Super ómnia ligna cedrórum tu ſola excélſior es, in qua vita mundi pepéndit: in qua Chriſtus triumpháuit, & mors mortem ſuperâuit in ætérnum. Deinde dicat ſacerdos preſſa voce Orationem.

Reſpice quæſumus Dómine ſuper hanc familiam. ſine concluſione; & flexis genibus incenſet crucifixum; ac inde rediens cum cæteris, calceos accipit: & rurſum induta caſula ad altare cum miniſtris dicat more conſueto Confiteor. & tranſpoſito libro ad cornu euangelij, ſuper pulpitum nudum: per ſe, aut Diaconum, ceroferariis præcedentibus, capſam corporalium, in qua pridie corpus Domini repoſitum fuit, reuerenter affert: & præparato calice cum vino & aqua, patenaque cooperto, & in locum ſuum poſito, ſacramentum corporali inuolutum explicet, & more ſolito ante pedem calicis patena contingendo collocet: illudque & calicem tantùm, ſtans ad altare incenſet. Poſteà digitos abluat, nihil dicens. Deinde manibus ſuper altare poſitis, cantu feriali & ſubmiſſa voce (vt tamen à Choro audiatur) dicat Orémus iungens manus. Præcéptis ſalutáribus móniti, & diuína inſtitutióne formáti audémus dícere extendens manus. Pater noſter, qui es in cælis: ſanctificêtur nomen tuũ. Aduéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua: ſicut in cælo & in terra. Panem noſtrum quotidiânum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita noſtra: ſicut & nos dimíttimus debitóribus noſtris. Et ne nos inducas in tẽtatiônem. Chorus eadem voce reſpondeat. Sed líbera nos à malo. Sacerdos ſub ſilentio dicit Amen.

Libera nos quæſumus Dómine ab ómnibus malis prætéritis, præſéntibus, & futûris: & intercedẽte beâta & gloriósa ſemper vírgine Dei genitríce María, cum beátis Apóſtolis tuis Petro & Paulo, atque Andréa, & ómnibus ſanctis: da propítius pacem in diébus noſtris: vt ope miſericórdiæ tuæ adiúti, & à peccáto ſimus ſemper líberi, & ab omni perturbatiône ſecûri. Faciat more ſolito fractionem. Per eúndem Dóminũ noſtrum Ieſum Chriſtum fílium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus ſancti Deus. Proſequẽdo ſubmiſſa voce canit, Per ómnia ſécula ſeculôrum. Et reſponſo Amen. mittat ſolitam partem in calicem, nihil dicens. Non dicitur Pax Domini, nec Agnus Dei, neque pacis oſculum datur. Poſt hæc prætermiſsis ſolitis orationibus ante communionem, dicit tantùm

hanc orationem.

PErcéptio córporis tui Dómine Ieſu Chriſte, quod ego indignus ſúmere præsùmo : non mihi prouéniat in iudícium & condemnatiônē : ſed pro tua pietâte proſit mihi ad tutámen mentis & córporis, & ad medélam percipiéndā. Qui viuis & reg.

Accipit patenam cum corpore Chriſti: & cũ maxima humilitate ac reuerentia dicit: Panem cæleſtem accípiam, & nomen Dómini inuocábo. Percutit pectus ſuum, ter dicens: Dómine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantùm dic verbo, & ſanábitur ánima mea. Poſtea ſignat ſe ſacramento, dicẽs: Corpus Dómini noſtri Ieſu Chriſti cuſtódiat ánimam meam in vitam ætérnā. Amen. Tunc ſumit corpus reuerenter. Deinde prætermiſsis aliis omnibus, immediatè particulam hoſtiæ cum vino reuerenter ſumit de calice, nihil dicens. Poſteà more ſolito facta digitorum ablutione, ſtãs in medio altaris, dicit. Quod ore ſumpſimus Dómine, pura mente capiámus: & de múnere temporâli fiat nobis remédium ſempitérnũ. Poſthæc immediatè veſperę preſſa voce ab añā Calicem ſalutâris accípiam inchoẽtur: nec non cæteræ añæ, & pſalmi, ſicut in die cœnæ, tractim canantur. Quibus etiam à Sacerdote ad altare dictis, idem Sacerdos ante & poſt Magnificat intonat añam. Cùm accepíſſet acétum, Choro finiente, dixit, conſummatum eſt: & inclinato capite trádidit ſpíritum. Quo facto, omnes flexis genibus ſecretò dicũt Pater noſter. Deinde idem Sacerdos cum miniſtris pſalmum Miſerêre incipiat, & eundem primum eius pſalmi verſum finiat, atque inde cum Choro alternos verſus vſque ad finem ſine Glória patri dicat, concludendo per oratiõẽ Reſpice quæſumus. Quam ſolus dicat vſque ibi crucis tormentum Et tunc fiat pulſus ligni pro pace.

¶ Quibus finitis, Sacerdos caſulam exuat, & ceroferariis cum thuribulo & clero præcedentibus, ad crucem rurſus vadat, eamq; demiſſo anteriore velamine rurſum cooperiat, & cum alio Sacerdote, vt ſuprà, induto, leuet. Reſponſoriũ. Ecce quomodo moritur iuſtus. cũ Choro preſſa voce cantando, & ad ſepulchrũ deductum intus locet, & genuflexus ſuſfiat. Chorus demum in regreſſu Reſpõ. Sepulto Domino canat. Et cum eo terminatur officium. Sacriſta intereà pallas altari ſuperpoſitas auferat.

SABBATHO SANCTO.



Nte horam officii Sacriſta altaria paret, & cereum paſchalẽ paulò pòſt benedicendũ, ad dexterũ cornu altaris ſtatuat. Sacerdos verò ignem conſecraturus, antea pſalmos pœnitentiales priuatim dicat ſine Gloria patri. Interim excutitur ignis de ſilice, & accenditur. Dicta verò Nona, Sacerdos indutus humerali, alba, cingulo, ſtola, & pluuiali violaceo, cum miniſtris etiam indutis ſacris veſtibus ſibi aſsiſtentibus, exeat; & ad benedicendum nouum ignem, vbi is ſtructus eſt, extra Eccleſiam cum cruce, aqua benedicta, incenſo, thuribulo vacuo, & ceroferariis cum extinctis candelis, procedat cum cantu vel lectione litaniæ, ignẽ ter circumeundo, vbi ad eum peruentũ fuerit. Et ad ignem ſtando litania continuetur, donec dictũ fuerit V t nos ex-

audîre

audire dignêris: & responsum Te rogamus audi nos. Tunc enim Sacerdos dicit Vt ignem istum bene ✠ dícere dignêris. Resp. Te rogamus. Secundò dicat Vt ignem istum bene ✠ dícere,& sancti ✠ ficâre dignêris. Te rogamus. Tertiò Vt ignem istum bene ✠ dícere & sancti ✠ ficâre,& conse ✠ crâre dignêris. Te rogamus. Sequitur Fili Dei &c. In fine dicto Kyrieel. Christeel.Kyrieel. dicitur Pater noster. Sacerdos sub iungit Et ne nos. Resp. Sed líbera. Ver. Adiutorium nostrum in nómine Dómini. Resp. Qui fecit cælum & terram.Dóminus vobíscum. Et cum.

Oratio in communi tono orationum Missæ.

ORémus. Deus qui per fíliũ tuum angulârem scilicet lápidẽ, claritâtis tuæ fidélibus ignem contulísti produ&ctum ex sílice, nostris profutûrum úsibus: nouum hunc ignẽ san✠ ctífica; & concéde nobis;ita per hęc festa paschália cæléstibus de sidériis inflammâri: vt ad perpétuæ claritátis festa puris méntibus valeamus pertíngere.Per eúndẽ D. n.Amẽ

Oratio.

ORémus. Dómine Deus pater omnípotens ætérne Deus: in nómine tuo & fílii tui Dómini nostri Iesu Christi & Spíritus sancti: bene✠ dícimus hunc ignem & sancti✠ ficámus: supplíciter tuam pietâtem exorântes:vt intus vel foris accénsus; non quod nóceat incéndat; sed ómnia ad vsus hóminum necessária calefáciat siue illúminet:& quę fúerint ex hoc igne conflâta vel calefacta; sint benedícta & humánæ salúti cóngrua; vt non cum Nadab & Abirón ignem offeréntibus aliénum incendâmur; sed cum Aarón pontífice & & fíliis eius Eleázaro & Ithámaro: hóstias tibi pacíficas sancti Spíritus igne afflátas immolâre valeámus:& semper eiúsdem sancti Spíritus igne vítia nostra adúre; cordaque nostra luce sciéntiæ illúmina:& ánimas nostras fídei calôre clarífica. Per eúndẽ Christum Dóminum nostrum. A.

Oratio.

ORémus. Dómine Deus pater omnípotens, lumen indefíciens: & sancte cónditor ómnium lúminũ: bene ✠ díc hoc lumen quod à te sanctificátum atq; benedíctum est: qui illuminâsti omnem mundũ; & præsta: vt igne charitátis tuæ accendâmur & illuminêmur;& sicut illuminâsti Móysen exeúntẽ de Aegypto: ita illúmina sensus & corda nostra,vt ad vitam ætérnam mereâmur peruenîre. Per Dóminum nostrũ Iesum Christum fílium tuum.

Benedictio incensi; quæ submissa voce legitur.

ORémus. Veniat quæsumus omnípotens Deus super hoc incénsum larga tuæ bene ✠ dictiónis infúsio: & hunc noctúrnum splendôrem inuisibílis regenerâtor accénde: vt non solùm sacrifícium quod hac nocte litátum est, arcána lúminis tui admixtióne refúlgeat: sed in quemcúnque locum áliquid ex hoc sanctificatiônis mystério fúerit deportâtum; expúlsa diabólicæ fraudis nequítia virtus tuæ maiestátis assístat. Per Christum Dñm nostrũ. A.

Dum benedicit incensum, ponitur in thuribulum de carbonibus benedictis. Finita verò benedictione incensi, Sacerdos incensum & ignem benedictũ aspergit aqua

git aqua benedicta. Et posito incenso in thuribulum, adolet tam grana incensi in nauicula remanentia, & postea in cereum benedicendum infigenda, quàm ignem benedictum. Quo facto, accenduntur de nouo igne ceroferariorũ candelæ, vt inde extincta luminaria Ecclesiæ rursus incendantur. In reditu ad Ecclesiam, à pueris & Choro per vices canuntur versus sequentis hymni: primò incipientibus pueris.

INuéntor rútili dux bone lúminis, Qui certis vícibus témpora díuidis: Merso sole chaos íngruit hórridum: Lumen redde tuis Christe fidélibus. Inuéntor rútili.

Quamùis innúmero sydere régiam, Lunaríque polum lámpade pínxeris: In cussu sílicis lúmina, nos tamen Monstras saxígeno sémine quærere. Merso sole.

Ne nésciret homo, spem sibi lúminis In Christi sólido córpore cõditam, Qui dici stábilem se vóluit petram: Nostris ignículis vnde genus venit. Inuéntor.

Splendent ergo tuis munéribus pater, Flammis mobílibus scílicet átria, Ab sentemq; diem lux agit ęmula, Quam nox cum lácero victa fugit peplo. Merso sole.

Ores digna Deus, quam tibi róscidæ Noctis princípio grex tuus ófferat. Lucem: qua tríbuis nil pretióstus. Lucem: qua réliqua præmia cérnimus. Inuéntor rútili.

Tu lux vera óculis, lux quoque sénsibus. Intus tu spéculum, tu spéculum foris. Lumen quod fámulans óffero: súscipe, Tinctum pacífici chrísmatis únguine. Merso sole.

Per Christum génitum summe pater tum: In quo visíbilis stat tibi glória: Qui noster Dóminus, qui tuus únicus, Spirat de pátrio corde paraclêtum. Inuéntor.

Per quem splendor, honor, laus, sapiéntia, Maiéstas, bónitas, & piétas tua, Regnũ contínuat númine tríplici, Texens perpétuis sécula séculis. Merso sole. Pueri. Inuéntor rútili dux bone lúminis. Chorus Qui certis vícibus &c.

¶ Interim Sacerdos cum ministris sacristiam ingressus vestes mutet, & ad altare redeat. De his latiùs in agendis. Deinde Diaconus vestibus diaconalibus, præterquàm dalmatica, indutus; accepta benedictione ad benedicendum cereum paschalem: aut Sacerdos, si ipse celebrans sit solus, in vestibus sacerdotalibus absque casula & pluuiali, data sibi benedictione, ad dextrum cornu altaris posito super pulpitum libro, ex aduerso cerei stans cantet.

EXúltet iam angélica turba cælôrum; exúltent diuína mystéria: & pro tanti regis victória tuba íntonet salutâris. Gáudeat & tellus tantis irradiâta fulgóribus: & ætèrni regis splendôre illustrâta, totíus orbis se séntiat amisísse calíginem. Lætétur & mater eccléſia, tãti lúminis adornáta fulgóribus: & magnis populôrum vócibus hæc aula resúltet. Quapropter astántes vos fratres charíssimi, ad tam miram sancti huius lúminis claritátem, vnà mecum quæso omnipoténtis Dei misericórdiam inuocâte; vt qui me non meis méritis intra Leuitârum número dignátus est aggregâre, lúminis sui grátiam infundéndo, cerei huius laudem implêre perficiat. Per Dómi-

num

num nostrum Iesum Christum fíliũ suum; qui cum eo viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sécula seculôrum. Resp. Amen. Dóminus vobíscũ. Resp. Et cum Spíritu tuo. Sursum corda. Resp. Habémas ad Dóminum. Grátias agâmus Dómino Deo nostro. Resp. Dignum & iustum est. Verè dignum & iustũ est, inuisíbilem Deum Patrem omnipoténtem, fíliumq; eius vnigénitum Dóminum nostrum Iesum Christũ, toto cordis ac mentis afféctu, & vocis ministério personâre. Qui pro nobis ætérno patri Adę débitum soluit, & véteris piáculi cautiónem pio crûore detérsit. Hæc sunt enim festa paschália, in quibus verus ille agnus occíditur, cuiusque sánguine postes fidélium consecrântur. Hæc nox est, in qua primùm patres nostros fílios Israël edúctos de Aegypto, mare rubrum sicco vestígio transîre fecísti. Hæc ígitur nox est, quæ peccatôrum ténebras colũnæ illuminatiône purgâuit. Hæc nox est, quæ hódie per vniuérsum mundũ in Christo credéntes, à vítiis séculi & calígine peccatôrum segregâtos, reddit grátiæ, sociatque sanctitâti. Hæc nox est, in qua destrúctis vínculis mortis, Christus ab ínferis victor ascéndit. Nihil enim nobis nasci prófuit, nisi rédimi profuísset. O mira circa nos tuæ pietâtis dignátio. O inæstimábilis diléctio charitátis; vt seruum redímeres, fílium tradidísti. O verè beáta nox; quæ sola méruit scire tempus & horam, in qua Christus ab ínferis resurréxit. Hæc nox est, de qua scriptum est; Et nox sicut dies illuminábitur: & nox illumináti mea in delíciis meis. Hius ígitur sanctificátio noctis, fugat scélera, culpas lauat, & reddit innocéntiam lapsis, & mœstis lætítiam. Fugat odia, concórdiã parat, & curuat impéria. In huius ígitur noctis grátia. Hîc imprimit in cereum quinq; grana thuris benedicti, ad formã crucis. Súscipe sancte pater incénsi huius sacrifícium vespertínum, quod tibi in hac cerei oblatiône solénni, per ministrôrum manus de opéribus apum sanctosáncta reddit Eccléfia. Sed iã colúmnæ huius præcónia nóuimus, quam in honôrem Dei rútilans ignis accéndit. Hîc accendit cereum. Quilicet sit diuísus in partes, mutuáti tamẽ lúminis detrimênta non nouit. Alitur enim liquántibus ceris, quas in substántiam pretiósæ huius lámpadis apis mater edúxit. O verè beáta nox, quæ expoliáuit Aegyptios, ditáuit Hebræos. Nox, in qua terrénis cæléstia, humânis diuína iungúntur. Orâmus ergo te Dómine; vt cereus iste in honôrem tui nóminis consecrâtus, ad noctis huius calíginem destruéndam, indefíciens perséueret. Atq; in odôrem suauitátis accéptus, supérnis luminâribus misceátur. Flammas eius Lúcifer matútinus inuéniat. Ille inquam, Lúcifer, qui nescit occâsum. Ille qui regréssus ab ínferis, humáno géneri serênus illúxit. Precâmur ergo te Dómine; vt nos fámulos tuos, omnemque clerum, & deuotíssimum pópulum, vnà cum beatíssimo Papa nostro N. atque Antístite nostro N. & gloriosíssimo Imperatôre N. nec non & Serenissimo Rege nostro N. quiête témporum concéssa, in his paschálibus gáudiis conseruâre dignêris. Per eundem Dóminum nostrum

Ieſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitâte Spíritus ſancti Deus; per ómnia ſecula ſeculôrum. Reſ. Amen.

Completa cerei benedictione, incho atur officium per lectionem ſequentem; quæ cum aliis tribus ſine titulo legitur in tono prophetiæ.

Gen 1. IN princípio creâuit Deus cælum & terram. Terra autem erat inánis & vácua: & ténebræ erant ſuper fáciem abyſſi: & ſpíritus Dómini ferebâtur ſuper aquas. Dixitq. Deus. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuíſit lucem à ténebris. Appellauitq; lucem diem: & ténebras noctem. Factumque eſt véſpere & mane dies vnus. Dixit quoque Deus. Fiat firmaméntum in médio aquârum: & díuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmaméntū: diuiſitq; aquas quæ erant ſub firmaménto, ab his quæ erant ſuper firmaméntum. Et factum eſt ita. Vocauitque Deus firmaméntum, cælum. Et factum eſt véſpere & mane dies ſecúndus. Dixit verò Deus. Congregéntur aquæ quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum: & appáreat árida. Et factum eſt ita. Et vocáuit Deus áridam, terram: congregationesque aquârū appelláuit mária. Et vidit Deus quòd eſſet bonum: & ait. Gérminet terra herbam viréntem, & faciéntem ſemen: & lignum pomíferum fáciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetípſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et prótulit terra herbam viréntem, & faciéntem ſemen iuxta genus ſuum: lignumque fáciens fructū, & habens vnumquodque ſeméntem ſecúndùm ſpéciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Factumque eſt véſpere & mane dies tértius. Dixit autem Deus. Fiant luminária in firmaménto cæli, & díuidant diem ac noctem: & ſint in ſigna & témpora, & dies & annos: vt lúceant in firmaménto cæli, & illúminēt terram. Et factum eſt ita. Fecitq; Deus duo luminária magna: luminâre maius, vt præéſſet díei: & luminâre minus, vt præéſſet nocti: & ſtellas. Et póſuit eas Deus in firmamēto cæli: vt lúcerent ſuper terram, & præeſſent díei ac nocti, & diuíderent lucem ac ténebras. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factū eſt véſpere & mane dies quartus. Dixit étiam Deus. Prodúcant aquæ réptile ánimæ viuéntis, & volátile ſuper terram ſub firmaménto cæli. Creauitque Deus cete grándia, & omnem ánimam viuéntem atq; motábilem, quam produxerant aquæ in ſpécies ſuas: & omne volátile iuxta genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum: benedixitque eis, dicens. Créſcite & multiplicámini, & replête aquas maris: auesque multiplicéntur ſuper terram. Et factum eſt véſpere & mane dies quintus. Dixit quoque Deus. Prodúcat terra ánimam viuéntem in génere ſuo: iumenta & reptília, & béſtias terræ ſecúndùm ſpécies ſuas. Factumque eſt ita. Et fecit Deus béſtias terræ iuxta ſpécies ſuas: & iuménta, & omne réptile terræ in génere ſuo. Et vidit Deus quòd eſſet bonum: & ait. Faciámus hóminem ad imági nem & ſimilitúdinem noſtram: & præſit píſcibus maris, & volatílibus cæli, & béſtiis vniuérſæque terræ, omnique réptili quod mouétur in ter-

ra. Et creáuit Deus hóminẽ ad imáginẽ & símilitúdinẽ súã: ad imáginẽ Dei creáuit illũ: máſculũ & fœminã creáuit eos. Benedixitq; illis Deꝰ; & ait. Créſcite & multiplicámini; & replête terrã,& ſubiícite eã:& dominámini píſcibus maris,& volatílibus cęli, & vniuérſis animántibus quę mouẽtur ſuper terram.Dixitq; Deus.Ecce dedi vobis omnem herbam afferéntem ſemen ſuper terram: & vniuérſa ligna quæ habẽt in ſemetípſis ſeméntem géneris ſui: vt ſint vobis in eſcam,& cunctis animántibus terræ, omnique vólucri cæli, & vniuérſis quæ mouéntur in terra, & in quibus eſt ánima viuens: vt hábeant ad veſcéndum. Et factum eſt ita. Viditque Deus cuncta quæ fécerat: & erant valdè bona.Et factũ eſt véſpere & mane dies ſextus. Igitur perfécti ſunt cæli & terra, & omnis ornâtus eôrum. Compleuitque Deus die ſéptimo opus ſuum quod fécerat: & requiéuit die ſéptimo ab vniuérſo ópere quod patrârat.

Qua cõmpleta, Sacerdos ſine Dóminus vobíſcum dicat Orémus. Sic & ad alias ſequentes orationes dicitur.

Oratio.

DEus qui mirabíliter hóminẽ creâſti:& mirabílius redemîſti: da nobis quæſumus: contra ómnia oblectaménta peccàti mentis ratiône perſíſtere: vt mereâmur ad gáudia ætérna peruenîre. Per Dñm n.

Lectio ſecunda.

Exo 14. FActum eſt in vigília matutína, & ecce reſpíciens Dóminus ſuper caſtra Aegyptiórũ per colúmnã ignis & nubis,interfécit exércitum eôrum, & ſubuértit rotas cúrruum:ferebanturque in profúndum. Dixêrũt ergo Aegyptii. Fugiámus Iſraëlem: Dóminus enim pugnat pro eis contra nos. Et áit Dóminus ad Móyſen. Exténde manum tuam ſuper mare: vt reuertántur aquæ ad Aegyptios ſuper currus, & équites eôrũ.Cumq; extendíſſet Móyſes manum contra mare,reuérſum eſt primo dilúculo ad priôrem locum.Fugientibuſque Aegyptiis occurrêrunt aquæ: & inuóluit eos Dóminus in médiis flúctibus. Reuerſæque ſunt aquæ,& operuêrũt currus & équites cũcti exércitus Pharaônis,qui ſequentes ingréſſi fúerant mare: nec vnus quidem ſuperfúit ex eis.Fílii autem Iſraël perrexêrunt per médium ſicci maris: & aquæ eis erãt quaſi pro muro à dextris & à ſiníſtris. Liberauitque Dóminus Iſraël in die illa de manu Aegyptiôrum. Et vidêrunt Aegyptios mórtuos ſuper littus maris: & manum magnam quam exercúerat Dóminus contra eos.Timuitque pópulus Dóminum: & credidêrunt Dómino,& Móyſi ſeruo eius. Tunc cécinit Móyſes & fílii Iſraël carmen hoc Dómino, & dixêrunt.

Tractus. Cantémus Dómino: gloriosè enim honorificâtus eſt: equum & aſcensôrem proiécit in mare: adiútor & protector factus eſt mihi in ſalûtẽ. Ver. Hic eſt Deus meus, & honorificâbo eum: Deus patris mei, & exaltâbo eum. Ver. Dóminus cónterẽs bella: Dóminus nomen eſt illi. Orémus.

Exo 15. Iſa 5.

DEus cuius antíqua mirácula in præſénti quoque ſéculo coruſcâre ſéntimus: præſta quæſumus: vt ſicut priôrem pópulum ab Aegyptiis maris tránſitu liberâſti: ita grátiam ſaluatiónis humánę ad ſalútem

gén-

géntium per aquas baptísmatis operéris. Per Dóminum.

Lectio tertia.

Isa. 4. APprehéndent septem mulíeres virum vnum in die illa, dicéntes. Panem nostrum comedêmus, & vestimêntis nostris operiêmur: tantúmmodò inuocêtur nomen tuum super nos: aufer oppróbrium nostrũ. In die illa erit germen Dómini in magnificéntia & in glória: & fructus terrę sublímis: & exultátio his qui saluâti fúerint de Israël. Et erit: omnis qui relíctus fúerit in Sion, & resíduus in Ierúsalem: sanctus vocábitur, omnis qui scriptus est in vita, in Ierúsalem. Si ablúerit Dóminus sordes filiârum Sion: & sánguinem Ierúsalem láuerit de médio eius in spíritu iudícii, & spíritu ardôris. Et creábit Dñs super omnem locum montis Sion, & vbi inuocâtus est: nubem per diem, & fumum & splendôrem ignis flammántis in nocte. Super omnem enim glóriam protéctio. Et tabernáculum erit in vmbráculum diei ab æstu: & in securitâtem, & absconsiónem à túrbine & à pluuia.

Isa. 5. Tractus. Vínea facta est diléćto in cornu, in loco vberi. Ver. Et macériam circumdédit, & circumfódit: & plantâuit víneam Sorec, & ædificâuit turrim in médio eius. Ver. Et tórcular fodit in ea: vínea enim Dómini Sabaóth, domus Israël est. Orémus.

DEus qui nos ad celebrándum paschále sacraméntum vtriusque testaménti páginis ínstruis: da nobis intellígere misericórdiam tuã: vt ex perceptiône præséntium mûnerum: firma sit expectátio futurôrum. Per Dóminum.

Lectio quarta.

Isa. 55. HAec est hæréditas seruôrũ Dómini, & iustítia eôrũ apud me, dicit Dóminus. Omnes sitiéntes veníte ad aquas: & qui non habétis argéntum, properâte, émite, & comédite. Veníte, émite absque argénto, & absque vlla commutatiône vinũ & lac. Quare appénditis argéntum non in pánibus, & labôrem vestrum non in saturitâte? Audîte audiéntes me, & comédite bonum: & delectábitur in crassitúdine ánima vestra. Inclinâte aurem vestram, & veníte ad me: audîte & viuet ánima vestra: & fériam vobíscum pactum sempitérnum, misericórdias Dauid fidéles. Ecce testem pópulis dedi eum, ducem ac præceptôrem géntibus. Ecce gentem quam nesciébas, vocâbis: & gẽtes quæ non cognouêrunt te, ad te current propter Dóminum Deum tuum, & sanctum Israël: quia glorificâuit te. Quærite Dóminum dum inuenîri potest: inuocâte eum dũ propè est. Derelinquat ímpius viam suam, & vir iníquus cogitatiônes suas: & reuertâtur ad Dóminum, & miserébitur eius: & ad Deum nostrum, quóniam multus est ad ignoscéndũ. Non enim cogitatiônes meæ, cogitatiônes vestræ: neque viæ meæ, viæ vestræ, dicit Dóminus. Quia sicut exaltántur cæli à terra: sic exaltátę sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitatiônes meæ à cogitatiónibus vestris. Et quómodo descéndit imber & nix de cælo, & illuc vltra non reuértitur, sed inébriat terram, & infúndit eam, & germinâre eam facit, & dat semen serénti, & panem comedénti: sic erit verbum meum quod egrediétur de

ore meo. Non reuertêtur ad me vacuum, sed fáciet quæcúnque vólui, & prosperábitur in his ad quæ misi illud: dicit Dóminus omnípotens.

Deu 32. **Gradu.** Atténde cælum, & loquar: & áudiat terra verba ex ore meo. **Ver.** Expectêtur sicut plúuia elóquium meum: & descéndant sicut ros verba mea, sicut imber super grámina. **Ver.** Et sicut nix super fœnum: quia nomen Dómini inuocâbo. **Ver.** Date magnificéntiã Deo nostro: Deus verax; ópera eius, & omnes viæ eius iudícia. **Ver.** Deus fidélis, in quo non est iníquitas: iustus & sanctus Dóminus. Orémus.

DEus qui Eccléſiam tuam semper géntium vocatiône multíplicas: concéde propítius: vt quos aqua baptísmatis ábluis: contínua protectiône tueâris. per Dóminum.

Psa. 41. **Tractus.** Sicut ceruus desiderat ad fõtes aquârum, ita desiderat ánima mea ad te Deus. **Ver.** Sitíuit ánima mea ad Deum fontem viuum: quando véniam, & apparêbo ante fáciem Dei mei? **Ver.** Fuêrunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dícitur mihi per síngulos dies, vbi est Deus tuus? Orémus.

COncéde quęsumus omnípotẽs Deus: vt qui festa paschália per ágimus: cæléstibus desidériis accénsi, fontem vitæ sitiâmus. Dñm nostrũ Iesum Christum filium tuum. Qui.

¶ His expletis, & post orationẽ respónso Amen, statim proceditur ad benedictionem fontis; & peraguntur omnia, prout in Agendis cõtinentur. In regressu verò à fonte ad Chorum, solenniter incipitur. Kyrie eleison paschale, alternantibus organis, & resonantibus campanis. Interim, Sacerdos cum ministris in paramentis albis accedit ad altare, & facit confessionem vt moris est, in loco consueto. Facta confessione, ascendens osculatur altare, & finito cantu Kyrie-eléison solenniter incipit Glória in excélsis Deo. Quo terminato, dicit Dóminus vobíscum. Orémus.

DEus qui hanc sacratíssimam noctem glória Domínicæ resurrectiônis illústras: conférua in noua famíliæ tuæ progénie adoptiônis spíritum quem dedísti: vt córpore & mente renouáti puram tibi exhíbeant seruitûtem. Per Dóminum.

Léctio epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Colossenses.

Cap 3. FRatres. Si consurrexístis cũ Christo: quæ sursum sunt, quærite: vbi Christus est in déxtera Dei sedẽs. Quæ sursum sunt, sápite: non quæ super terram. Mórtui enim estis: & vita vestra abscóndita est cum Christo in Deo. Cúm autem Christus apparúerit vita vestra: tunc & vos apparébitis cũ ipso in glória. Allelúia.

Psa. 117. **Ver.** Confitémini Dómino quóniã bonus: quóniã in seculũ misericórdia eius.

Psa. 116. **Tractus.** Laudâte Dñm omnes gentes; & collaudâte eum omnes pópuli. **Ver.** Quóniam confirmâta est super nos misericórdia eius; & véritas Dómini manet in ætérnum. Ad euangelium nõ portantur luminaria, sed tantùm incensum: & petitur benedictio.

Sequéntia sancti euangélij secúndum Matthæum.

Cap 28. VEspere autem Sabbathi, quæ lucéscit in prima Sabbathi: venit María Magdaléne, & áltera María vidêre sepúlchrum. Et ecce, terræmotus factus est magnus. Angelus enim Dómini descéndit: & accédens reuóluit lápidem, & sedébat su-

per

per eum. Erat autem aspéctus eius, sicut fulgur: & vestiméntum eius, sicut nix. Præ timôre autem eius, extérriti sunt custôdes: & facti sunt velut mórtui. Respóndens autem ángelus, dixit muliéribus. Nolíte timêre vos. Scio enim, quòd Iesum qui crucifíxus est, quæritis. Non est hîc. Surréxit enim sicut dixit. Veníte, & vidête locum, vbi pósitus erat Dóminus. Et citò eúntes dícite discípulis eius, quia surrêxit. Et ecce præcédet vos in Galilæam. Ibi eum vidébitis: ecce, prædíxi vobis.

Osculum libri non sumitur. nec dicitur Credo: sed finito Euangelio Sacerdos dicit Dóminus vobíscum. Orémus.

Non dicitur Offertorium: sed fit consueta oblatio.

Secreta.

SVscipe quæsumus Dómine preces pópuli tui cum oblatiónibus hostiârũ: vt paschálibus initiâta mystériis: ad æternitâtis nobis medélã, te operânte proficiant. Per Dñm.

Præfatio. Te quidem Dñe omni témpore, sed in hac potíssimum nocte gloriósiùs prædicâre. &c. Deinde dicitur Sanctus duplex. Infra actionem.

COmmunicántes, & noctem sacratíssimam celebrântes Resurrectiónis Dómini nostri Iesu Christi secúndùm carnem. Sed & memóriam venerântes, inprimis gloriósæ semperque vírginis Maríæ, genitrícis eiúsdem Dei & Dómini nostri Iesu Christi. Sed & beatôrum Apostolôrum. &c.

Sequitur.

HAnc ígitur oblatiónem seruitútis nostræ, sed & cunctæ famíliæ tuæ, quam tibi offérimus: pro his quoque quos regenerâre dignâtus es ex aqua & Spíritu sancto, tribuens eis remissiônem ómnium peccatôrum: quæsumus Dómine vt placâtus. &c. Dicitur Pax Dómini sit semper. Et respónso Et cum spíritu tuo. Non dicitur Agnus Dei: nec pax datur: nec Complenda dicitur: sed post sumptionẽ sacramenti, pro vesperis in Choro alta voce incipiatur Aña Allelúia, allelúia, allelúia. quæ tota dicatur, & psal. Laudate Dñm omnes gentes cum Gloria patri. Repetita post psal. aña, Sacerdos ad altare stans incipiat añam super Magnifi. Véspere autem Sábbathi. Chorus prosequatur. quæ lucéscit in prima Sábbathi, venit María Magdaléne, & áltera María, vidêre sepúlchrum, allelúia.

Quam antiphonam post Magnificat Sacerdos reincipiat, Choro finiente. Et conuersus ad Chorum dicat Dóminus vobíscum. Orémus.

SPíritum nobis Dómine tuæ charitâtis infúnde: vt quos sacramẽtis paschálibus satiâsti: tua fácias pietâte concórdes. Per. eiúsdem.

Postea se vertens dicat Dóminus vobíscum. Quo dicto, subiungat Diaconus Ite Missa est, sub nota Christeeléison paschalis. Et sic Missa & Vesperæ finiantur simul. Notandum, quòd Ite Missa est semper dicetur sine allelúia.

ORDINARIVM MISSÆ.

SACERDOS CVM INGREDITUR ad Altare, signans se signo crucis, clara voce dicit.



IN nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti. Amen.

Deinde iunctis manibus ante pectus incipit cum ministris Antiphonam. Introíbo ad altâre Dei.

Ministri.

Resp. Ad Deum qui lætíficat iuuentûtem meam.

Posteà alternatim cum ministris dicit sequentem Psalmum.

IVdica me Deus, & discérne causam meam de gente non sancta: ab hómine iníquo & dolôso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea, quare me repulísti, & quare tristis incédo dum áffligit me inimícus?

EMítte lucem tuam, & veritâtem tuam: ipsa me deduxêrunt, & adduxêrunt in montem sanctum tuum, & in tabernácula tua.

Et introíbo ad altâre Dei; ad Deum qui lætíficat iuuentûtem meam.

COnfitébor tibi in cíthara Deus Deus meus: quare tristis es ánima mea, & quare contúrbas me?

Spera in Deo quóniam adhuc confitébor illi; salutâre vultus mei & Deus meus.

GLória patri & fílio, & spirítui sãcto. Sicut erat in princípio & nunc & semper; & in secula seculôrum. Amen.

Repetit cum ministris Antiphonã. Ver. Introíbo ad altâre Dei. Resp. Ad Deum qui lætíficat iuuentûtem meam. Signat se, dicens Ver. Adiutórium nostrum in nómine Dómini. Resp. Qui fecit cælum & terram. Deinde iunctis manibus inclinatus facit confessionem.

¶ In Missis defunctorum, & in Missis de tempore, à Dominica passionis inclusiuè vsque ad Sabbathum sanctum exclusiuè, omittitur Psal. Iudica me Deus. cum Glória patri, & repetitione Antiphonæ. Sed dicto, In nómine patris, Introíbo, & Adiutórium, fit confessio vt sequitur.

CONfíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper vírgini, beáto Michaëli archãgelo, beáto Ioánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro & Paulo atq; Andréæ, ómnibus sanctis, & vobis, fratres: quia peccáui nimis cogitatiône, verbo, & ópere, Percutit sibi pectus, dicens: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideò precor beátam Maríam semper vírginem, beátũ Michaëlem archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum & Paulũ, atque Andréam, omnes sanctos, & vos, fratres, orâre pro me ad Dóminum Deum nostrum. RESPON. MIsereâtur tui omnípotens Deus; & dimíssis ómnibus peccâtis tuis, perdûcat te ad vitam ætérnam. Sacerdos dicit Amen.

Deinde ministri repetunt confessionem

nem: & vbi à Sacerdote dicebatur Vobis fratres, &, vos fratres, à ministris dicitur, Tibi pater, &, te pater. Postea Sacerdos iunctis manibus facit absolutionem, dicens.

MIsereâtur vestri omnípotens Deus; & dimíssis ómnibus peccâtis vestris, perdûcat vos in vitam ætérnam. Resp. Amen.

Signat se signo crucis, dicens.

INdulgéntiam, absolutiônem, & remissiônem ómnium peccatôrũ nostrôrum, tríbuat nobis omnípotens & misericors Dñus. Resp. Amen.

Inclinatus prosequitur Ver.

Deus tu conuérsus vivificábis nos. Resp. Et plebs tua lætábitur in te. Ver. Ostẽde nobis Dómine misericórdiam tuam. Resp. Et salutâre tuũ da nobis. Ver. Dómine exáudi oratiônem meam. Resp. Et clamor meus ad te véniat. Ver. Dóminus vobíscum. Resp. Et cum spíritu tuo. Ascendens ad Altare dicit, Orémus.

AVfer à nobis, quæsumus Dómine, cunctas iniquitátes nostras: vt ad sancta sanctôrum puris mereâmur méntibus introíre. Per Christũ Dóminum nostrum. Amen.

Manibus iunctis super altare, inclinatus dicit.

ORâmus te Dómine per mérita sanctôrum tuôrum, Osculatur Altare dicens. Quorum relíquiæ hîc sunt, & ómniũ sanctôrũ: vt indulgêre dignêris ómnia peccâta mea. Amen.

Postea celebrans signans se signo crucis, incipit Introitum: quo finito, iũctis manibus accedens ad medium altaris, alternatim cum Ministris dicit.

KYrieeléison, Kyrieeléison, Kyrieeléison. Christeelèisõ, Christeeléison, Christeeléison. Kyrieeléison, Kyrieeléison, Kyrieeléison.

Posteà ad medium altaris extendens & iungens manus, caputque aliquantulum inclinans, dicit, si dicendum est: Gloria in excelsis Deo: & prosequitur iunctis manibus. Cùm dicit Adoramus te, & Gratias agimus tibi, & Iesu Christe, & Suscipe deprecationem, inclinat caput: & in fine dicens, Cum sancto spiritu, signat se.

GLória in excélsis Deo. Et in terra pax homínibus bonæ voluntátis. Laudâmus te. Benedícim' te. Adorâmus te. Glorificâmus te. Grátias ágimus tibi propter magnã glóriam tuã. Dómine Deus, rex cæléstis, Deus pater omnípotens. Dómine fíli vnigénite Iesu Christe. Dómine Deus Agnus Dei, fílius patris. Qui tollis peccâta mundi, miserére nobis. Qui tollis peccâta mundi, súscipe deprecatiónem nostram. Qui sedes ad déxteram Patris, miserére nobis. Quóniam tu solus sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus altíssimus. Iesu Christe. Cum sancto spíritu, in glória Dei patris. Amen.

Sic dicitur Gloria in excelsis etiam in Dominicis diebus, & in Missis beatæ Mariæ. Deinde osculatur altare in medio, & versus populum dicit Ver. Dóminus vobíscũ. Resp. Et cum spíritu tuo. posteà dicit Orémus. Deinde Orationes, vnam aut plures. Sequitur Epistola, Graduale, Alleluia vel Tractus, Prosa, vt tempus postulat. Sub finem eorum quæ cantantur, Diaconus in Missa solenni genuflexus manibus iunctis ante medium altaris dicit.

MVnda cor meum ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ cálculo mũdâsti igní-

to: ita me grata tua miseratiône dignâre mundâre, vt sanctum Euangélium tuum dignè váleam nunciâre. Per Christũ Dñm nostrum. Amẽ.

Interim vel paulò ante hanc orationem, Subdiacono ministrante benedicit incensum, dicens:

AB illo benedi ✠ câris, in cuius hônore cremaberis. Amen.

Deinde Diaconus rursus genuflexus petit benedictionem à Sacerdote, dicẽs Iube Dómine benedícere.

Sacerdos Respondet.

DOminus sit in corde tuo, & in lábiis tuis; vt dignè & competénter annúncies euangélium suum: in nómine Patris, & Fílii, ✠ & Spíritus sancti.

Accepta benedictione, cum aliis ministris, incenso & luminaribus, accedit ad locum Euangelii, & stans iũctis manibus dicit. Ver. Dóminus vobíscũ. ℟. Et cum spíritu tuo. Pronuncians Sequẽtia sancti Euangélii secúndùm N. pollice dextræ manus signat librum Euangelii, deinde frontem, labia, & pectus: & dum ministri respondent Glória tibi Dómine, incensat ter librum. Postea dicit Euangelium iunctis manibus. Quo finito, Diaconus defert librum Sacerdoti; qui osculatur Euangelium, dicens: Per Euangélica dicta deleántur nostra delícta. Si verò sine Diacono & Subdiacono celebrat, delato libro ad aliud cornu altaris, stans ad medium altaris iunctis manibus, & aliquantulum inclinatus dicit:

MVnda cor meum: & Iube Dómine benedícere, vt suprà: & Dóminus sit in corde meo, & in lábiis meis; vt dignè & competénter annúnciem euangéliũ suũ.

Deinde ad librum conuersus, iunctis manibus dicit. Ver. Dóminus vobíscum Resp. Et cum spíritu tuo: & pronunciãs Initium siue Sequéntia sancti euangélii. &c. signat se, & legit euangelium, vt dictum est. Quo finito, respondent ministri, Laus tibi Christe: & Sacerdos osculatur euangelium vt suprà. In Missis defunctorum dicitur Munda cor meũ: sed non petitur benedictio, nec deferũtur luminaria, nec osculatur liber. Deinde ad medium Altaris extendens & iungens manus, dicit, si dicendum est: Credo in vnum Deum: & prosequitur iunctis manibus. Quando autem ventũ est ad illud, Et incarnatus est, genuflectit vsque dum dicitur, Crucifixus etiã pro nobis. In fine ad Et vitam venturi, signat se signo crucis.

CRedo in vnum Deum. Patrem omnipoténtem factôrem cæli & terræ, visibílium ómnium & inuisibílium. Et in vnum Dóminũ Iesum Christum, fílium Dei vnigénitum. Et ex patre natum ante ómnia sécula. Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero. Génitum non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines, & propter nostrã salútem descéndit de cælis.

Et incarnâtus est de Spiritu sancto ex Maria virgine: Et homo factus est.

Crucifíxus étiam pro nobis: sub Põtio Piláto passus, & sepúltus est. Et resurréxit tértia die, secúndùm scriptûras. Et ascéndit in cælum: sedet ad déxteram Patris. Et íterum ventûrus est cum glória iudicâre viuos & mórtuos: cuius regni non erit finis. Et in

Spíri-

Spíritum sanctum Dóminum & viui ficántem: qui ex Patre Fílioq; procédit. Qui cum Patre & Fílio simul adorâtur, & conglorificâtur: qui locûtus est per Prophétas. Et vnam sanctam Cathólicam & Apostólicã eccléſiam. Confíteor vnum baptísma in remisiônem peccatôrum. Et expécto resurrectiônem mortuôrum. Et vitam ventûri seculi. Amen.

Deinde osculatur altare,& versus populũ dicit Ver. Dóminus vobíscũ: Resp. Et cum spíritu tuo. Postea dicit Orémus & Offertorium. Quo dicto, si est Missa solennis, Diaconus porrigit celebranti patenam cum hostia: si priuata, Sacerdos ipse accipit patenam cum hostia: quam offerens dicit.

SVscipe, sancte Pater omnípotens, æterne Deus, hanc immaculâtam hóstiam: quam ego indígnus fámulus tuus óffero tibi Deo meo viuo & vero, pro innumerabílibus peccâtis & offensiónibus & negligéntiis meis, & pro ómnibus circumstántibus, sed & pro ómnibus fidélibus Christiánis viuis atque defúnctis: vt mihi & illis prosíciat ad salútem in vitam ætérnam. Amen.

Deinde repósita hostia super corporale, minístrat Diaconus vinum, Subdiaconus aquam in calice: vel si priuata est Missa, vtrumque infundit Sacerdos, & aquam miscendam in calice benedicit, dicens.

DEus qui humânæ substántiæ dignitátem mirabíliter condidîsti, & mirabíliùs reformâsti: da nobis per huius aquæ & vini mystérium, eius diuinitátis esse consórtes, qui humanitátis nostræ fíeri dignâtus est párticeps, IEsus CHristus filius tuus Dóminus noster. Qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti DEus: per ómnia secula seculôrũ. Amẽ.

In Missis pro defunctis dicitur prædicta oratio: sed super aquam non producitur crux. Accipiens calicem, offert dicens.

OFférimus tibi Dómine cálicem salutâris, tuã deprecántes clementiam: vt in conspéctu diuínæ maiestâtis tuæ pro nostra & totíus mundi salúte, cum odôre suauitâtis ascẽdat. Amen.

Deinde posito calice super corporale, & palla cooperto, iunctis manibus aliquantulum inclinatus dicit.

IN spíritu humilitâtis, & in ánimo contrito suscipiâmur à te Dómine: & sic fiat sacrifícium nostrum in conspéctu tuo hódie, vt pláceat tibi Dómine Deus.

Erectus expandit manus, easque in altum porrectas iungens, eleuatis ad cælum oculis, & statim demissis, dicit.

VEni sanctificâtor, omnípotens æterne Deus:

Benedicit oblata prosequendo.

Et bene ✠ díc hoc sacrifícium tuo sancto nómini præparâtum.

Postea, si solenniter celebrat, benedicit incensum, dicens.

PEr intercessiônem beâti Michaëlis archángeli stantis à dextris Altáris incénsi, & ómnium electôrũ suôrum, incénsum istud dignêtur Dóminus bene ✠ dícere, & in odôrem suauitâtis accípere. Per Christũ Dóminum nostrum. Resp. Amen.

Et accepto thuribulo à Diacono incensat oblata, dicens.

INcénsum istud à te benedíctum, ascéndat ad te Dómine: & descén-

dat

dat super nos misericórdia tua.

Deinde incensat Altare, dicens:

DIrigâtur Dómine orátio mea, sicut incénsū in cōspéctu tuo: eleuátio mánuum meârum sacrifícium vespertínum. Pone Dómine custódiam ori meo, & óstium circumstántiæ lábiis meis: vt non declínet cor meum in verba malítiæ, ad excusándas excusatiônes in peccátis.

Dum reddit thuribulum Diacono, dicit.

ACcéndat in nobis Dóminus ignem sui amôris, & flammam ætérnæ charitátis. Amen.

Postea incensatur Sacerdos à Diacono. Inde lauat manus, dicens.

LAuâbo inter innocéntes manus meas: & circumdábo altâre tuum Dómine. Vt áudiam vocem laudis tuæ: & enârrem vniuérsa mirabília tua. Dómine diléxi decôrem domus tuæ; & locum habitatiônis glóriæ tuæ. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam: & cum viris sánguinum vitam meam. In quorum mánibus iniquitátes sunt: déxtera eôrū repléta est munéribus. Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum: rédime me, & miserêre mei. Pes meus stetit in diréćto: in eccléśiis benedícam te Dómine. Glória Patri & Fílio, & Spirítui sancto. Sicut erat in princípio, & nunc & semper, & in sécula seculôrum. Amen.

In Missis pro Defunctis, & tempore Passionis in Missis de Tempore, omittitur Gloria patri.

Deinde ad mediū altaris, & aliquantulum inclinatus iunctis manibus, dicit.

SVscipe sancta Trínitas hanc oblatiônem, quam tibi offérimus ob memóriam passiônis, resurrectiônis, ascensiônis IEsu Christi Dómini nostri: & in honôre beátæ Maríæ semper vírginis, & beáti Ioánnis Baptístæ, & sanctôrum Apostolôrum Petri & Pauli: & istôrum, & ómniū sanctôrum: vt illis prosíciat ad honôrē, nobis autem ad salútem: & illi pro nobis intercédere dignéntur in cęlis, quorū memoriam ágimus in terris. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Postea osculatur altare, & versus populum, dicit.

ORáte fratres: vt meum ac vestrum sacrifícium acceptábile fiat apud Deum Patrē omnipoténtē.

Circumstantes respondent; alioquin ipsemet Sacerdos.

SVscípiat Dóminus sacrifíciū de mánibus tuis (vel meis) ad laudem & glóriam nóminis sui: ad vtilitátem quoq; nostram, totiusque Eccléśiæ suæ sanctæ. Amen.

Deinde manibus extensis absolutè subiungit orationes Secretas. Quibus dictis, cùm peruentum fuerit ad conclusionem, clara voce dicit. Per ómnia secula seculôrum cum Præfatione, vt in sequentibus. Præfatio incipitur ambabus manibus positis hinc inde super Altare: quas aliquantulū eleuat cùm dicit Sursum corda. Iungit manus, & caput inclinat, cùm dicit Gratias agamus Domino Deo nostro. Deinde disiūgit manus, & disiunctas tenet vsque ad finem Præfationis: & iterùm iungit, cùm dicit Sanctus. &c.

SEQVVNTVR

PRAEFATIONES

DICENDAE PER ANNVM.

Hæc Præfatio dicitur in

Natiuitate Domini ad omnes Missas, & deinceps quotidie vsq; ad Epiphaniam: præterquàm in festo & Octauo die S. Ioannis Euangelistæ. Dicitur etiam in commemoratione ac Missis votiuis B. Mariæ à Natali vsque ad Purificationẽ. Et in die Purificationis. Et in festo corporis Christi, & per Octauam.



Et ómnia sécula seculôrum. Amen. Dóminus vobíscũ. Et cum spíritu tuo. Sursum corda. Habémus ad Dñm. Grátias agâmus Dño Deo nostro. Dignum & iustum est.

VErè dignum & iustum est, æquum & salutâre: nos tibi semper & vbíque grátias ágere: Dómine sancte pater omnípotens, ætérne Deus. Quia per incarnáti verbi mystériũ noua mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: vt dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in inuisibílium amôrem rapiámur. Et ideò cum ángelis & archángelis, cum thronis & dominatiónibus: cũque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes.

Infra actionem.

In prima Missa Natiuitatis Domini dicitur.

COmmunicantes, & noctem sacratíssimam celebrántes: qua.

In aliis Missis semper.

COmmunicántes, & diem sacratíssimum celebrántes: quo beátæ Maríæ intemerâta virgínitas huic mundo édidit Saluatôrem. Sed & memóriam venerántes, in primis eiúsdem glorióſæ semperque vírginis Maríæ, genitrícis eiúsdem Dei & Dómini nostri Iesu Christi. Sed & beatô rum Apostolôrum &c.

Sic dicitur infra actionem vsque ad Octauam Natiuitatis Domini incluſiuè, & non vltrà.

In Epiphania Domini,

& per Octauam.

V. æterne Deus.

Quia cùm vnigenitus tuus in substãtia nostræ mortalitátis appáruit, noua nos immortalitâtis suæ luce reparâuit. Et ideò.

Infra actionem.

COmmunicántes & diem sacratíssimum celebrántes: quo vnigénitus tuus in tua tecum glória coætérnus, in veritâte carnis nostræ visibíliter corporâlis appáruit. Sed & memóriam venerántes, in primis gloriósæ semperq; vírginis Maríæ, genitrícis eiúsdem Dei & Dñi nostri Iesu Christi. Sed & beatôrũ Apostolôrũ.

Et dicitur per totam Octauam.

In capite Ieiunij,

Et deinceps vsque ad Dominicã Passionis: nisi in festis propria Præfatio assignetur. Et exceptis Dominicis díebus.

V. ætér-

V. ætérne Deus.

Qui corporáli ieiúnio vítia cómprimis, mentem éleuas, virtútē largíris & præmia: per Chriſtū Dn̄m noſtrū. Per quem maieſtátem tuam laudant ángeli, adôrant dominationes, tremunt poteſtátes. Cæli cælorumque virtútes, ac beáta Séraphim, ſócia exultatióne concélebrant. Cum quibus & noſtras voces vt admitti iúbeas deprecâmur, ſúpplici confeſſióne dicentes.

De Sancta Cruce.

In Dominica Paſsionis, & inde vſque ad Cœnam Domini incluſiuè; etiam in feſtis, quibus propria Præfatio non aſsignatur. Et in vtroque feſto S. Crucis.

V. ætérne Deus.

Qui ſalútē humáni géneris in ligno Crucis cōſtituiſti; vt vnde mors oriebâtur, inde vita reſúrgeret. Et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerêtur: per Chriſtum Dn̄m noſtrū Per quem maieſtátem. &c. vt ſuprà.

In reſurrectione Domini.

A Vigilia Paſchæ quotidie, etiam in feſtis, niſi propria Præfatio illis aſsignetur, vſque ad Aſcenſionem. Sed in Miſſa Sabbathi ſancti dicitur, In hac potíſsimum nocte: in die Paſchæ vſque ad Dominicam in Albis incluſiuè, dicitur, In hoc potíſsimum die: deinceps dicitur, In hoc potíſsimum tempore.

V. æquum & ſalutâre.

Te quidem Dómine omni tempore, ſed in hoc potíſſimum die (vel, tempore) glorióſius prædicâre, cum Paſcha noſtrū immolâtus eſt Chriſtus. Ipſe enim verus eſt agnus, qui ábſtulit peccâta mundi. Qui mortē noſtrā moriéndo deſtrúxit, & vitam reſurgéndo repaurâuit. Et ideò cum ángelis & archángelis, cum thronis & dominatiónibus: cumque omni milítia cæléſtis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, ſine fine dicéntes.

Infra actionem.

COmmunicántes, & diem ſacratíſſimū celebrántes Reſurrectiônis Dómini noſtri IEſu Chriſti ſecúndùm carnem. Sed & memóriam venerántes, inprimis glorióſæ ſemperq; vírginis MAríæ, genitrícis eiúſdem Dei & Dómini noſtri IESV Chriſti. Sed & beatôrum Apoſtolôrum &c. Sequitur.

HAnc igitur oblatiónem ſeruitútis noſtræ: ſed & cunctæ famíliæ tuæ quam tibi offérimus: pro his quoq; quos regenerâre dignátus es ex aqua & ſpíritu ſancto, tribuens eis remiſſiónem ómnium peccatôrū: quæſumus Dómine, vt placátus &c.

Sic dicitur infra actionem, à vigilia Paſchæ vſque ad Dominicam in Albis incluſiuè.

In Aſcenſione Dn̄i.

Et inde vſque ad Vigiliam Pentecoſtes excluſiuè. Et in feſtis tunc occurrentibus, quibus propria Præfatio non aſsignatur.

V. ætérne Deus: per Chriſtum Dóminum noſtrum.

Qui poſt reſurrectiônem ſuam ómnibus diſcípulis ſuis maniféſtus appa ruit, & ipſis cernentibus eſt eleuâtus in cælū: vt nos diuinitátis ſuæ tribúeret eſſe partícipes. Et ideò cū angelis.

Infra actionem.

COmmunicántes, & diem ſacratíſſimum celebrántes: quo Dóminus noſter vnigénitus Filius tuus,

vnítam

vnítam ſibi fragilitátis noſtræ ſubſtántiam in glóriæ tuæ déxtera collocáuit. Sed & memóriam veneránte, inprímis glorióſæ ſemperq́; vírginis Maríæ, genitrícis eiúſdem Dei & Dómini noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatô rum Apoſtolôrum &c.

Et dicitur per Octauam.

A vigilia Pentecoſtes vſq; ad ſequens Sabbathum incluſiuè. Dicitur etiam in votiuis de S. Spiritu per Annum. Sed tum omittuntur verba hodiérna die.

V. æterne Deus: per Chriſtum Dóminum noſtrum.

Qui aſcéndens ſuper omnes cælos, ſedensq́; ad déxteram tuam, promíſſum Spíritum ſanctum hodiérna die in fílios adoptiónis effúdit. Quapropter profúſis gáudiis, totus in orbe terrârum mundus exúltat. Sed & ſupérnæ virtutes atq; angélicæ poteſtátes, hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, ſine fine dicéntes.

Infra actionem.

COmmunicántes, & diem ſacratíſſimum Pentecóſtes celebrántes: quo Spíritus ſanctus Apóſtolis innúmeris linguis appáruit. Sed & memóriam &c.

Sequitur.

HAnc igitur oblatiónem ſeruitútis noſtræ: ſed & cunctæ famíliæ tuæ quam tibi offérimus: pro his quoq; quos regenerâre dignâtus es ex aqua & Spíritu ſancto, tríbuens eis remiſſiônem ómnium peccatôrũ: quæſumus Dómine, vt placátus &c.

Sic dicitur Miſsa infra actionẽ per hebdomadam Pentecoſtes tantùm.

De S. Trinitate.

V. ætérne Deus.

Qui cum vnigénito filio tuo & ſpíritu ſancto vnus es Deus, vnus es Dóminus. Nõ in vníus ſingularitáte perſonæ, ſed in vníus trinitáte ſubſtántiæ. Quod enim de tua glória reuelánte te crédimus, hoc de fílio tuo, hoc de ſpíritu ſancto, ſine differéntia diſcretiónis ſentimus: vt in confeſſiône veræ ſempiternæq́; deitâtis, & in perſónis propríetas, & in eſſéntia vnitas, & in maieſtâte adorêtur æquálitas. Quam laudant ángeli atq; archángeli, Chérubin quoque & Séraphin: qui non ceſſant clamâre quotí die vna voce dicéntes.

De Apoſtolis & Euãgeliſtis.

Verè dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutâre. Te Dómine ſupplíciter exorâre: vt gregem tuũ paſtor ætérne non déſeras; ſed per beátos Apóſtolos tuos contínua protectiône cuſtódias. Vt iiſdem rectóribus gubernétur, quos óperis tui vicários éidem contulíſti præeſſe paſtôres. Et ideò cũ ángelis & archángelis, cum thronis & dominatiónibus: cumq́; omni milítia cæléſtis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, ſine fine dicẽtes.

De Domina noſtra.

In feſtis B. Mariæ, & per eius octauas (excepto feſto Purificationis, in quo dicitur de Natiuitate Dñi) & in cõmemorationibus, ac Miſsis votiuis de B. Maria, in quibus dicitur Et te in Veneratione. In feſtis autem dicitur Et te in Annunciatione, vel Viſitatione, vel Aſsũptione, vel Natiuitate, vel Conceptiõe:

ſecundùm denominationem feſti.

V. ætérne Deus.

Et te in veneratiône beátæ MAríæ ſemper vírginis exultántibus ánimis collaudâre, benedícere & prædicâre. Quæ & vnigénitum tuum ſancti ſpíritus obumbratióne concépit, & virginitátis glória permanénte, huic mundo lumen ætérnum effúdit, Ieſum Chriſtum Dóminum noſtrum. Per quem maieſtátem. vt infrà.

Præfatio communis,

vbi propria non habetur.

Per omnia ſécula ſeculôrum. Amen. Dóminus vobíſcum. Et cum ſpíritu tuo. Surſum corda. Habémus ad Dóminũ. Grátias agámus Dómino Deo noſtro.

Dignum & iuſtum eſt.

Verè dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutâre: nos tibi ſemper & vbiq; grátias ágere, Dómine ſancte Pater omnípotens, ætérne Deus: per Chriſtum Dóminum noſtrum. Per quem maieſtátem tuam laudant ángeli, adôrant dominatiônes, tremunt poteſtâtes. Cæli cælorumq; virtútes, ac beáta Séraphin, ſócia exultatióne concélebrant. Cũ quibus & noſtras voces vt admíti iúbeas deprecâmur, ſúpplici confeſſiône dicéntes. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus DEVS Sabáoth. Pleni ſunt cæli & terra glória tua. Hoſánna in excélſis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Hoſánna in excélſis.

SEQVVNTVR
PRÆFATIONES CVM CANTV.
SOLENNES.

In toto duplici feſto.



Præfatio Communis.









In Natiuitate Domini ad primam & tertiam Miſſas. Et in feſtis S. Stephani, Circumciſionis, Purificationis B. Mariæ, Corporis Chriſti.



minum. Gráti as a gá mus

Dó mino De o no-

ſtro. Di gnũ & iu ſtum

eſt. VE rè di gnum

& iu ſtum eſt æ-

quũ & ſa lu târe. Nos ti-

bi ſemper & vbi que grá ti-

as á ge re, Dómine ſancte

Pa ter om ní po tens æ tér-

ne De us. Qui a per in car-

náti ver bi my ſté rium noua

mentis no ſtræ ó cu lis lux tu-

æ cla ritâ tis in fúl-

ſit. Vt dum viſibí li ter De-

um co gnó ſcimus, per hunc

in in ui ſi bí li um a mô

rem ra pi â mur. Et

í de o cum ánge lis &

ar chán gelis, cum thro nis

& do mi na ti ó ni bus.

Cúm que omni milíti a

cælé ſtis ex ér ci tus, hym-



In feſto S. Ioannis Euangeliſtæ, & S. Andreæ, Apoſtolorum. Et in totiſduplicibus de Apoſtolis & Euangeliſtis.





ris tui vi cá rios eidem con tu-

lí ſti, præéſ ſe paſtô res.

Et í deo cum ángelis

& ar chángelis, cum thro-

nis & do mina ti ô ni-

bus. Cúm que omni mi-

lí ti a cæ lé ſtis ex ér ci tus,

hym num gló ri æ tu æ

cá ni mus, ſi ne ſi

ne di cén tes.

IN EPIPHANIA Domini.

P Er ómni a ſe cu la ſe-

culô rum. Amen D ómi-

nus vo bíſcum. Et cum ſpíri-

tu tu o. S ur ſum

cor da. Habe mus ad

Dó minum. G ráti as a-

gá mus Dó mino De o

no ſtro. Di gnũ & iu-

ſtum eſt. V Erè

dignũ & iu ſtum eſt,

æquum & ſa lu tâ re.

Nos tibi ſemper & v bi-
que gráti as â ge re, Dómi-
ne ſãcte Pater om ní potens
æ tér ne De us. Quia cũ v-
nigéni tus tuus in ſubſtã ti a
noſtrę mortali tâ tis ap pá ru-
it noua nos immortalitâtis ſu-
æ lu ce re parâ uit.
Et í deò cum ángelis,
& ar chán gelis, cũ thro nis
& do mina ti ó ni bus.

Cúm que omni mi li ti-
a cæléſtis ex ér ci tus, hym-
num glóri æ tu æ câ-
ni mus, ſi ne fi ne
di cén tes.

In cœna Domini, celebrante Epiſcopo.

P Er óm ni a ſe cu la ſe-
culô rum. A men. D ómi-
nus vo bíſcum. Et cum ſpíri-
tu tuo. S ur ſum cor-
da. Habé mus ad



Dó minum. Gráti as



a gá mus Dó mino De-



o no ſtro. Dignum &



iu ſtũ eſt. Erè



di gnũ & iu ſtum eſt,



æ quũ & ſa lu tâ re.



Nos ti bi ſemper & v bí-



que grátias á gere, Dómi-



ne ſancte Pater om ní po-



tens æ térne De us. Qui ſa-



lútem humáni gé neris in li-



gno crucis conſti tu í ſti,



vt vnde mors o ri e bâ tur,



in de vi ta re ſúr geret.



Et qui in li gno vincé bat,



in li gno quoq; vince ré tur.



Per Chri ſtum Dó minum



no ſtrum. Per quem maie ſtá-



tem tuam laudãt án geli,



ad ô rant domina ti-



ô nes, tremunt po te ſtá-



tes Cæli cælorumq; vir-

tu-

tútes, ac be á ta Sé raphin,
ſó ci a exul ta ti ô-
ne concé lebrant. Cum qui-
bus & no ſtras voces vt
ad mítti iú be as de precâ-
mur, ſup pli ci confeſ ſi ô-
ne di cén tes.

Dominica Reſurrectionis Domini, & in duobus ſequentibus diebus.

PEr óm ni a ſe cu la ſe-
cu lô rum. Amen Dómi-
nus vo bíſcum. Et cum ſpíri-

tu tu o. Sur ſum
cor da. Habé mus ad
Dó minum. Grátias a-
gá mus Dó mino De o
no ſtro. Di gnũ & iu-
ſtum eſt. Vere
dignũ & iu ſtum eſt,
æquum & ſa lu tâ re.
Te quidẽ Dómine omni tém-
pore ſed in hoc po tíſſi mum
di e glori ó ſi us præ di cá-

rc,

re, cùm paſcha no ſtrũ immo
lâ tus eſt Chri ſtus. I pſe
e nim verus eſt a gnus, qui
ab ſtulit pec câ ta mun-
di. Qui mortẽ no ſtrã mori-
én do de ſtrú xit, & vi tam
reſurgéndo re parâ uit.
Et í deo cum ángelis
& ar chángelis, cum thro-
nis & do mina tió ni-
bus. Cúm que omni mi-
lí ti a cæléſtis ex ér ci tus,
hym num gló riæ tu æ
cá ni mus, ſi ne ſi
ne di cén tes.

In Aſcenſione Domini.

PEr óm ni a ſe cu la ſe-
culô rum. Amen. Dómi-
nus vo bíſcum. Et cum ſpíri-
tu tuo. Sur ſum cor-
da. Habé mus ad
Dó minum. Gráti as
agá-


a gá mus Dó mino De-
o no ſtro. Dignum &
iu ſtũ eſt. V Erè
dignũ & iu ſtum eſt,
æ quũ & ſa lu tâ re.
Nos ti bi ſemper & v bí-
que grátias á gere, Dómi-
ne ſancte Pater om ní po-
tens æ térne De us. Per Chri
ſtum Dó minum no-
ſtrũ. Qui poſt reſurrectió nem
ſuam ómnibus di ſcípulis ſuis
ma ni feſtus ap pá ruit, &
ip ſis cernénti bus eſt e le uátus
in cæ lũ: vt nos di ui ni tâ-
tis ſu æ tri búe ret
eſ ſe partí ci pes.
Et í deò cum ángelis,
& ar chán gelis, cũ thro nis
& do mina ti ó ni bus.
Cúm que omni mi li ti-
a cæléſtis ex ér ci tus, hym-

num



Dominica Pentecoſtes, & in duobus ſequentibus diebus: & in votiuis totis duplicibus de S. Spiritu. Sed extra octauam Pentecoſtes omittuntur verba hodierna die.





los, ſedenſq; ad dé xteram tu-

am, promiſſum ſpí ri tum ſan-

ctum hodi ér na di e in ſi-

li os a doptió nis ef-

fú dit. Quaprópter profú-

ſis gáu di is, to tus in orbe

terrâ rum mun dus exúl-

tat. Sed & ſupérnæ virtútes

at que angéli cæ pote ſtá tes,

hymnum gló ri æ tu æ

cón ci nunt, ſi ne fi-

ne di cén tes.

De S. Trinitate.

PEr óm ni a ſécula ſe cu-

lô rum. Amen Dó mi-

nus vo bíſcum. Et cũ Spíri-

tu tuo. Sur ſum cor-

da. Habé mus ad Dó-

minum. Gráti as a-

gá mus Dó mi no De o

no ſtro. Di gnũ & iu-

ſtũ eſt. VErè

di-

dignũ & iu ſtum eſt,
æ quum & ſa lu tâ re:
Nos ti bi sẽper & v bí que
grátias á gere, Dómine ſan-
cte Pa ter om ní potẽs æ tér-
ne De us. Qui cũ v ni gé-
nito fi li o tuo & ſpíritu
ſancto v nus es De us, v-
nus es Dó minus. Non in
v ní us ſingula ri tâ te per-
ſo næ, ſed in v ní us Tri-

ni tâ te ſubſtán tí æ. Quod
e nim de tua glóri a reue-
lánte te cré dimus, hoc de
fí li o tu o, hoc de ſpíri-
tu ſan cto, ſi ne differẽ ti a
diſcreti ô nis ſentí mus.
Vt in confeſſi ô ne ve ræ ſem-
piternæque dei tâ tis, &
in perſo nis pro prí e tas, &
in eſſénti a v ni tas, & in
maieſtá te a do rê tur

æ qua li tas. Quam laudant

án ge li atque ar chánge-

li: Cheru bin quoque &

Sé ra phin, qui nõ ceſſant clá-

mâre quotí di e v na vo-

ce di cén tes.

In feſtis B. Mariæ.

(Excepto Purificationis) & in votiuis totiſduplicibus de B. Maria: in quibus dicitur: Et te in Veneratione. In feſtis autem dicitur: Et te in Annunciatione, vel Viſitatione, vel Aſſumptione, vel Natiuitate, vel Conceptione: ſecundũ denominationem feſti.

P Er óm ni a ſe cu la ſe-

cu lô rum. Amen Dómi-

nus vo bíſcum. Et cum ſpíri-

tu tu o. Sur ſum

cor da. Habé mus ad

Dó minum. Grátias a-

gá mus Dó mino De o

no ſtro. Di gnũ & iu-

ſtum eſt. Vere

dignũ & iu ſtum eſt,

æquum & ſa lu tâ re.

Nos ti bi ſemper & v bi-

que gráti as a gere, Dómi-

ne sãcte Pater om ní potens

ætér-

æ tér ne De us. Et te in

ve nera ti ô ne be á tæ Marí-

æ ſemper vír ginis exul tã ti-

bus á ni mis collau dâ re, be-

ne dí ce re & præ di-

câ re. Quæ & v ni génitum

tuum ſancti ſpí ri tus obum-

brati ô ne concé pit, & virgi ni-

tátis glória permanẽte huic mun

do lumẽ æ ternũ ef fú dit, Ie-

ſum Chri ſtum Dó minum

no ſtrum. Per quem maie ſtá-

tem tuam laudãt án geli,

ad ô rant domina ti-

ô nes, tremunt po te ſtá-

tes. Cæli cælorúmq; vir-

tútes, ac be á ta Sé raphin,

ſó ci a exul ta ti ô-

ne concé lebrant. Cum qui-

bus & no ſtras voces, vt

ad mítti iú be as, de precâ-

mur, ſup pli ci confeſ ſi ô-



IN DIEBVS NON TOTIS DVPLICIBVS.



PRAEFATIONES MEDIOCRES.

In feſtis duplicibus, ſemiduplicibus ix. lectio. & Dominicis diebus. Et per Octauas Sanctorum. Præfatio communis.





ne

ne De us. Per Chri ſtum

Dó mi nũ no ſtrũ. Per quem

maie ſtátem tu am laudant án-

ge li, ad ô rant do mina ti ó-

nes, tremunt po te ſtá tes. Cæ-

li cæ lorũ q; vir tú tes, ac

beá ta Sé ra phin ſo ci-

a ex ul ta ti ô ne concé-

lebrant. Cũ quibus & no ſtras

vo ces vt admítti iúbeas de-

precâ mur ſup plici confeſ-

ſi ô ne di cén tes.

De Natiuitate Domini,

In non totisduplicibus diebus (excepta Octaua S. Ioannis) vſque ad Epipha. Et in Miſſis B. Mariæ à Natiuitate vſque ad Purificationem. Et per Octauam Corporis Chriſti.

P Er óm ni a ſe cula ſe-

cu lô rum. D óminus vo-

bi ſcum. S úr ſum cor da.

G rátias a gá mus Dó mino

De o no ſtro. V E rè

dignum & iu ſtum eſt, æ-

quum & ſa lu tâ re. Nos ti-

bi ſemper & v bí que gráti-

as á ge re, Dómine ſancte

Pater om ní potens æ térne

De us. Quia per in carnáti

verbi my ſté ri um, no ua men

tis no ſtræ ó cu lis lux tu-

æ clari tâ tis in fúl ſit:

Vt dũ vi ſi bí li ter Deum co-

gnó ſcimus, per hũc in in ui ſi-

bí li um amôrem ra pi-

â mur. Et í de ò cum án-

gelis & ar chángelis, cũ thro

nis & do mina ti ó-

ni bus. Cúmq; omni mi lí ti a

cælé ſtis ex ér ci tus, hymnum

glóri æ tu æ cá ni mus, ſi-

ne fi ne di cén tes.

Per Octauam Epiphaniæ

P Er óm ni a ſé cula ſe-

culô rum. D ó minus vo-

bíſcum. S ur ſum cor da.

G ráti as a gá mus Dómi-

no Deo no ſtro. V E-

rè

rè dignum & iu ſtum eſt, æ-
quum & ſa lutâ re.
Nos ti bi ſemper & v bíque
gráti as á gere, Dómine
ſancte Pater omní potẽs æ-
térne De us. Quia cũ v ni-
géni tus tuus in ſubſtã ti a
no ſtræ morta li tâ tis ap pá-
ru it, no ua nos im mor ta li tá-
tis ſu æ lu ce re parâ-
uit. Et í deò cum ánge-
lis & ar chángelis, cum thro
nis & do mi na ti ó-
ni bus. Cúmq; omni mi lí ti a
cæléſtis ex ér ci tus hymnũ
glóri æ tuæ cá nimus, ſi-
ne fi ne di cén tes.

In feſtis per Quadrageſimam ante Dominicam Paſſionis occurrentibus, & propriam Præfationem non habentibus. Quadrageſimalis.

PEr óm ni a ſe cula ſe-
cu lô rum. Dómi nus vo-
bi ſcum. Súr ſum cor da.

Grá-


Grátias a gá mus Dómino
De o no ſtro.
V E rè
dignum & iu ſtum eſt, æ-
quum & ſa lu tâ re. Nos ti-
bi ſemper & v bí que grá ti-
as á gere, Dómine ſan cte
Pa ter omní potens æ térne
De us. Qui cor porá li ie iú-
nio ví ti a cóm primis, mẽ-
tem é le uas, vir tútem largî-
ris & præmi a. Per Chri-
ſtum Dó minum noſtrum. Per
quem maieſtátem tu am laudant
án ge li, ad ô rant domi na-
ti ô nes, tremunt po te ſtá-
tes. Cæli cæ lo rũ q; vir tú-
tes, ac beá ta Sé ra phin, ſó-
cia exul ta ti ô ne
concé lebrant. Cum quibus &
no ſtras vo ces, vt admítti iú-
beas de precâ mur, ſup plici
confeſſi ô ne di cén tes.

Dominica Paſſionis & Dominica Palmarum. Et in Cœna Domini, non Epiſcopo celebrante. Et in feſtis à Dominica Paſſionis vſq; ad Dñicam Palmarum occurrẽtibus, & propriam Prefationem non habẽtibus. Et in vtroq; feſto S. Crucis.



nes,



In Vigilia Paſchæ,

Et deinceps quotidie in diebus nõ totiſduplicibus, quibus propria Præfatio non aſſignatur, vſq; ad Aſcenſionem. Sed in Miſſa Sabbathi ſancti dicitur, **In hac potíſſimũ nocte,** Per Octauam Paſchæ dicitur, In hoc potíſſimũ die. Deinceps dicitur, In hoc potíſſimum tempore.



Chri-

Chriſtus. Ipſe e nim verus eſt

a gnus,qui ábſ tu lit pec-

câ ta mundi Qui mortẽ no-

ſtram moriéndo de ſtrú xit, &

vi tam re ſurgẽ do re pa-

râ uit.Et í de ò cum ánge-

lis & ar chángelis,cum thro

nis & do mi na ti ó-

ni bus.Cúmq; omni mi lí ti a

cælé ſtis ex ér ci tus,hymnũ

glóri æ tu æ cá nimus, ſi-

ne fi ne di cén tes.

Per Octauã Aſcenſionis.

PEr óm ni a ſé cula ſe-

culô rum. Dó minus vo-

bíſcum. Sur ſum cor da.

Grá ti as a gá mus Dómi-

no Deo no ſtro. VE-

rè dignũ & iu ſtum eſt,æ-

quum & ſa lu tâ re.

Nos ti bi ſem per & v bí que

gráti as á ge re, Dómine

ſancte Pater omni potens æ-

térne De us. Per Chri ſtum

Dó mi nũ no ſtrũ. Qui poſt

reſurre ctiõ nẽ ſu am ómni bus

di ſcí pu lis ſu is ma ni fé ſtus

ap pá ru it, & i pſis cernén

ti bus eſt e le uâ tus in cæ-

lum, vt nos di ui ni tâ tis ſu-

æ tri búe ret eſ ſe par-

tí cipes. Et í de ò cum án-

gelis & ar chángelis, cũ thro

nis & do mi na ti ó-

ni bus. Cúmq; omni mi lí ti a

cæléſtis ex ér ci tus, hymnum

glóri æ tu æ cá ni mus, ſi-

ne fi ne di cén tes.

In Vigilia Pentecoſtes,

& per Octauam, feria iiij. v. vj. Sabbatho. Et in Miſſis non totiſduplicibus de S. Spiritu per annum. Sed extra Octauam Pentecoſtes ommittuntur verba; Hodiérna die.

PEr óm ni a ſé cula ſe-

cu lô rum. Dó mi nus vo-

bíſcum. Sur ſum cor da.

Grátias a gá mus Dómi-

no



Per Octauam S. Trinitatis. Et in Miſſis non totiſduplicibus de Trinitate.





bíſcum. Sur ſum cor da.



Grátias a gá mus Dómino



De o no ſtro. Vere



dignum & iu ſtum eſt, æ-



quum & ſa lu tâ re. Nos ti-



bi ſemper & v bíque grá ti-



as á gere, Dómine ſan cte



Pa ter omní potens æ térne



De us. Qui cũ v nì gé ni to fí-



li o tu o & ſpíri tu ſan cto,



v nus es De us, v nus es



Dó minus. Non in v ní us ſingu-



la ri tâ te per ſo næ, ſed in



v ní us trinitâ te ſubſtán-



ti æ. Quod enim de tua glóri a



re uelã te te cré di mus, hoc



de fí li o tu o, hoc de ſpí-



ri tu ſan cto, ſi ne differén-



ti a diſcreti ô nis ſen ti mus:



vt in confeſſi ô ne veræ ſem-



pi ter næq́, dei tâ tis, &



in perſó nis pro prí e tas, &

in eſſén ti a v ni tas, &

in maie ſtâ te a dorê-

tur æ quá li tas. Quã laudant

'án ge li, ad ô rant domi na-

ti ô nes, tremunt po te ſtá-

tes. Cæli cæ lo rũ q; vir tú-

tes, ac beá ta Sé ra phin, ſó-

cia exul ta ti ô ne

concé lebrant. Cum quibus &

noſtras vo ces, vt admítti iú-

beas de precâ mur, ſúp plici

confeſſi ô ne di cén tes.

De B. Maria per Octauas.

Et in Miſſa non totoduplici B. virginis.

PEr óm ni a ſe cu la ſe-

culô rum. Dómi nus vo-

bí ſcum. Sur ſum cor-

da. Gráti as a gá mus

Dómino De o no ſtro.

VE rè dignũ & iu ſtũ eſt,

æ quũ & ſa lutâ re.

Nos ti bi ſemper & v bíque

grátias á gere, Dómine

ſancte Pater om ni potens æ tér-
ne Deus. Et te in Annũti-
a ti ô ne, Vi ſi ta ti ô ne, A ſ-
ſumptiô ne, Nati ui tâ te, Cõce-
ptiône, Venerati ô ne beá tæ
Maríæ ſemper vírgi nis exul tán-
ti bus á nimis collau dâ re, be-
ne dí ce re, & præ di câ-
re. Quæ & v nigéni tũ tuum
ſancti ſpíri tus obumbratiô ne
concé pit, & virginitâ tis glóri-

a permanẽte, huic mũdo lumẽ æ-
térnũ ef fú dit, Ieſum Chri ſtum
Dó mi nũ no ſtrũ. Per quem
maie ſtátem tu am laudant án-
ge li, ad ô rant do mina ti ó-
nes, tremunt po te ſtá tes. Cæ-
li cæ lorũ q̃; vir tú tes, ac
beá ta Sé ra phin, ſó ci-
a exul ta ti ô ne concé-
lebrant. Cũ quibus & no ſtras
vo ces, vt admít ti iúbeas, de-



De Apoſtolis & Euangeliſtis in Duplici & Semiduplici.









PRAEFATIONES FERIALES.

Præfatio Communis.





bus



Quadrageſimalis.

A Cinerum vſque ad Dóminicam Paſſionis, ferialibus diebus.





tiô-



De S. Cruce.

A Dominica Paſſionis vſq; ad Cœnam Domini ferialibus diebus. Et alias per annum, quando de S. Cruce fit ferialiter.





dant

dant ángeli, ad ô rant domina-

ti ó nes, tremunt pote státes.

Cæli cæ lo rũ q; vir tú tes, ac

beá ta Séraphin, só ci a ex ul-

ta ti ô ne con céle brãt. Cũ qui-

bus & no stras vo ces, vt admit-

ti iú be as de precâmur, súppli-

ci confessi ô ne dicéntes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli, & terra glória tua. Hosánna in excélsis. Benedíctus, qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excélsis.

Pater noster,

Hoc cantatur in totis duplicibus, duplicibus, semiduplicibus, ix. lect. & Dominicis diebus, ac per Octauas, & in commemorationibus B. Marię.

PEr óm ni a sécu la se cu-

ló rum. Oré mus, Prę céptis

sa lu tá ri bus moni ti, & di uí-

na insti tuti ône formâti, audé-

mus dí cere. Pa ter noster, qui es

in cæ lis, sancti fi cétur no men

tu um. Aduéni at re gnũ tu um:

Fi at vo lún tas tu a, si cut in

cælo & in ter ra. Pa nẽ no-

strũ quo ti di ánum da nobis hó-

die. Et di mítte no bis débi ta



no ſtra, ſi cut & nos dimítti mus



debi tó ri bus noſtris. Et ne nos



in dú cas in tenta ti ô nem.



Sed lí be ra nos à ma lo.



P er ómnia ſé cu la ſe cu-



lô rum. P ax Dó mini ſit ſem-

per vo bí ſcum.

Ferialibus diebus.



P Er ómni a ſécu la ſe cu-



ló rum. O ré mus, Preçéptis



ſa lu tá ri bus moni ti, & di uí-



na inſti tuti ône formâti, audé-



mus dí cere. Pa ter noſter, qui es



in cæ lis, ſanctí fi cêtur no men



tu um. Aduéni at re gnũ tu um:



Fi at vo lún tas tu a, ſi cut in



cælo & in ter ra. Panẽ no-



ſtrũ quo ti di ánum da nobis hó-



die. Et di mítte no bis débi ta



noſtra, ſi cut & nos di míttimus



debi tôri bus noſtris. Et ne nos



indúcas in tenta ti ô nem.



SEQVITVR
IN CANTV HYMNVS,
Gloria in excelsis, & Ite Missa est.

Quod vtrunq; (sicuti & Sanctus, & Agnus Dei) secundùm qualitatem diei, & missæ, ac præcedentis cantus Kyrieeleison, modificatur.

In maiori totoduplici festo.



In minori totoduplici.



In duplici festo primum.



In Duplici, secundum.

Et canitur in vigilia Natiuitatis Dñi; die Innocentum extra Dñicam veniente; Dñica Palmarum: & in Cœna Dñi non Episcopo celebrante.



In Semiduplici festo, & per Octauas solennes. Primum.





Secundum.



In festo jx. lectionum.



sis

fis De o. I te

missa est.

mis sa est. B E-

ne di cà mus Dó mi no.

De beata Maria virgine.

Primum.

K Y ri e e

G Ló ri a in

excél sis De o. I

te

Secũ-

missa est. dum.

K Y ri e

G Ló ria. vt sp.

I te

In Solennibus commemorationibus B. Mariæ.

K Y ri e e

G Ló ri a in ex-

cél sis De o.

I te

mis sa est.

Dominicale æstiuale, ab Octaua Corporis Christi vsq; ad Aduentum.

K Y ri e e

G Ló ri a in excél-



Dominicale hyemale.

Per Aduentum, & poſt Octa. Epiphaniæ, vſque ad Palmarum.



Infra Octauas ſimplices.

De alternantibus. Primum.



Secundum.



Ad vtrumque canitur

Sanctus & Agnus. Dñicale &

Vel pro tempore.

Paſchale.





Sanctus & Agnus canitur ſecundùm qualitatem officij, Duplex, Semiduplex, &c. aut peculiare Paſchale.



Feriale extra tempus Paſchale.



Quadrageſimale.





Pro defunctis.






INRI

SACERDOS EXTENDENS & iungens manus, eleuans ad cælum oculos, & statim demittens, inclinatus ante Altare dicit.

TE igitur clemẽtissime Pater, per IEsum Christum filium tuũ Dóminum nostrum, súpplices rogámus, ac pétimus: osculatur altare. Vti ac cépta hábeas, & benedicas, signet ter super obla ta, hæc ✠ dona, hæc ✠ múnera, hæc ✠ sancta sacrificia illibâta: extensis manibus prosequitur. In primis quæ tibi offérimus pro Eccléſia tua sancta Cathólica: quam pacificâre, custodire, adunâre, & régere dignêris toto orbe terrârum: vnà cum fámulo tuo Papa nostro N. & Antistite nostro N. & Rege nostro N. & omnibus orthodóxis, atque Cathólicæ & Apostólicæ fidei cultóribus.

Commemoratio pro viuis.

MEménto, Dómine, famulôrum famulârumq; tuârum N. iungit manus, orat aliquantulũ pro quibus orare intendit: deinde extensis manibus prosequitur. Et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cógnita est & nota deuótio, pro quib⁹ tibi offérimus: vel qui tibi ófferunt hoc sacrificiũ laudis, pro se, suisq; omnibus: pro redẽptiône animârum suârũ,

pro spe salûtis & incolumitâtis suæ, tibiq; reddût vota sua ætérno Deo viuo & vero.

Infra actionem.

COmmunicántes, & memóriam venerãtes: in primis gloriósæ sempérque virginis Mariæ, genitricis Dei & Dómini nostri Iesu Christi. Sed & beatôrum Apostolôrum ac Mártyrum tuôrũ: Petri & Pauli, Andréæ, Iacóbi, Ioánnis, Thomæ, Iacóbi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis & Thadæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xisti, Cornélij, Cypriáni, Laurén tij, Chrysógoni, Ioánnis & Pauli, Cosmæ & Damiáni. Et ómniũ Sanctôrum tuôrum: quorũ méritis precibusq; concédas, vt in ómnibus protectiónis tuæ muniâmur auxilio. iungit manus. Per eúndem Christũ Dóminum nostrum. Amen.

Tenens manus extensas super oblata dicit.

HAnc igitur oblatiônẽ seruitútis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus Dómine, vt placâtus accipias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatiône nos éripi, & in electôrũ tuôrum iúbeas grege numerâri. iungit manus. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

QVam oblationem tu DEus in ómnibus, quæsumus: signat ter super oblata, bene ✠dictam, ascri✠ptam, ra✠tam, rationábilem, acceptábilemq; fácere dignéris: signat semel super hostiam: & semel super calicẽ: vt nobis Cor

✠pus,& San✠guis fiat dilectissimi filij tui Dómini nostri Iesu Christi.

QVi pridie, quàm paterêtur: accipit hostiam. accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas: eleuat oculos ad cælum: Et eleuâtis óculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipoténtem: tibi grátias agẽs: signat super hostiam bene✠dixit, fregit, deditq; discipulis suis dicẽs: Accipite & mãducâte ex hoc omnes.

Tenens ambabus manibus hostiam, profert verba consecrationis distinctè, secretè, & attentè.

Hoc est enim Corpus meum

Prolatis verbis consecrationis, statim hostiam consecratam genuflexus adorat: surgit, ostendit populo: reponit super corporale, iterum adorat: & non disiungit pollices & indices, nisi quando hostia tractanda est, vsq; ad ablutionem digitorum. Tunc detecto calice dicit.

SImili modo postquàm cœnatum est: ambabus manibus accipit calicẽ: accipiens & hunc præclârum cálicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi grátias agens, sinistra tenens calicem, dextera signat super eum, Bene✠dixit, deditq; discipulis suis, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes.

Profert verba consecrationis super calicem, tenens illũ parum eleuatũ.

Hic est enim calix Sanguinis mei: noui et aeterni testamenti: mysteriũ fidei: qui pro vobis et pro multis effundet in remissionem peccatorum.

Prolatis verbis cõsecra-

tio-

tionis, deponit calicem super corporale, & genuflexus adorat: surgit & ostẽdit populo dicẽs: Hæc quotiescunque fecéritis, in mei memóriam faciétis.

Deponit, cooperit, & iterùm adorat. Deinde disiunctis manibus dicit.

VNde & mémores Dómine nos serui tui, sed & plebs tua sancta eiúsdem Christi filij tui Dómini nostri, tam beátæ Passiônis, necnon & ab inferis Resurrectiónis, sed & in cælos gloriósæ Ascensiônis, offérimus præclâræ maiestáti tuæ, de tuis donis ac datis, signat ter super hostiam & calicem simul, hóstiam ✠ puram: hóstiam ✠ sanctam: hóstiã ✠ immaculâtam: signat semel super hostiam, & semel super calicem, panẽ ✠ sanctum vitæ ætérnæ, & cálicem ✠ salútis perpétuæ. extensis manibus prosequitur.

Supra quæ propitio ac seréno vultu respicere dignêris: & accépta habêre, sicuti accépta habêre dignátus es múnera púeri tui iusti Abel, & sacrificiũ patriárchæ nostri Abrahæ: & quod tibi óbtulit summus Sacérdos tuus Melchisedec, sanctum sacrificiũ, immaculâtam hóstiam.

Profundè inclinatus iunctis manibus dicit.

Supplices te rogámus, omnipotens Deus: iube hæc perférri per manus sancti Angeli tui in sublime altâre tuum, in conspéctu diuinæ maiestâtis tuæ. Vt quotquot, osculatur altare, ex hac altáris participatiône, sacrosanctum filij tui, si-

gnat semel super hostiã, & semel super calicem, Cor ✠ pus & sangui- ✠ nem sumpsérimus, seipsum signat, omni benedictiône cæléSti & grátia repleâmur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis.

MEménto etiam, Dómine, famulôrũ famulárumq; tuârum: qui nos præcessêrunt cum signo fidei, & dórmiunt in somno pacis N. iungit manus, orat aliquantulũ pro his defũctis, pro quibus orare intendit: deinde extensis manibus prosequitur. Ipsis Dómine, & ómnibus in Christo quiescéntibus, locũ refrigérij, lucis, & pacis, vt indúlgeas, deprecâmur. Per eúndem Christum Dñm nostrũ. Amen.

Percutit pectus, elata parum voce dicens.

NObis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multitúdine miserationûm tuârum, sperántibus, partem áliquã & societâtem donâre dignêris, cum tuis sanctis Apóstolis & Martyrib⁹: cum Ioánne, Stéphano, Matthia, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellino, Petro, Felicitâte, Perpétua, Agatha, Lúcia, Agnête, Cæcilia, Anastásia: & ómnibus Sanctis tuis. Intra quorum nos consórtium, nõ æstimátor mériti, sed véniæ, quæsumus, largitor admitte. Per Christum Dóminum nostrum.

PEr quem hæc ómnia Dómine semper bona creas: Signat ter super hostiam & calicẽ simul, dicens. San ✠ ctificas:

viui-

viui ✠ficas: bene ✠dicis, & præstas nobis. discooperit calicem, genuflectit, accipit Sacramentum dextera, tenens siniſtra calicem: signat cum hostia ter à labio ad labium calicis, dicẽs. Per ip ✠sum: & cum ip-✠so: & in ip ✠so, bis signat inter pectus & calicem, est tibi Deo Patri ✠ omnipoténti: in vnitâte Spirit⁹ ✠ sancti: eleuans parum calicem cũ hostia dicit, omnis honor & glória, reponit hostiam, cooperit calicem, genuflectit, surgit & dicit. Per ómnia sécula seculôrũ. Resp. Am̃. Iungit manus. Orémus. Præcéptis salutáribus móniti, & diuina instituti ône formáti, audémus dicere extẽdit man⁹ Pater noster qui es in cælis. Sãctificétur nomen tuum. Aduéniat regnũ tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Panem nostrũ quotidiânũ da nobis hódie. Et dimitte nobis débita nostra, sicut & nos dimittimus debitóri⁹ nostris. Et ne nos indûcas in tentatiônẽ. Resp. Sed libera nos à malo. Sacerdos secretè respondet. Amen. Deinde accipit patenam inter indicem & mediũ digitos, & dicit.

LIbera nos, quæsum⁹, Dómine, ab ómnibus malis, præteritis, præsẽtibus, & futûris: & intercedente beáta & gloriosa sẽper virgine Dei genitrice Maria, cũ beátis Apóstolis tuis Petro & Paulo, atque Andréa, & ómnibus sanctis: signat se cũ patena à frõte ad pectus. Da propiti

us pacem in diébus nostris: vt ope misericórdiæ tuæ adiúti, & à peccáto simus semper liberi, & ab omni perturbatiône secûri. Submittit patenam hostiæ, discooperit calicem, genuflectit, surgit, accipit hostiam, frangit eam super calicem per medium, dicens. Per eúndem Dóminum nostrũ Iesum Christum filium tuum. Partẽ quæ in dextera est, ponit super patena. Deinde ex parte quæ in sinistra remansérat, frangit particulam, dicens. Qui tecũ viuit & regnat in vnitâte Spiritus sancti Deus. Aliam mediam partem cum ipsa sinistra ponit super patenam, & dextera tenens particulam paruam super calice, sinistra calicem, dicit.

Per ómnia sécula seculôrum. Resp. Amen.

Pax ✠ Dómini, sit ✠ sẽper vobis ✠ cum. Resp. Et cum spiritu tuo. Particulam ipsam imponit in calicẽ, dicens secretè

HÆC commistio & consecrátio córporis & sánguinis Dómini nostri Iesu Christi, fiat accipiẽtibus nobis in vitam ætérnam. Amen.

Cooperit calicem, genuflectit, surgit, & inclinatus Sacramento, iunctis manibus, & ter pectus percutiens dicit.

Agnus Dei, qui tollis peccâta mũdi, miserê re nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccâta mundi, miserêre nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccâta mundi, dona nobis pacem.

In Missis pro Defunctis, omisso miserêre nobis di

citur dona eis réquiem: & tertiò additur sempitérnam. Deinde iunctis manibus inclinatus dicit sequentes orationes.

DOmine Iesu Christe, qui dixisti Apóstolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccâta mea, sed fidem Eccléſiæ tuæ, eámque secúndùm voluntátem tuã pacificâre & coadunâre dignéris. Qui viuis & regnas Deus: per ómnia sécula seculôrum. Amen.

Cùm pax datur, osculatur altare, & dans pacem dicit, Pax tecum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

In Missis Defunctorum non datur pax, neque dicitur præcedens Oratio.

DOmine Iesu Christe, fili Dei viui, qui ex voluntáte patris, cooperánte spiritu sancto per mortem tuam mundum viuificâsti: libera me per hoc sacrosanctum corpus, & sánguinem tuum, ab ómnibus iniquitátibus meis, & vniuérsis malis: & fac me tuis inhærêre mandátis, & à te nunquam separâri permittas. Qui cum eódem Deo Patre & Spiritu sancto viuis & regnas Deus in sécula seculôrum. Amen.

PErcéptio córporis tui, Dómine Iesu Christe, quod ego indignus súmere præsumo, non mihi prouéniat in iudicium & condemnatiônem: sed pro tua pietâte prosit mihi ad tutámẽ mentis & córporis, & ad medélam percipiéndam. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitâte Spiritus sancti Deus: per ómnia sécula

ſeculôrum. Amen. genuflectit, ſurgit, & dicit.

PAnem cæléſtem accipiam, & nomen Dómini inuocâbo. accipit ambas partes hoſtiæ inter pollicem & indicem ſiniſtræ manus, & patenã inter eundẽ indicẽ & medium, & dextera percutiens pectus, dicit ter

DOmine non ſum dignus, vt intres ſub tectũ meum: ſed tantũ dic verbo, & ſanábitur ánima mea. Poſtea dextera ſe ſignans cum hoſtia ſúper patena, dicit.

COrpus Dómini noſtri Ieſu Chriſti cuſtódiat ánimam meam in vitã ætérnã. Amen. ſumit ambas partes hoſtiæ, iungit manus, & quieſcit aliquãtulum. Deinde diſcoperit calicem, genuflectit, extergit patenam ſuper illum, & dicit:

QVid retribuam Dño pro ómnibus, quæ retribuit mihi? Cálicẽ ſalutâris accipiam, & nomen Dómini inuocâbo. Laudans inuocâbo Dóminũ, & ab inimicis meis ſaluus ero. accipit calicem, & eo ſe ſignans dicit:

SAnguis Dómini noſtri Ieſu Chriſti cuſtódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen. Sumit totum ſanguinem cũ particula. Quo ſumpto, ſi qui ſunt communicandi, eos communicet, antequã ſe purificet. Poſtea dicit:

QVod ore ſúmpſimus, Dómine, pura mẽte capiámus: & de múnere temporâli fiat nobis remédium ſempitérnũ. Interim porrigit calicẽ miniſtro, qui infundit ei parũ vini, quo ſe purificat: deinde proſequitur:

COrpus tuum, Dómine, quod sumpsi, & sanguis quem potáui, adhæreat viscéribus meis, & præsta: vt in me non remáneat vlla scélerum mácula: quem tam pura, & sancta refecêrunt sacraménta. Qui viuis & regnas in secula seculôrum. Amen. Abluit digitos, extergit, & sumit ablutionem: extergit calicem, & plicato corporali more solito prosequitur Missam. Dícto post vltimam orationem, Dóminus vobiscũ. Resp. Et cũ spiritu tuo, dicit pro Missæ qualitate: Ite missa est. vel Benedicámus Dómino: Resp. Deo gratias. In Missa defunctorum dicit: Requiéscant in pace. Resp. Amen. Dícto Ite missa est, vel Benedicámus Dómino, inclinat se ante medium Altaris & dicit.

PLáceat tibi sancta Trinitas, obséquium seruitûtis meæ, & præsta: vt sacrificium quod óculis tuæ maiestátis indignus óbtuli, tibi sit acceptábile, mihiq;, & ómnibus, pro quibus illud obtuli, sit te miseránte propitiábile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde benedicit populum. Benedicat vos omnipotens Deus Pa✠ter: & Fi✠lius: & Spiritus ✠ sanctus.

In Missis priuatis semel tantùm benedicit. Deinde dicto Dóminus vobíscũ, & Sequéntia, ac se signans vt suprà in Euangelio Missæ, legit Euangelium secundùm Ioannem. In princípio erat verbum, vel aliud Euangelium, vt dictum est in Rubricis generalibus. In Missa Defunctorum non datur benedictio, sed dícto Requiéscant in pace. dicit vt suprà Pláceat, deinde Euangelium S. Ioannis. Finito Euange. S. Ioann. discedens, pro gratiarum actione dicit Antiphonam, Trium puerôrum, vt habetur ín principio Missalis.

DOMINICA RESVRRECTIONIS DOMINI.



BEnedicatur sal more solito. Benedicuntur & noui cibi, quorum vsus intermissus erat hactenus, hoc modo. Ver. Adiutórium nostrũ in nómine Dómini. Resp. Qui fecit cælum & terram.

Benedictio agni & carnium.

DEus vniuérsę carnis cõditor: qui Noë & fíliis suis de mundis & immúndis animálibus prę cépta dedísti: quique sicut ólera herbârum, humâno géneri quadrupédia munda édere permisísti: qui agnũ in Aegypto Moysi & pópulo tuo in vigília Paschæ comédere præcepísti; in figúra agni Dómini nostri Iesu Christi, cuius sánguine ómnia primogénita tibi de mundo redemísti; & in nocte illa omne primogénitum in Aegypto percussísti, seruans pópulum tuum agni sánguine prænotâtum: dignâre Dómine omnípotens bene ✠ dícere & sancti ✠ ficâre has óuium mundârum, siue aliôrũ animálium carnes: & da fidélibus tuis, vt quicúnque ex eis coméderint, omni benedictiône cæléstí & grátia saturáti repleántur in bonis. Per Christum Dñm n.

Benedictio volucrum.

DEus vniuérsæ cónditor natûrę, qui inter cæteras diuersârum creaturârum spécies, pro humáni generis vsu étiam volatílium genus ex aqua prodúcere dignâtus es: de quibus Noë ex arca egrédiens holocáustum tibi plácitum óbtulit. Et qui pópulo tuo ex AEgypto edúcto per Moysen seruum tuũ, munda ab immúndis ségregans, vt de eis éderent præcéptum dedísti: te súpplices ro-

gâmus : vt has mundârũ áuium carnes bene ✠ dícere & sancti ✠ ficâre dignêris ; vt quicúnque ex eis coméderint, benedictiônis tuæ abundántia repleántur, & ad ætérnæ vitæ páscua peruenîre mereántur. Per Christum Dóminum nostrum.

Benedictio panis, & Placentarum.

BEne ✠ dic Dómine hanc creatûrã pânis, sicut benedixísti quinque panes in desérto : vt omnes gustántes ex eo percípiant tam córporis quàm ánimæ sanitâtem. Per Christum Dóminum nostrum.

Super Oua.

SVbuéniens nobis quæsumus Dómine tuæ pietátis grátia: & hanc creatûram ouôrum bene ✠ dícere dignâre : vt tuis fidélibus in gratiârum actiône suméntibus, cibus efficiâtur salutâris. Per Christum Dóminum nostrum.

Super caseos, & lacticinia.

DIgnâre Dómine bene ✠ dícere hanc creatûram cásei & lacticiniôrum, quam ex ádipe animálium prodúcere dignátus es : vt quicúnque ex pópulis tuis fidélibus de eis coméderint, omni benedictiône cælésti & grátia tua saturâti repleântur in bonis. Per Christum.

Ad lardum.

BEne ✠ dic Dómine creatûram istam lardi, vt sit remédium salutâre géneri humáno: & præsta per inuocatiônem sancti nóminis tui ; vt quicúnque ex eo súmpserint, córporis sanitátem & ánimæ tutélam percípiant. Per Christum Dóminum.

Benedictio generalis ad omnia

DEus qui nobis per resurrectiônem fílij tui Dómini nostri Iesu Christi ætérna gáudia contulísti; auge & sancti ✠ fica hæc dona tuę largitâtis grátia nobis collâta ; & nostras páriter mentes spirituálibus reple delitiis. Per Christũ Dñm nostrũ.

Conclusio super omnia.

BEnedíctio Dei omnipoténtis Pa ✠ tris & Fí ✠ lii & Spíritus ✠ sancti descéndat super has creatûras benedictas. Post hæc aspergantur omnia aqua benedicta.

AD ASPERSIONEM antiphona.

VIdi aquam egrediéntem de templo à látere dextro, allelúia. Et omnes ad quos peruénit aqua ista, salui facti sunt ; & dicent, allelúia allelúia.

Psal. Confitémini Dómino quóniã bonus : quóniam in séculum misericórdia eius. Glória patri. Et omnes Ver. Dómine apud te est fons vitæ, allelúia. Et in lúmine tuo vidébimº lumen, allelúia. Psa. 117.

Oratio.

CONcéde quæsumus omnípotẽs Deus: vt qui festa paschália perágimus : cæléstibus desidériis accénsi, fontem vitæ sitiámus Iesum Christum Dóminum nostrum. Amen.

Ad processionem, stando in choro canitur

CVm rex glóriæ Christus inférnum debellatûrus intráret, & chorus angélicus ante fáciem eius portas príncipum tolli præcíperet : sanctôrum pópulus,

pulus, qui tenebâtur in morte captíuus, voce lachrymábili clamáuerat. Exeundo chorum. Adueníſti deſiderábilis, quem exſpectabâmus in ténebris, vt edúceres hac nocte vinculâtos de clauſtris: te noſtra vocâbant ſuſpíria, te larga requirêbãt laménta: tu factus es ſpes deſperátis, magna cõſolátio in torméntis, Allelúia.

Hymnus.

SAlue feſta dies toto venerábilis ævo, Qua Deus infernum vicit, & aſtra tenet. Salue feſta.

Ecce renaſcéntis teſtâtur grátia mundi, ómnia cum Dómino dona redíſſe ſuo. Qua Deus.

Namque triumphánti poſt tríſtia tártara Chriſto, vndique fronde nemus, grámina flore fauent. Salue feſta.

Légibus inférni oppréſsis, ſuper aſtra meántem laudant ritè Deum, lux, polus, arua, fretum. Qua Deus.

Qui crucifíxus erat Deus, ecce per ómnia regnat: dantque creatôri cuncta creâta precem. Salue feſta.

In Introitu.

SEdit ángelus ad ſepúlchrum Dómini, ſtola claritâtis coopértus: vidêtes eum mulíeres, nímio terrôre pertérritę aſtitêrunt à longè: tunc locútus eſt ángelus, & dixit eis. In ſtatione Ver. Crucifíxum in carne laudâte, & ſepúltum propter vos glorificâte, reſurgentemque à morte adorâte. In reditu ad chorum. Ver. Nolíte metúere, dico vobis: quia ille, quem quæritis mórtuum, iam viuit: & vita hóminum cum eo ſurréxit. In Choro ad pulpitum. Ver. Recordámini, quomodo prædíxit, quia opórtet fílium hóminis crucifígi, & tértia die à morte ſuſcitâri. Allelúia.

AD MISSAM INTROITVS.

REſurréxi, & adhuc tecũ ſum, allelúia: poſuíſti ſuper me manum tuam, allelúia: mirábilis facta eſt ſciéntia tua, allelúia allelúia. Pſal. Dómine probáſti me, & cognouíſti me: tu cognouíſti ſeſsiónem meam & reſurrectiónem meam. Ver. Glória Patri. Kyrie maius totũduplex. Pſa 138.

Oratio.

DEus qui hodiérna die per vnigénitum tuum æternitâtis nobis áditum deuícta morte reſerâſti: vota noſtra quæ præueniéndo aſpíras: étiam adiuuándo proſéquere. Per eúndem.

Lectio Epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

FRatres, Expurgâte vetus ferméntum: vt ſitis noua conſpérſio, ſicut eſtis azymi. Etenim paſcha noſtrum immolátus eſt Chriſtus. Itaq; epulemur: non in ferménto véteri, neq; in ferménto malítiæ & nequítiæ: ſed in azymis ſynceritâtis & veritátis. 1. Cap 5.

Gradu. Hæc dies quã fecit Dóminus: exultêmus & lætêmur in ea. Ver. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in ſeculum miſericórdia eius. Allelúia. Ver. Paſcha noſtrum immolâtus eſt Chriſtus. Ver. Epulêmur in azymis ſynceritâtis & veritâtis. Allelúia. Pſa 117. 1. Cor 5.

Proſa.

VIctimæ paſcháli laudes ímmolent Chriſtiani.

Agnus rédemit oues, Chriſtus ínnocẽs: Patri reconciliâuit peccatôres.

Mors & vita, duéllo conflixêre miránndo: dux vitæ, mórtuus regnat viuus.

Dic nobis María, quid vidíſti in via? ſe-

púlchrum Christi viuéntis, & glóriam vidi resurgéntis.

Angélicos testes, sudárium, & vestes: surréxit Christus spes mea: præcédet suos in Galilæam.

Credéndum est magis soli Maríæ verâci, quàm Iudæórum turbæ falláci.

Scimus Christum surrexísse à mórtuis verè: tu nobis victor rex miserére.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Marcum.

Cap 16. IN illo témpore. María Magdaléne, & María Iacóbi, & Sálome, emêrũt arómata: vt veniéntes úngerent IEsum. Et valdè mane vna sabbathôrũ, véniunt ad monuméntum, orto iam sole. Et dicébant ad ínuicem. Quis reuóluet nobis lápidem ab óstio monuménti? Et respiciéntes, vidérunt reuolútum lápidem. Erat quippe magnus valde. Et introeúntes in monuméntum, vidérunt iúuenem sedéntẽ in dextris, coopértum stola cándida: & obstupuêrunt. Qui dixit illis. Nolíte expauéscere. Iesum quæritis Nazarénum, crucifíxum: surréxit, nõ est hîc: ecce locus, vbi posuêrunt eum. Sed ite, dícite discípulis eius, & Petro: quia præcédet vos in Galilæã. Ibi eũ vidébitis: sicut dixit vobis. Credo.

Offert. Terra trémuit & quiéuit, dum resúrgeret in iudício Deus, allelúia. Psa. 58.

Secreta.

SVscipe quæsumus Dómine preces pópuli tui cum oblatiónibus hostiârũ: vt paschálibus initiâta mystériis: ad æternitátis nobis medélam te operánte profíciant. Per.

Præfatio. Te quidem Dñe omni témpore, sed in hoc potíssimum die gloriósius. Communicántes, & diem sacratíssimum celebrántes Resurrectiónis. Hanc ígitur oblatiônem. Hæc dicántur per totam hebdomadam.

Communio. Pascha nostrum immolâtus est Christus, allelúia: itaque epulêmur in azymis synceritâtis & veritâtis, allelúia allelúia. 1. Cor 5. Complenda.

SPíritum nobis Dómine tuæ charitâtis infúnde: vt quos sacramẽtis paschálibus satiâsti: tua fácias pietâte concórdes. Per. eiúsdem.

Infra Octauam Paschæ nihil fit de sanctis occurrentibus; & dicitur quotidie vna oratio tantum vsque ad Dominicam in Octaua. Festum autem ix. lectionum & maius, semper transfertur in sequentem hebdomadam.

FERIA SECVNDA.

INtrodúxit vos Dómin' in terram fluéntem lac & mel, allelúia: & vt lex Dómini semper sit in ore vestro, allelúia allelú. Exo 13.

Psál. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in séculum misericórdia eius. Ver. Glória Patri Kyrie minus totumduplex. Psa. 117. Oratio.

DEVS qui solennitâte pascháli mundo remédia contulísti: pópulum tuum quæsumus cælésti dono prosequere: vt & perféctam libertâtem cónsequi mereâtur: & ad vitam proficiat sempitérnam. Per.

Léctio Actuum Apostolôrum.

IN diébus illis: Stans Petrus in médio plebis, dixit. Viri fratres, vos scitis, quod factum est verbum per vniuérsam Iudæã: incípiens enim à Galilæa, post baptísmum quod prædicáuit Ioánnes, Iesum à Názareth: quómodo vnxit eum Deus spíritu sancto & virtúte: qui pertránsiit benefacién Cap 10.

do,

do,& sanándo omnes oppréssos à diábolo: quóniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus ómnium, quæ fecit in regiône Iudæôrum & Ierúsalẽ: quem occidêrunt suspendéntes in ligno. Hunc Deus suscitáuit tértia die: & dedit eum manifésтum fíeri, non omni pópulo, sed téstibus præordinátis à Deo, nobis qui manducâuimus & bibimus cum illo, postquàm resurréxit à mórtuis. Et præcépit nobis prædicâre pópulo, & testificâri quia ipse est, qui cõstitûtus est à Deo iudex viuôrum & mortuôrum. Huic omnes prophétæ testimónium pérhibent, remissiónẽ peccatôrum accípere per nomẽ eius, omnes qui credunt in eum.

Gradu. Hæc dies quam fecit Dóminus: exultêmus & lætêmur in ea. Ver. Dicat nunc Israël, quóniam bonus, quóniam in séculum misericórdia eius. Allelúia. Ver. Nonné cor nostrum ardens erat ín nobis de Iesu, dum nobis loquerêtur in via. Allelúia. Prosa. Victimæ paschali. vt suprà

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

In illo témpore. Duo ex discípulis Iesu ibant ipsa die in castéllũ, quod erat in spátio stadiôrum sexagínta ab Ierúsalem, nómine Emaus. Et ipsi loquebántur ad ínuicem de his ómnibus quæ accíderant. Et factum est, dum fabularéntur & secum quærerent, & ipse IEsus appropínquãs ibat cum illis. Oculi autem eôrum tenebántur, ne eum agnóscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermónes quos confértis ad ínuicem ambulántes, & estis tristes? Et respóndens vnus cui nomen Cléophas, dixit ei: Tu solus peregrínus es in Ierúsalem, & non cognouísti quæ facta sunt in illa, his díebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixêrunt: de Iesu Nazaréno, qui fuit vir prophéta, potens in ópere & sermóne coram Deo & omni pópulo. Et quómodo tradidêrunt eum summi sacerdótes & príncipes nostri in dam natiônem mortis: & crucifixêrunt eum. Nos autem sperabâmus, quia ipse esset redemptûrus Israël. Et nunc super hæc omnia, tértia dies est hódie, quòd hæc facta sunt. Sed & muliéres quædam ex nostris, terruêrunt nos: quæ ante lucem fuerunt ad monuméntum: & non inuénto córpore eius, venêrunt dicéntes, se étiam visiônem angelôrum vidísse, qui dícunt eum víuere. Et abiêrunt quidam ex nostris ad monuméntum: & ita inuenêrunt, sicut mulíeres dixêrũt: ipsum verò non inuenêrunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti, & tardi corde ad credéndum in ómnibus, quæ locúti sunt prophétæ. Nonné hæc opórtuit pati Christum, & ita intrâre in glóriam suam? Et incípiens à Moyse, & ómnibus prophétis, interpretabâtur illis in ómnibus scriptûris quæ de ipso erant. Et appropinquauêrunt castéllo quò ibant: & ipse finxit se lóngius ire. Et coëgerunt illum, dicéntes. Mane nobíscum, quóniã aduespérascit, & inclináta est iam dies. Et intrâuit cum illis. Et factum est: dum recúmberet cum illis, accépit panem, & benedíxit ac fregit, & porrigébat illis. Et apérti sunt óculi eôrum, & cognouêrunt eum: & ipse euánuit ex óculis eôrum. Et dixêrunt ad ínuicem. Nonné cor nostrum ardens erat in nobis, dum loquerêtur in via, & aperíret

Luc 24. Cap 24.

ríret nobis ſcriptûras ? Et ſurgéntes eâdem hora regréſſi ſunt in Ierúſalē : & inuenérunt cōgregátos vndecim, & eos qui cum ipſis erant, dicéntes : quia ſurréxit Dóminus verè, & appáruit Simôni. Et ipſi narrâbant quæ geſta erant in via : & quómodo cognouêrunt eum in fractióne panis. Credo.

Mar 28. Offert. Angelus Dómini deſcéndit de cælo, & dixit muliéribus : quem quæritis, ſurréxit ſicut dixit, allelúia.

Secreta.

SVſcipe quæſumus Dómine preces pópuli tui cum oblatiónibus hoſtiârū : vt paſchálibus initiâta myſtériis : ad æternitátis nobis medélam te operánte proficiant. Per.

Lu 24 Communio. Surrexit Dóminus, & appáruit Petro, allelúia. Complenda.

SPíritum nobis Dómine tuæ charitátis infúnde : vt quos ſacraméntis paſchálibus ſatiâſti : tua facias pietáte concórdes. Per. eiuſdem.

FERIA TERTIA.

Ecc 15. AQua ſapiéntiæ potáuit eos, allelúia : firmábitur in illis, & non flectétur, allelúia : & exaltáuit eos in ætérnum, allelúia, allelúia. Pſal. Confitémini Dómino quóniam bonus : quóniam in ſéculum miſericórdia eius. Ver. Glória. Kyrie. minus totum duplex. Oratio.

Pſa 117

DEus qui eccléſiam tuam nouo ſemper fœtu multíplicas : concéde fámulis tuis : vt ſacraméntum viuéndo téneant ; quod fide percepêrunt. Per.

Léctio Actuum Apoſtolórum.

Cap 13. IN diébus illis. Surgens Paulus, & manu ſiléntium indícens, ait. Viri fratres, fílii géneris Abrahā, & qui in vobis timēt Deū : vobis verbum ſalútis huius miſſum eſt. Qui enim habitábant Ierúſalem, & príncipes eius ignorántes Ieſum, & voces prophetârum quæ per omne ſábbathum legúntur, iudicántes impleuêrunt : & nullam cauſam mortis inueniéntes in eo, petiérunt à Piláto, vt interfícerent eum. Cúmque conſummâſſent ómnia quæ de eo ſcripta erant : deponéntes eum de ligno, poſuêrunt in monuméntum. Deus verò ſuſcitáuit eum de mórtuis, tértia die. Qui viſus eſt per dies multos his, qui ſimul aſcénderant cum eo de Galilæa in Ierúſalem : qui vſque nunc ſunt teſtes eius ad plebem. Et nos vobis annuntiámus eam, quæ ad patres noſtros repromíſſio facta eſt : quóniam hanc Deus adimpléuit fíliis veſtris, reſúſcitans Ieſum Chriſtum Dóminum noſtrum.

Pſa. 117. Gradu. Hæc dies, quam fecit Dóminus : exultémus & lætêmur in ea. Ver. Dicant nunc qui redémpti ſunt á Dómino : quos redémit de manu inimíci : & de regiónibus congregáuit eos. Allelúia. Ver. Chriſtus reſúrgens ex mórtuis, iam non móritur : mors illi vltrà non dominábitur. Allelúia. Proſa. Víctimæ paſchali.

Rō. 9.

Léctio ſancti euangélij ſecúndum Lucam.

Cap 24 IN illo témpore. Stetit Ieſus in médio diſcipulôrum ſuôrum, & dixit eis. Pax vobis. Ego ſum : nolíte timêre. Conturbâti verò & contérriti, exiſtimábant ſe ſpíritum vidêre. Et dixit eis. Quid turbâti eſtis, & cogitatiónes aſcéndunt in corda veſtra ? Vidéte

manus

manus meas, & pedes meos: quia ego ipſe ſum. Palpáte & vidéte: quia ſpíritus carnem & oſſa non habet, ſicut me vidétis habêre. Et cùm hæc dixíſſet, oſténdit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credéntibus, & mirántibus præ gáudio, dixit. Habétis hîc áliquid quod manducétur? At illi obtulêrunt ei partem piſcis aſſi, & fauum mellis. Et cùm manducâſſet coram eis, ſumens relíquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hæc ſunt verba quæ locútus ſum ad vos, cùm adhuc eſſem vobíſcum: quóniam necéſſe eſt implêri ómnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & prophétis, & pſalmis de me. Tunc apéruit illis ſenſum, vt intellígerent ſcriptûras. Et dixit eis. Quóniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportébat Chriſtum pati, & reſúrgere à mórtuis die tértia: & prædicâri in nómine eius pæniténtiam & remiſſiônem peccatôrum in omnes gentes: Credo.

Pſa 17 Offert. Intónuit de cælo Dóminus: & altíſſimus dedit vocem ſuam: & apparuêrunt fontes aquârum, allelúia.

Secreta.

SVſcipe Dómine fidélium preces cum oblatiónibus hoſtiârum: vt per hæc piæ deuotiónis offícia, ad cæléſtem glóriam tranſeámus. Per.

Col 3. Communio. Si conſurrexíſtis cũ Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, allelúia: vbi Chriſtus eſt in déxtera Dei ſedens; quæ ſurſum ſunt ſápite, allelúia.

Complenda.

COncéde quęſumus omnipotẽs Deus: vt paſchâlis percéptio ſacraménti: contínua in noſtris mentibus perſéueret. Per.

FERIA QVARTA.

VEníte benedícti patris mei: percípite regnum, allelúia: quod vobis parâtũ eſt ab orígine mundi, allelúia allelúia. Mat 25. Pſa. Cantáte Dómino cánticum nouũ: quia mirabília fecit. Ver. Glória. Kyrieelei ſon paſchale: quod canitur per totam Octauam. Pſa. 95. Oratio.

DEus qui nos reſurrectiónis Dominicę ánnua ſolennitâte lætíficas: concéde propítius: vt per temporália feſta quæ ágimus: peruenîre ad gáudia ætérna mereâmur. Per eundem.

Léctio Actuum Apoſtolórum.

IN diébus illis. Apériens Petrus os ſuum, dixit. Viri Iſraelítæ, & qui timétis Deum, audíte. Deus Abrahám, Deus Iſaác, & Deus Iacob, Deus patrum noſtrôrum glorificâuit filium ſuum Ieſum, quem vos quidem tradidíſtis & negâſtis ante fáciem Pilâti, iudicánte illo dimítti. Vos autem ſanctum & iuſtum negâſtis, & petîſtis virum homicídam donári vobis: authôrẽ verò vitæ interfecíſtis, quem Deus ſuſcitáuit à mórtuis, cuius nos teſtes ſumus. Et nũc fratres ſcio quia per ignorántiam fecíſtis, ſicut & principes veſtri. Deus autem qui prænunciáuit per os ómnium prophetârum, pati Chriſtum ſuum: impléuit ſic. Pænitémini ígitur, & conuertímini: vt deleântur peccâta veſtra. Cap 3.

Gradu. Hęc dies quam fecit Dóminus: exultêmus & lætêmur in ea. Ver. Déxtera Dómini fecit virtûtem: déxtera Dómini exaltáuit me. Allelúia. Ver. Angelus Dómini deſcéndit de cælo: & accédens reuóluit lápidem, & ſedébat Pſa. 117. Mat 27.

ſuper

Mar 16. super eum. Ver. Respóndens autem án gelus, dixit muliéribus: quem quæritis? illæ autem dixêrunt, Iesum Nazarénum. Allelúia. Prosa. Victimæ paschali.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 21. IN illo témpore. Manifestáuit se íterum Iesus discípulis suis ad mare Tiberiádis. Manifestâuit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat á Cana Galilææ, & fílii Zebedæi, & alii ex discípulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus. Vado piscâri. Dicunt ei. Vénimus & nos tecum. Et exiêrunt, & ascendêrunt in nauim: & illa nocte nihil prendidêrunt. Mane autem facto, stetit Iesus in litore: nõ tamen cognouêrunt discípuli, quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus. Púeri nunquid pulmentárium habétis? Respondérunt ei: Non. Et dixit eis. Mittite in déxteram nauigij rete: & inueniétis. Misêrunt ergo: & iam non válebant illud tráhere præ multitúdine píscium. Dicit ergo discípulus ille, quem diligébat Iesus, Petro. Dóminus est. Simon Petrus cùm audísset quia Dóminus est: túnica succínxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alii autem discípuli nauígio venêrunt (non enim longè erant à terra, sed quasi cúbitis ducéntis) trahéntes rete píscium. Vt ergo descendêrunt in terram, vidêrunt prunas pósitas, & piscem superpósitum, & panem. Dicit eis Iesus. Afférte de píscibus, quos prendidístis nunc. Ascéndit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis píscibus, centũ quinquagínta tribus. Et cùm tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus. Venîte, prandéte. Et nemo audébat discumbéntium interrogâre eum, Tu quis es? sciéntes quia Dóminus est. Et venit Iesus, & accépit panem, & dabat eis: & píscem símiliter. Hoc iam tértiò manifestâtus est Iesus discípulis suis, cùm resurréxit à mórtuis. Credo.

Offert. Portas cæli apéruit Dóminus; & pluit illis manna, vt éderent: panem cæli dedit eis: panem angelôrum manducâuit homo, allelúia. Ps. 77. Secreta.

SAcrifícia Dñe paschálibus gáudiis immolâmus: quibus eccléfia tua pascitur & nutrîtur. Per. Sanctus & Agnus duplex.

Commu. Christus resúrgens ex mórtuis, iam non móritur, allelúia: mors illi vltrà non dominábitur, állelúia allelú. Rõ. 9

Complenda.

AB omni nos quæsumus Dómine vetustâte purgâtos: sacraménti tui veneránda percéptio, in nouam tránsferat creatûram. Qui viuis. Ite missa est sub tono Christeeleison. Quod ita semper canitur, quando fit cũ Kyrie paschali.

FERIA QVINTA

VIctrícem manum tuam Dómine laudauêrũt páriter, allelúia: quia sapiéntia apéruit os mutũ, & linguas infántium fecit disértas, allelúia. allelúia. Sap. 10. Psal. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in séculum misericórdia eius. Ps. 117. Ver. Glória Patri.

DEus qui diuersitátem géntium in confessiône tui nóminis adiuuâsti: da vt renâtis fonte baptísmatis: vna sit fides méntium, & píetas

actiônum. Per.

Léctio Actuum Apostolôrum.

Cap 3. IN diébus illis. Angelus Dómini locútus est ad Philíppum, dicens. Surge, & vade contra meridiánum, ad viam, quæ descéndit ab Ierúsalem in Gazam: hæc est desérta. Et surgens ábiit. Et ecce vir Aethiops eunûchus, potens Cándacis regínæ Aethiopũ, qui erat super omnes gazas eius: vénerat adorâre in Ierúsalem: & reuertebâtur sedens super currum suum, legensque Isaíam prophétam. Dixit autem Spíritus Philíppo. Accéde, & adiúnge te ad currum istum. Accúrrens autem Philíppus, audíuit illum legéntem Isaíam prophétam, & dixit. Putásne intélligis quæ legis? Qui ait. Et quómodo possum, si non áliquis osténderit mihi? Rogauitque Philíppum, vt ascénderet, & sedêret secum. Locus autem scriptûræ quam legébat, erat hic. Tanquàm ouis ad occisiônem ductus est: & sicut agnus coram tondénte se, sine voce, sic non apéruit os suum. In humilitâte iudícium eius sublâtum est. Generatiónẽ eius quis enarrâbit? quóniam tollêtur de terra vita eius. Respóndens autem eunûchus Philíppo, dixit. Obsecro te, de quo prophéta dicit hæc: de se, an de álio áliquo? Apériens autem Philíppus os suum, & incípiens â scriptûra ista, euangelizâuit illi Iesum. Et dum irent per viam, venêrunt ad quandam aquam: & ait eunûchus. Ecce aqua, quis próhibet me baptizâri? Dixit autem Philíppus. Si credis ex toto corde, licet. Et respóndens, ait. Credo Dei fílium esse Iesum Christum. Et iussit stare currum: & descendêrunt vtérque in aquam, Philíppus & eunuchus: & baptizáuit eum. Cùm autem ascendíssent de aqua, Spíritus Dómini rápuit Philíppum: & ámplius non vidit eum eunúchus. Ibat autem per viã suam gaudens. Philíppus autem inuéntus est in Azoto. Et pertránsiens euangelizâbat ciuitátibus cunctis (donec veníret Cæsáream) nomen Dómini nostri Iesu Christi.

Pſa. 77.

Rõ. 9

Gradu. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exultémus & lætêmur in ea. Ver. Benedíctus qui venit in nómine Dómini: Deus Dóminus, & illúxit nobis. Allelúia Ver. Oportébat pati Christum, & resúrgere á mórtuis, & ita intrâre in glóriam suam. Allelúia. Prosa. Víctimæ paschâli.

Pſa. 117.

Sequéntia euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 20. IN illo témpore. María stabat ad monuméntũ foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinâuit se, & prospéxit in monuméntum. Et vidit duos ángelos in albis, sedéntes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi pósitum fúerat corpus Iesu. Dicunt ei illi. Múlier, quid ploras? Dicit eis. Quia tulêrunt Dóminum meum: & néscio, vbi posuérunt eum. Hæc cùm dixísset, conuérsa est retrórsum, & vidit Iesum stantem: & non sciébat quia Iesus est. Dicit ei Iesus. Múlier, quid ploras? Quem quæris? Illa exístimans quia hortulánus esset, dicit ei. Dómine, si tu sustulísti eum, dícito mihi vbi posuísti eum: & egò eum tollam. Dicit ei Iesus. María. Conuérsa illa, dicit ei. Rabbóni, quod dícitur magíster. Dicit ei Iesus. Noli me tángere: nondũ enim ascéndi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis.

Ascéndo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Venit María Magdaléne annúncians discípulis: quia vidi Dóminum, & hæc dixit mihi. Credo.

Offert. In die solennitátis vestræ, dicit Dóminus, indúcam vos in terram fluéntem lac & mel, allelúia. Secreta

SVscipe quæsumus Dómine múnera populôrum tuôrum propítius: vt confessiône tui nóminis & baptísmate renouáti: sempitérnam beatitúdinem consequántur. Per.

Sanctus & Agnus semiduplex. Sic etiam duobus sequentibus diebus.

Communio. Pópulus acquisitiônis annunciáte virtútes eius, allelúia: qui vos de ténebris vocáuit in admirábile lumẽ suum, allelúia. Complenda.

EXáudi Dómine preces nostras: vt redemptiónis nostræ sacrosancta commércia: & vitæ nobis cõferant præséntis auxílium: & gáudia sempitérna concílient. Per.

FERIA SEXTA

Pſa. 77. EDúxit eos Dóminus in spe, allelúia: & inimícos eôrum opéruit mare, allelúia, allelúia, alle. Psal. Atténdite pópule meus legem meã: inclináte aurem vestrã in verba oris mei. Ver. Glória Patri.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: qui paschále sacraméntum in reconciliatiónis humánæ fœdere cõtulísti: da méntibus nostris: vt quod professióne celebrámus, imitémur effétu. Per.

Léctio epístolæ beáti Petri Apóstoli.

1. Cap. 3. CHaríssimi. Christus semel pro peccâtis nostris mórtuus est, iustus pro iniústis: vt nos offérret Deo, mortificátos quidem carne, viuificátos autem spíritu. In quo, & his qui in carne erant spirítibus, véniens prædicáuit: qui increduli fuerãt aliquándo, quando expectábant Dei patiéntiam in diébus Noë, cùm fabricarêtur arca, in qua pauci, id est octo ánimæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & vos nunc símilis formæ saluos facit baptísma: non carnis depositio sórdium; sed consciéntiæ bonæ interrogátio in Deum, Per resurrectiónem Iesu Christi Dómini nostri, qui est in déxtera Dei.

Gradu. Hæc dies quam fecit Dóminus: exultêmus & lætêmur in ea. Ver. Lápidem quem reprobauérunt ædificántes, hic factus est in caput ánguli: à Dño factũ est istud, & est mirábile in óculis nostris. Allelúia. Ver. Dicite in gẽtibus, quia Dóminus regnáuit à ligno. Allelúia. Prosa. Víctimæ pascháli.

Pſa. 117.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Matthæum.

Cap 28. IN illo témpore. Vndecim discípuli abiêrunt in Galilæam, in montem vbi constitúerat illis Iesus. Et vidéntes eum adorauêrunt: quidam autem dubitauêrunt. Et accédens Iesus locútus est eis, dicens. Data est mihi omnis potéstas in cælo & in terra. Eúntes ergo, docéte omnes gentes: baptizántes eos, in nómine Patris, & Fílii, & Spiritussáncti: docéntes eos seruâre ómnia, quæcúnque mandáui vobis. Et ecce ego vobíscum sum ómnibus diébus, vsque ad consũmati-

ónem séculi. Credo.

Offert. Erit vobis hęc dies memoriális, allelúia: & diem festum celebrábitis solénnem Dómino in progénies vestras: legítimum sempitérnum diem, allelúia allelúia allelúia. Secreta.

HOstias quæsumus Dómine placâtus assume: quas & pro renatôrũ expiatióne peccáti deférimus: & pro acceleratióne cæléstis auxílii. Per. Communio.

Data est mihi omnis potéstas in cælo & in terra, allelúia: eúntes docéte omnes gentes, baptizántes eos, in nómine Patris, & Fílii, & Spiritussáncti, allelúia allelúia. Complenda.

REspice quæsumus Dómine pópulum tuum: & quem ætérnis dignátus es renouâre mystériis: à tẽporálibꝰ culpis dignãter absólue. Per.

SABBATHO IN ALBIS.

Pſa. 104

EDúxit Dóminus pópulum suum in exultatióne, allelúia: & eléctos suos in lætítia, allelúia allelúia allelúia. Psal. Confitémini Dómino, & inuocâte nomen eius: annunciáte inter gentes ópera eius.

Ver. Glória. Oratio.

COncéde quæsumus omnipotẽs Deus: vt qui festa paschália venerándo égimus: per hęc contínge re ad gáudia ætérna mereâmur. Per.

Léctio Epístolæ beáti Petri Apóstoli.

1. Cap 2.

CHaríssimi. Deponéntes omnẽ malítiam, & omnem dolum, & simulatiónes, & inuídias, & omnes detractiónes: sicut modò géniti infántes, rationábiles, sine dolo lac cõcupíscite: Si tamen gustâstis; quóniam dulcis est Dóminus. Ad quem accedéntes, lápidem viuum, ab homínibus quidem reprobátum, à Deo autem eléctum & honorificátum: & ipsi tanquam lápides viui superædificámini, domus spirituális, in sacerdótium sanctum, offeréntes spirituáles hóstias, acceptábiles Deo per Iesum Christum. Propter quod cõtinet scriptûra. Ecce ponam in Sion lápidem summum angulárem, probâtum, eléctum, pretiósum. Et qui crediderit in eum, non confundétur. Vobis ígitur honor credéntibus. Non credéntibus autem lapis, quem reprobauêrunt ædificántes, hic factus est in caput ánguli: & lapis offensiónis, & petra scándali his, qui offénduntverbo, nec credũt, in quo & pósiti sunt. Vos autem genus eléctum, regâle sacerdótium, gens sancta, pópulus acquisitiónis: vt virtûtes eius annunciétis, qui de ténebris vos vocáuit in admirábile lumen suum. Qui aliquándo non pópulus: nunc autem pópulus Dei. Qui non consecûti misericórdiam: nunc autem misericórdiam cõsecûti. Allelúia.

Ver. Hæc dies quam fecit Dóminus: exultêmus, & lætêmur in ea. Allelúia. Pſa. 117.

Ver. Laudáte púeri Dóminum, laudáte nomen Dómini. Ver. Sit nomen Dómini benedíctum, ex hoc nunc, & vsq; in seculum. Allelúia. Pſa. 112.

Prosa. Víctimæ pas: Sequéntia sancti euangélii secúndum Ioánnem.

Cap 20.

IN illo témpore. Vna sábbathi María Magdaléne venit mane cùm adhuc ténebræ essent, ad monuméntũ: & vidit lápidem sublátum à monuménto. Cucúrrit ergo, & venit ad Simônem Petrum, & ad álium discípu-

lum quem amábat Iesus: & dicit eis. Tulérunt Dóminum de monuménto, & nescímus vbi posuérunt eum. Exiit ergo Petrus, & ille álius discípulus: & venêrunt ad monuméntum. Currébant autem duo simul: & ille álius discípulus prę cucúrrit cítius Petro, & venit primus ad monuméntũ. Et cùm se inclinâsset, vidit linteámina pósita: non tamen introíuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introíuit in monuméntum: & vidit linteámina pósita, & súdárium quod fúerat super caput eius, non cũ linteáminibus pósitum, sed separâtim inuolûtum in vnum locũ. Tunc ergo introíuit & ille discípulus, qui vénerat primus ad monuméntum, & vidit, & crédidit. Nondum enim sciébant scriptûram, quia oportébat eum à mórtuis resúrgere. Credo.

Offert. Benedíctus qui venit in nómine Dómini: benedíximus vobis de domo Dómini: Deus Dóminus & illúxit nobis, allelúia, allelúia.

Secreta.

COncéde quæsumus Dómine, semper nos per hæc sacra mystéria paschália gratulâri: vt continua nostrę reparatiónis operátio: perpétuæ nobis fiat causa lætítiæ. Per.

Com. Omnes, qui in Christo baptizáti estis, Christum induístis, allelúia.

Complenda.

REdemptiónis nostrę múnere vegetâti, quæsumus Dómine: vt hoc perpétuæ salútis auxílio, fides semper vera proficiat. Per.

¶ Dominica in octaua Paschæ, & sequentibus Dominicis vsque ad Ascensionem, Matura seu prima Missa dicitur de Resurrectione. Sed hac die tantúm dicitur, Communicántes. Hanc ígitur Maior verò Missa de Dominica: in qua etiam præfatio de Resurrectione, sed hac die tantùm Communicántes. Hãc ígitur. dicitur. De speciali consuetudine Ecclesiarum Parochialium, require Rub. generalem sub tit. De Dominica.

DOMINICA IN Octaua Paschæ.

QVasi modò géniti infántes, allelúia: rationábiles, sine dolo, lac concupíscite, allelúia allelúia allelúia. Psal. Exultáte Deo adiutóri nostro: iubiláte Deo Iacob. Ver. Glória. Kyrie paschale. Quod omnibus Dominicis vsque ad Pentecosten cantatur.

1. Pet. 2.

Psa. 80.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: vt qui festa paschália perégimus: hæc te largiénte móribus & vita teneâmus. Per Dóminum.

Dicuntur & duæ sequentes orationes, cum præcedenti sub vna conclusione.

De resurrectione. Oratio.

DEus qui hodiérna die per vnigénitum tuum æternitàtis nobis áditum deuícta morte reserâsti: vota nostra quæ præueniéndo aspîras: étiam adiuuándo prosequere.

De S. Cruce. Oratio.

DEus qui pro nobis fílium tuum crucis patíbulum subîre voluísti: vt inimíci à nobis expélleres potestàtem: concéde nobis fámulis tuis: vt resurrectiónis ipsius grátiam consequâmur. Per eúndem.

Lectio Epístolæ beáti Ioánnis Apóstoli.

CHaríssimi. Omne, quod natum est ex Deo: vincit mundum. Et

1. Cap. 5.

hæc

hæc est victória, quæ vincit mundū: fides nostra. Quis est autem qui vincit mundum, nisi qui credit, quóniam Iesus est fílius Dei? Hic est, qui venit per aquam & sánguinem, Iesus Christus. Non in aqua solùm; sed in aqua & sánguine. Et spíritus est qui testificátur, quóniam Christus est véritas. Quóniam tres sunt, qui testimónium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritussanctus: & hi tres, vnū sunt. & tres sunt, qui testimónium dant in terra: spíritus, aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt. Si testimónium hóminum accípimus; testimóniū Dei maius est. Quóniam hoc est testimónium Dei, quod maius est: quia testificâtus est de filio suo. Qui credit in fílium Dei: habet testimónium Dei in se. A Illelúia.

Ver. Post dies octo, iánuis clausis, stetit Iesus in médio discipulôrum suôrum, & dixit: pax vobis. Allelúia.

Ver. In die resurrectiónis meæ, dicit Dóminus, præcedam vos in Galilæam. Allelúia. Prosa Víctimæ paschâli.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

IN illo témpore Cùm esset serò die illa, vna sabbathôrum, & fores essent clausæ, vbi erant discípuli congregáti propter metum Iudæôrum: venit Iesus, & stetit in médio eôrum: & dicit eis. Pax vobis. Et cùm hoc dixísset, osténdit eis manus & latus. Gauísi sunt ergo discípuli, viso Dómino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hæc cùm dixísset, insufflávit: & dicit eis. Accípite spíritum sanctum: quorum remiséritis peccâta, remittúntur eis: & quorum retinuéritis, retênta sunt. Thomas autem vnus ex duódecim qui dícitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixêrunt ergo ei alii discípuli. Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis. Nisi vídero in mánibus eius fixûram clauôrum, & mittam dígitum meum in locum clauôrum, & mittam manum meam in latus eius: non credam. Et post dies octo, iterùm erant discípuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Iesus iánuis clausis, & stetit in médio, & dixit. Pax vobis. Deinde dicit Thomæ. Infer dígitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incrédulus, sed fidêlis. Respóndit Thomas, & dixit ei, Dóminus meus & Deus meus. Dicit ei Iesus. Quia vidísti me Thoma, credidísti: beáti, qui nō vidêrunt, & credidêrunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspéctu discipulôrum suôrū, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, vt credátis, quia Iesus est Christus fílius Dei: & vt credéntes, vitam habeátis in nómine eius. Credo.

Offert. Angelus Dómini descéndit de cælo, & dixit muliéribus: quem quæritis? surréxit sicut dixit, allelúia.

Secreta.

SVscipe múnera quæsumus Dómine exultántis eccléſiæ: & cui causam tanti gáudii præstitísti: perpétuum fructum concéde lætítiæ. Per Dóminum.

De Resurrectione. Secreta.

SVscipe quæsumus Dómine preces pópuli tui cum oblatiónibus hostiârum: vt paschálibus initiâta mystériis: ad æternitátis nobis me-

délam te operánte proficiant.

De S. Cruce. Secreta.

HAec oblátio quæsumus Dómine ab ómnibus nos purget offénsis: quæ in ara crucis immolâta: étiam totius mundi tulit offénsam. Per Dñm. Sanctus & Agnus duplex.

Ioã. 20. Communio. Mitte manum tuam, & cognósce loca clauôrum, allelúia: & noli esse incrédulus, sed fidélis, allelúia allelúia.

Complenda.

QVæsumus Dómine Deus noster: vt sacrosáncta mystéria quæ pro reparatiónis nostræ munímine contulísti: & præsens nobis remédiũ esse fácias & futûrũ. Per Dñm.

De resurrectione. Complen.

SPíritum nobis Dómine tuæ charitátis infúnde: vt quos sacraméntis paschálibus satiâsti: tua fácias pietáte concórdes.

De S. Cruce. Complenda.

Largíre sensibus nostris omnípotens Deus: vt per temporálem fílii tui mortem quam hæc mystéria veneránda testántur: vitam nobis dedísse perpétuam confidámus. Per eúndem. Ite missa est, sub nota Christeeleison.

¶ Infra hebdomadam in feriis vacantibus ab hinc vsque ad Dominicam Rogationum, Missa maior celebratur hoc ordine. Feria ij. fit de præcedenti Dñica solenniter, id est, cum Kyrieel. paschali. Orationes tres dicũtur sub duabus conclusionibus. Secunda de S. Cruce: tertia de B. Maria. Duo Alleluia cum suis Ver. & Prosa, sine Credo. Præfatio paschalis. Sanctus Agnus sicut jx lectio. Ite missa est, sicut Christeeleison. Feria iij. de Angelis. Feria iiij. de Dñica cum Kyrie de alternantibus. Orationes vt suprà. Vnum solum Alleluiá dicitur, cũ cauda post Ver. sine Prosa. Sanctus Agnus Dñicaliter. Ite missa est sicut infrà Octauam simplicẽ. Feria V. de S. Spiritu. Feria vj. de S. Cruce. Sabbatho de B. Maria. Sic bis per hebdomadam fiat de Dñica. De aliis officiis prędictis habẽtur Rubricæ speciales locis suis post Commune sanctorũ. Si verò feria ij. & iiij. festo impediãtur, aliæ feriæ eiꝰ hebdomadæ ita ordinẽtur, vt officia cõmunia, seu votiuæ feriales omittantur, & de Dñica saltem semel, idque solenniter, agatur. Ad quod post impeditam feriã ij. & iiij. hic feriarum ordo seruetur, vt sumatur vacans feria vj. iij. & v. Quando agitur de Dñica infra hebdomadam, nulla fit memoria de Resurrectione. Si festa iij. lect. inciderint, ita fiat de illis, sicut de minùs solenni officio Missæ Dominicalis suprà dictum est feria iiij. Secunda oratio erit de Dñica: tertia de S. Cruce. Si quando orationem votiuæ ferialis imponere libeat, in dicenda secunda & tertia seruetur orationum dignitas. In festis duplicibus & semiduplicíbus extra Dominicam venientibus, memoria de Dñica, & S. Cruce omitti potest, licet in officio diei dicatur.

DOMINICA SECVNDA post Pascha.

Misericórdia Dómini plena est terra, allelúia: verbo Dei cæli firmáti sunt, allelúia allelúia. Ps. Exultáte iusti in Dómino: rectos decet collaudátio. Ver. Glória.

Ps. 32.

Oratio.

DEus qui in fílii tui humilitáte iacéntem mundum erexísti: fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam

titiam: vt quos perpétuæ mórtis eripuísti cásibus: gáudiis quoque fácias pérfrui sempitérnis. Per eúndem.

Secunda Oratio de Resurrectione; omissis verbis hodiérna die: tertia, si non occurrat memoria de sancto, dicitur de S. Cruce; omnes tres sub vna conclusione, vt suprà in Dominica in Octaua paschæ.

Léctio Epístolæ beáti Petri Apóstoli.

1. Cap 2. CHaríssimi. Christus passus est pro nobis, vobis relínquens exémplum, vt sequámini vestígia eius. Qui peccátum non fecit: nec inuéntus est dolus in ore eius. Qui cùm maledicerêtur, non maledicêbat. Cùm paterêtur, non comminabâtur. Tradébat autem iudicâti se iniustè. Qui peccâta nostra ipse pértulit in córpore suo super lignum: vt peccâtis mortui, iustítiæ viuámus. Cuius liuóre sanáti estis. Erâtis enim sicut oues errántes: sed conuérsi estis nunc ad pastôrem & epíscopum animârum vestrârum. Allelúia.

Mat 28. Ver. In die resurrectiónis meæ, dicit Dóminus, præcédam vos in Galilæam.

Ioã 10. Allelúia. Ver. Surréxit pastor bonus, qui pósuit ánimam suam pro óuibus suis: & pro suo grege mori dignátus est. Allelúia. Prosa. Victimæ pascháli.

Pſa. 32.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 10. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor ánimam suam dat pro óuibus suis. Mercenárius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues própriæ, videt lupum veniéntem, & dimíttit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispérgit oues. Mercenárius autem fugit, quia mercenárius est: & non pértinet ad eum de óuibus. Ego sum pastor bonus, & cognósco oues meas, & cognóscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnósco patrem: & ánimam meam pono pro óuibus meis. Et álias oues hábeo, quæ non sunt ex hoc ouíli: & illas opórtet me addúcere, & vocem meam áudient: & fiet vnum ouíle, & vnus pastor. Credo.

Pſa. 62. Offert. Deus Deus meus ad te de luce vígilo: & in nómine tuo leuábo manus meas, allelúia. Secreta.

BEnedictiónem nobis Dómine cõferat salutârem sacra semper oblátio: vt quod agit mystério: virtúte perfíciat. Per Dóminum.

Suscipe quęsumus Dómine. Hæc oblátio, vt suprà, in Dominica in Octaua paschæ. Præfatio Te quidem Dñe. Sanctus. Agnus semiduplex. Sic in sequentibus Dominicis vsque ad Ascensionem.

Ioã. 10. Commu. Ego sum pastor bonus, allelúia: & cognósco oues meas, & cognóscunt me meæ, allelúia allelúia.

Complenda:

PRæsta nobis quæsumus omnípotens Deus: vt viuificatiónis tuæ grátiam consequéntes: in tuo semper múnere gloriémur. Per Dóminũ Spíritum nobis. Largîre. vt suprà, in Dominica in Octaua Paschæ

DOMINICA TERTIA.

Pſa. 65. IVbilâte Deo omnis terra, allelúia: psalmum dícite nómini eius, allelúia: date glóriam laudi eius, allelúia allelúia allelúia. Psal. Dícite Deo, quàm terribília sunt ópera tua Dómine? in mul-

titúdine virtútis tuę mentiéntur tibi inimíci tui. Ver. Glória Patri. Oratio.

DEus qui errántibus vt in viam possint redîre iustítiæ, veritâtis tuæ lucem osténdis: da cunctis qui Christiàna professiône censéntur: & illa respúere quæ huic inimîca sunt nómini: & ea quæ sunt apta sectári. Per Dominum. Secunda Oratio Deus qui per vnigénitum tuum: tertia, Deus qui pro nobis. vt in Dominica in octaua Paschæ, fol. 232.

Léctio epístolæ beáti Petri apóstoli.

1. Cap 2. CHaríssimi. Obsecro vos tanquã áduenas & peregrínos, abstinêre vos à carnálibus desidériis, quę mílitant aduérsus ánimam, conuersatiónem vestram inter gentes habéntes bonam: vt in eo, quod detráctant de vobis tanquam de malefactóribus, ex bonis opéribus vos considerántes, glorificent Deum in die visitatiónis. Subiécti ígitur estôte omni humánæ creatûræ propter Deum: siue regi, quasi præcellénti: siue dúcibus, tanquam ab eo missis ad vindíctam malefactôrum, laudem verò bonôrum: quia sic est volúntas Dei, vt benefaciéntes obmutéscere faciâtis imprudéntium hóminum ignorántiã: quasi líberi, & non quasi velâmẽ habéntes malítiæ libertátem, sed sicut serui Dei. Omnes honoráte. Fraternitátem dilígite. Deum timête. Regẽ honorificâte. Serui, súbditi estôte in omni timôre dóminis: non tantùm bonis & modéstis, sed étiam díscolis. Hæc est enim grátia: in Christo Iesu Domino nostro. Allelúia.

Ioã 16. Ver. Módicùm, & non vidébitis me: íterùm módicùm, & vidébitis me. Alleluia.

Ioã 10. Ver. Surréxit pastor bonus, qui pósuit ánimam suam pro óuibus suis: & pro suo grege mori dignátus est. Allelúia. Prosa. Victimæ paschali.

Sequéntia sancti cuangélii secúndum Ioánnem.

Cap 16. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Módicùm & iam non vidébitis me: & íterum, módicùm & vidébitis me, quia vado ad patrem. Dixérunt ergo ex discípulis eius ad ínuicem. Quid est hoc, quod dicit nobis: Módicùm, & non vidébitis me; & íterum, Módicùm & vidébitis me, & quia vado ad patrem? Dicébant ergo. Quid est hoc, quod dicit, Módicùm? Néscimus quid lóquitur. Cognóuit autem Iesus, quia volébant eum interrogâre: & dixit eis. De hoc quæritis inter vos, quia dixi: Módicùm, & non vidébitis me: & íterùm, Módicùm, & vidébitis me. Amen amen dico vobis, quia plorábitis & flébitis vos, mundus autem gaudébit: vos autem contristabímini, sed tristítia vestra vertétur in gáudium. Múlier cùm parit, tristítiam habet, quia venit hora eius: cùm autem péperit púerum, iam non méminit pressúræ propter gáudium, quia natus est homo in mundum. Et vos ígitur nũc quidem tristítiam habétis. Iterùm autem vidébo vos, & gaudébit cor vestrum: & gáudium vestrũ nemo tollet à vobis. Credo.

Offert. Lauda ánima mea Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: psallam Deo meo quàm diu ero, allelúia. Psa. 145.

Secreta.

HIs nobis Dómine mystériis conferâtur: quò terréna desidéria mitigántes: discámus amâre cæléstia. Per. Súscipe quæsumus Dómine.

Hæc

Hæc oblátio. fol. 234.

Ioã. 16. Communio. Módicùm, & non vidébitis me, allelúia: íterum módicùm, & vidébitis me, quia vado ad patrem, allelúia allelúia.

Complenda. SAcraménta quæ súmpsimus Dómine Deus noster: & spirituálibus nos instáurent aliméntis: & corporálibus tueántur auxíliis. Per. Spíritum nobis Dñe. Largîre. fol. 234.

DOMINICA QVARTA.

Pſa. 97. CAntáte Dómino cánticum nouum, allelúia: quia mirabília fecit Dóminus, allelúia: ante cõspéctum géntium reueláuit iustítiam suam, allelúia allelúia allelúia. Psal. Saluáuit sibi déxtera eius: & bráchium sanctum eius.

Ver. Glória. Oratio. DEus qui fidélium mentes vnius effícis voluntátis: da pòpulis tuis id amâre quod præcipis: id desiderâre quod promíttis: vt inter mũdánas varietátes ibi nostra fixa sint corda: vbi vera sunt gáudia. Per D. Aliæ orationes. DEus qui per vnigénitum tuum. DEus qui nobis, vt in Dominica in Octa. Paschæ. fol. 232.

Léctio Epístolæ beáti Iacobi Apóstoli.

Cap 1. CHaríssimi. Omne datum óptimum, & omne donum perféctum desúrsum est, descéndens à patre lúminũ: apud quem non est transmutátio, nec vicissitúdinis obumbrátio. Voluntáriè enim génuit nos verbo veritátis: vt simus inítium áliquod creatûræ eius. Scitis fratres mei dilectíssimi. Sit autem omnis homo velox ad audiéndum: tardus autem ad loquéndum, & tardus ad iram. Ira enim viri, iustítiam Dei non operâtur. Propter quod abiiciéntes omnẽ immundítiam, & abundántiam malítiæ, in mansuetúdine súscípite ínsitum verbum, quod potest saluâre ánimas vestras. Alleluia.

Ioã. 16. Ver. Vado ad eum qui me misit: & nemo ex vobis intérrogat me, quò vadis? Allelúia. Ioã. 10 Ver. Surréxit pastor bonus, qui pósuit ánimam suam pro óuibus suis: & pro suo grege mori dignátus est. Allelúia. Prosa. Víctimæ paschâli.

Sequéntia sancti Euangélii secúndum Ioánnem.

Cap 16. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Vado ad eum qui misit me: & nemo ex vobis intérrogat me, quò vadis? Sed quia hæc locútus sum vobis, tristítia impléuit cor vestrum. Sed ego veritátem dico vobis, éxpedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiéro, paraclétus non véniet ad vos: si autem abiéro, mittam eum ad vos. Et cùm vénerit ille, árguet mundum de peccâto, & de iustítia, & iudício. De peccâto quidem: quia non credidérunt in me. De iustítia verò: quia ad patrem vado: & iam non vidébitis me. De iudício autem: quia princeps huius mundi iam iudicâtus est. Adhuc multa hábeo vobis dícere: sed non potéstis portâre modò. Cùm autem vénerit ille spíritus veritátis, docébit vos omnem veritâtem. Non enim loquétur à semetípso: sed quæcúnque áudiet, loquêtur: & quæ vẽtûra sunt, annunciábit vobis. Ille me clarificâbit: quia de meo accípiet, & annunciâbit vobis. Credo.

Pſa 65. Offert. Iubilâte Deo omnis terra, iubilâte Deo vniuérsa terra: psalmum díci-

te nómi-

te nómini eius: venîte, & audîte, & narrâbo vobis omnes qui timêtis Deum, quanta fecit Dóminus ánimæ meæ, allelúia.

Secreta.

DEus qui nos per huius sacrifícii veneránda commércia vníus súmmæq; diuinitâtis partícipes esse fecísti: præsta quæsumus: vt sicut tuam cognóuimus veritátem: sic eam dignis móribus assequámur. Per. S úscipe quæsumus Dñe. fol. 233. Hæc oblátio. fol. 234.

Communio. Cùm vénerit paraclêtus spíritus veritâtis, ille árguet mundum de peccáto, & de iustítia, & de iudício, allelúia allelúia. Ioã 16,

Complenda.

ADésto nobis Dómine Deus noster: vt per hæc quæ fidéliter súmpsimus: & purgêmur à vítiis: & à perículis ómnibus eruâmur. Per. S píritum nobis Dñe. L argîre. fol. 234.

DOMINICA QVINTA.

Isa. 48. VOcem iucunditâtis annunciâte, & audiâtur, allelúia: annunciâte vsque ad extremum terræ: liberáuit Dóminus pópulum suum, allelúia allelúia. Pſ. Psa. 65. Iubiláte Deo omnis terra: Psalmum dícite nómini eius, date glóriam laudi eius. Ver. Glória.

Oratio.

DEus à quo bona cuncta procédunt: largîre supplícibus tuis: vt cogitêmus te inspiránte quæ recta sunt: & te gubernánte eadem faciâmus. Per Dóminum.

Aliæ orationes Deus qui per vnigénitum tuum. Deus qui pro nobis filium. vt in Dñica in Octa. Paschæ. fol. 232.

Léctio Epístolæ beáti Iacobi Apóstoli.

CHaríssimi. Estóte factôres verbi, & non auditôres tantùm: falléntes vosmetípsos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparábitur viro consideránti vultum natiuitâtis suæ in spéculo. Considerâuit enim se, & ábiit: & statim oblîtus est, qualis fúerit. Qui autem perspéxerit in lege perféctæ libertâtis, & permánserit in ea, non auditor obliuiôsus factus, sed factor óperis: hic beátus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiósum esse, non refrenans linguam suam, sed sedúcens cor suum: huius vana est relígio. Relígio munda & immaculâta apud Deum & patrem, hæc est. Visitâre pupíllos & víduas, in tribulatióne eôrum: & immaculâtum se custodîre ab hoc seculo. Allelúia. Cap. 1.

Ver. V sque modò non petístis quicquã in nómine meo: pétite, & accipiétis. Allelúia. Ver. S urréxit pastor bonus, qui pósuit ánimam suam pro óuibus suis: & pro suo grege mori dignátus est. Allelúia. Prosa. V ictimæ paschâli. Ioã 16. Ioã 10. Psa. 65.

Sequéntia sancti Euangélii secúndùm Ioánnem.

IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Amen amen dico vobis: si quid petiéritis patrẽ in nómine meo, dabit vobis. Vsque modò non petîstis quicquam in nómine meo. Pétite, & accipiétis: vt gáudium vestrum sit plenum. Hæc in prouérbiis locûtus sum vobis. Venit hora, cùm iam non in prouérbiis loquar vobis, sed palâm de patre meo annunciâbo vobis. In illo die, in nómine meo petétis. Et non dico vobis, quia ego rogá Cap. 16. Psa. 43.

bo pa-

bo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amástis,& credidístis, quia à Deo exíui. Exíui à patre, & veni in mundum: íterùm relínquo mundum,& vado ad patrem. Dicunt ei discípuli eius.Ecce nunc palâm lóqueris,& prouérbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis ómnia, & non opus est tibi, vt quis te intérroget. In hoc crédimus, quia à Deo exísti. Credo.

Offert. Benedícite gentes Dóminum Deum nostrum, & obaudîte voci laudis eius: qui pósuit ánimam meã ad vitã,& non dedit commouêri pedes meos: benedíctus Dóminus, qui non amóuit deprecatiónem meam, & misericórdiam suam à me, allelúia. Secreta.

SVscipe Dómine fidélium preces cum oblatiónibus hostiárum: vt per hæc piæ deuotiónis officia: ad cæléstem glóriam transeámus. Per.

Suscipe quæsumus Dómine, fol. 233.

Hæc oblátio. fol. 234.

Communio. Cantáte Dómino,allelúia: cantáte Dómino, & benedícite nómini eius: bene nunciáte de die in diem salutáre eius, allelúia.alle. Complen.

TRibue nobis Dómine cæléstis mensæ virtûte satiâtis & desiderâre quæ recta sunt: & desiderâta percípere. Per Dóminum.

Spíritum nobis Dñe. Largîre. fol. 234.

FERIA SECVNDA, & sequentibus diebus Rogationum cantetur Antiphona.

EXúrge Dómine, adiúua nos: & líbera nos propter nomen tuum, allelúia. Psal. Deus áuribus nostris audíuimus:patres nostri annunciauêrunt nobis. Ver. Glória patri. Exúrge. Sacerdos stans ante altare dicat hunc

Ver. OSténde nobis Dómine misericórdiam tuam. fine allelúia. Et salutâre tuum da nobis. Deinde. Orémus.

PArce Dómine parce peccâtis nostris: & quamùis incessánter delinquéntibus contínua pœna debeâtur: præsta quæsumus: vt quod ad perpétuum merêmur éxitium:transeat ad nostræ correctiônis auxílium. Per Christum Dóminum nostrum.

Vel dicatur Ver. & Oratio vt in Agendis: vbi etiam forma processionum habetur. Si in ij. vel iij. feria Rogationum occurrat festum iij. lecti. fit tantùm cómemoratio de ipso in Missa. Sin occurrat festum ix. lecti. vel maius,Missa maior dicitur de festo, cum commemoratione Rogationum. Vbi autem plures Sacerdotes habentur, dicuntur duæ Missæ, vt in Rubricis generalibus.

FERIA SECVNDA in Rogationibus. Introitus.



EXaudíuit de templo sancto suo vocẽ meam, allelúia: & clamor meus in conspéctu eius introíuit in aures eius,allelúia allelúia. Psal. Díligam te Dómine virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meum, & liberátor meus. Ver. Glória. Kyrieeleison de alternantibus. Glória in excélsis dicitur.Sic in sequentibus duobus Rogationum diebus.. Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: vt qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus: contra aduérsa ómnia tua protectióne

muniâ-

muniâmur. Per. Secunda Oratio, niſi faciẽda ſit memoria alicui' ſancti, dicit.

De S. Cruce. Oratio.

DEus qui pro nobis fílium tuum crucis patíbulum ſubîre voluíſti: vt inimíci à nobis expélleres poteſtátem: concéde nobis fámulis tuis: vt reſurrectiónis ipsíus grátiam conſequâmur.

Tertia ſemper.

PIetâte tuaque ſumus Dómine noſtrôrum ſolue víncula delictôrum: & intercedénte pro nobis gloriósa vírgine Dei genitrîce María cũ ómnibus ſanctis tuis: dómnum apoſtólicum, epíſcopos, reges, & príncipes noſtros: & omnem congregatiónem illis commíſſam vna cum omni gradu eccleſiáſtico: in ſanctitáte & religióne cuſtódi: omneſque conſanguinitáte vel familiaritáte nobis iunctos, & cunctum pópulum chriſtiánum: à vítiis purga: virtútibus illúſtra: pacem & ſalútẽ nobis tríbue: hoſtes visíbiles & inuisíbiles rémoue: carnália deſidéria repélle: aërem ſalúbrem indúlge: fructus terræ concéde: inimícis noſtris & nobis veram charitátem largîre: incrédulos conuérte: errántes córrige: infírmis ſanitátem reſtítue: nauigántibus portum ſalútis tríbue: peregrinántibus réditum cum próſpera ſanitáte concéde: benefactoribúſq; noſtris ſempitérna bona retríbue: & ómnibus fidélibus viuis ac defúnctis in terra viuéntium vitam páriter & réquiem ætérnam concéde. Per eúndem.

Léctio Epíſtolæ beáti Iacobi Apóſtoli.

Cap 5.

CHaríſſimi. Confitémini alterûtrum peccâta veſtra: & orâte pro ínuicem, vt ſaluémini. Multùm enim valet deprecátio iuſti aſsídua. Elías, homo erat símilis nobis paſsíbilis: & oratióne orâuit, vt non plúeret ſuper terrã: & non pluit annos tres, & menſes ſex. Et rurſum orâuit: & cælum dedit plúuiam, & terra dedit fructum ſuum. Fratres mei, ſi quis ex vobis erráuerit â veritáte, & conuérterit quis eum: ſcire debet, quóniam qui conuérti fécerit peccatôrem ab errôre viæ ſuæ, ſaluábit ánimam eius à morte, & opériet multitúdinẽ peccatôrum. Allelúia.

Ver. Confitémini Dómino quóniã bonus: quóniam in ſéculum miſericórdia eius. Allelúia. Pſa. 117. Hoc ſolum dicitur.

Sequéntia ſancti euangélij ſecúndum Lucam.

Cap 11.

IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Quis veſtrûm habébit amícum, & ibit ad illum média nocte, & dicet illi. Amíce, accómoda mihi tres panes: quóniam amícus meus venit de via ad me, & non hábeo quod ponam ante illum. Et ille deíntus reſpóndens dicat. Noli mihi moléſtus eſſe: iam óſtium clauſum eſt, & púeri mei mecum ſunt in cubîli: non poſſum súrgere, & dare tibi. Et ſi ille perſeueráuerit pulſans, dico vobis, & ſi non dabit illi ſurgẽs, eò quòd amícus eius ſit, propter improbitátem tamen eius ſurget: & dabit illi quotquot habet neceſſários. Et ego dico vobis: Pétite, & dábitur vobis: quærite, & inueniétis: pulſâte, & aperiêtur vobis. Omnis enim qui petit, áccipit: & qui quærit, inuénit: & pulſánti aperiétur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: nunquid lápidem dabit illi? Aut piſcem: nun-

quid

quid pro piſce ſerpéntem dabit illi? Aut ſi petiérit ouum: nunquid póriget illi ſcorpióné? Si ergo vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quantò magis pater veſter de cælo dabit ſpíritum bonum peténtibus ſe?

Offert. Confitébor Dómino nimis in ore meo: & in médio multôrum laudábo eum, qui áſtitit à dextris páuperis, vt ſaluam fáceret à perſequéntibus ánimã meam, allelúia. Pſa. 108.

Secreta.

HAec múnera queſumus Dómine: & víncula noſtræ prauitâtis abſóluant: & tuæ nobis miſericórdiæ dona concíliens. Per.

De S. Cruce. Secreta.

HAec oblâtio queſumus Dómine ab ómnibus nos purget offénſis: quæ in ara crucis immolâta: étiam totius mundi tulit offénſam.

Generalis. Secreta.

DEus qui ſingulâri córporis tui hóſtia totíus mundi ſoluíſti débita: hac oblatióne placâtus, máculas ſcélerum noſtrôrum abſtérge: & intercedénte pro nobis glorióſa vírgine María, cum ómnibus ſanctis tuis: Domnum apoſtólicũ, epíſcopos, reges, & príncipes noſtros, cũ ómnibus illis cõmíſſis: & omnem gradum eccleſiáſticũ in ſanctitâte cuſtôdi: aëris tempériem & fructus terræ cum pacis tranquillitâte largîre: & ómnium fidélium tuôrum viuôrum & defunctôrum peccâta dimítte: nobiſque cum ipſis præmia vitæ ætérnæ concéde. Per.

Præfatio. Te quidem Dómine. Sanctus: & Agnus Dominicale. Sic in ſequentibus duobus diebus.

Communio. Pétite, & accipiétis: queríte, & inueniétis: pulſáte, & aperiêtur vobis: omnis enim qui petit áccipit: & qui quærit, ínuenit: & pulſánti aperiêtur, allelúia. Pſa. 117.

Complenda.

VOta noſtra quæſumus Dómine pio fauôre proſéquere: vt dum dona tua in tribulatióne percípimus: de conſolatióne noſtra in tuo amôre creſcámus. Per.

De S. Cruce. Complenda.

LArgîre ſénſibus noſtris omnípotens Deus: vt per temporálem fílii tui mortem, quam hæc myſteria veneránda teſtántur: vitam nobis de díſſe perpétuam confidámus.

Generalis. Complenda.

SVmpta queſumus Dómine ſacraménta cæléſtia, crímina noſtra detérgant: & intercedénte pro nobis glorióſa vírgine Dei genitríce María cum ómnibus ſanctis tuis: Domnũ apoſtólicum, epíſcopos, reges, & príncipes noſtros, cum ómnibus illis cõmíſſis: & omnem gradum eccleſiáſti cum in ſanctitâte cuſtódiant: aëris tempériem & fructus terræ cum pacis tranquillitâte nobis obtíneant: omnem prauitâtem & infirmitâtem, hóſticam rábiem, ac ſubitáneã mortem, cunctaque perícula à nobis procul repéllant: & ómnibus fidélibus viuis & defúnctis proſint ad véniam: pro quorum tibi ſunt oblâta ſalûte. Per eundem. Ite miſſa eſt. iij. lectio.

Feria tertia in Rogationibus, de Dominica fit officiũ. Vocem iucunditátis. Secunda Oratio. Præſta queſumus omnípotens Deus; vt qui in afflictióne. Tertia Pietáte tua cum ſuis Secretis, & Cõplen. ſicut habentur ſuprà feria ij. Vnum Allelúia. Vſque modo cum cauda in fine. Non dicitur Credo.

IN VIGILIA Ascensionis.

Psa. 64. OMnes gentes pláudite mánibus: iubilâte Deo in voce exultatiónis, allelúia allelúia allelúia. Psal. Subiécit pópulos nobis: & gentes sub pédibus nostris. Ver. Glória. Oratio.

PRæsta quęsumus omnípotēs Deus: vt nostræ mentis inténtio quò solennitátis ventûræ glorióſus author ingréſſus est, ſemper intēdat: & quò fide pergit: conuersatiône peruéniat. Per eund. Aliæ duæ orationes, Præsta quæsum⁹ omnípotēs. Pietáte tua. vt suprà feria ij. fo. 239. & 240

Léctio epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephésios.

Cap 4 FRatres. Vnicuíque nostrûm data est grátia secúndùm mensûrā donatiónis Christi. Propter quod dicit: Ascéndens in altum, captíuam duxit captiuitátem: dedit dona homínibus. Quod autem ascéndit: quid est, nisi quia & descéndit primùm in inferiôres partes terræ? Qui descéndit: ipse est & qui ascéndit super omnes cælos, vt adimplêret ómnia. Et ipse dedit quosdam quidem apóstolos, quosdam quidem prophétas, álios verò euangelístas, álios autem pastôres & doctôres ad consūmatiónē Sanctôrum, in opus ministérii, in ædificatiónem córporis Christi: donec occurrâmus omnes in vnitátem fidei, & agnitiónis filii Dei, in virum perféctum, in mensùram ætâtis plenitúdinis Christi Dómini nostri. Allelúia. Ver. Omnes gentes pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exultatiónis. Allelúia. Hoc solum dicitur.

Psa. 46.

Sequéntia sancti Euangélij secúndùm Ioánnem.

Cap 17. IN illo témpore. Subleuâtis Iesus óculis in cælum, dixit. Pater, venit hora, clarífica filiū tuū, vt filius tuus clarificet te, sicut dedísti ei potestátē omnis carnis: vt omne quod dedísti ei, det eis vitam ætérnam. Hæc est autem vita ætérna, Vt cognóscant te, solùm Deum verum, & quem misísti Iesum Christum. Ego te clarificáui super terrā: opus consummáui, quod dedísti mihi vt fáciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetípsum, claritáte quam hábui, priusquàm mundus fieret, apud te. Manifestáui nomen tuum homínibus, quos dedísti mihi de mundo. Tui erant: & mihi eos dedísti: & sermónem meum seruauêrunt. Nunc cognouêrunt, quia ómnia quæ dedísti mihi, abs te sunt: quia verba quæ dedísti mihi, dedi eis. Et ipsi accepérunt: & cognouêrunt verè, quia à te exíui: & credidêrunt, quia tu me misísti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedísti mihi: quia tui sunt. Et mea ómnia, tua sunt: & tua, mea sunt: & clarificátus sum in eis. Et iam non sum in mundo: & hi in mundo sunt: & ego ad te vénio. Pater sancte, serua eos in nómine tuo quos dedísti mihi: vt sint vnum, sicut & nos. Cùm essem cum eis, ego seruabam eos in nómine tuo. Quos dedísti mihi, ego custodíui: & nemo ex eis périit, nisi filius perditiónis: vt scriptûra impleâtur. Nunc autem ad te vénio: & hæc loquor in mundo: vt hábeant gáudium meum implêtum in semetípsis. Ego dedi eis sermónem tuū: & mundus eos ódio hábuit: quia non sunt

de mun-

de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. Non rogo, vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos à malo. De mundo non ſunt: ſicut & ego nõ ſum de mundo. Sanctífica eos in veritáte. Sermo tuus, véritas eſt. Sicut tu me miſíſti in mundũ: ita & ego miſi eos in mundum. Et pro eis ego ſanctífico meípſum: vt ſint & ipſi ſanctificâti in veritâte. Non pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eôrum, in me: vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te: & vt ipſi in nobis vnum ſint: vt credat mũdus, quia tu me miſiſti. Et ego claritátem, quam tu dedí ſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me: vt ſint conſummáti in vnum: & cognóſcat mũdus, quia tu me miſíſti: & dilexíſti eos, ſicut & me dilexíſti. Pater, quos dedíſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum: vt vídeant claritátem meam, quam dedíſti mihi: quia dilexíſti me ante conſtitutiónem mũdi. Pater iuſte, mundus te non cognóuit: ego autem cognóui te: & hi cognouêrunt, quia tu me miſiſti. Et notum feci eis nomen tuũ, & notum fáciam: vt diléctio qua dilexíſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis. Cap 17.

Act 1. **Offert.** VIri Galilæi, quid admirámini aſpiciéntes in cælũ? hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic véniet, quemádmodum vidíſtis eum aſcendéntem in cælum, allelúia.

Secreta.

SAcrifícium Dómine pro fílii tui ſúpplices venerábili quam prẹué nimus nunc aſcenſióne deférimus: præſta quæſumus: vt & nos per ipsũ his commérciis ſacroſánctis ad cæléſtia conſurgámus. Qui tecum.

Hæc múnera quæſumus Dómine. Deus qui ſingulári. vt ſuprà feria ij.

Communio, Pater, cùm eſſem cum eis, ego ſeruábam eos quos dedíſti mihi, allelúia: nunc autem ad te vénio: non rogo, vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo, allelúia allelúia. Ioã. 17.

Complenda:

TRíbue quæſumus Dómine: vt per hæc ſacra quæ ſúmpſimus: illuc tendat noſtræ deuotiónis affé-ctus: quò tecum eſt noſtra ſubſtántia: Ieſus Chriſtus Dóminus noſter. Qui tecum. Vota noſtra quæſumus Dómine. Sumpta quæſumus Dómine. vt ſuprà.

IN DIE ASCENSIONIS

Introitus.



IRi Galilæi, quid admirámini aſpiciéntes in cælum, allelúia? quemádmodum vidíſtis eum aſcendéntem in cælum, ita véniet, allelúia allelúia allelúia. Act. 1.

Pſal. Omnes gentes pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exultatiónis. **Ver.** Glória patri. Kyrie maius totũduplex. Pſa. 46.

Oratio.

COncéde quæsumus omnípotens Deus: vt qui hodiérna die vnigénitum tuum redemptôrem nostrum ad cælos ascendísse crédimus: ipsi quoque mente in cæléstibus habitémus. Per eúndem.

Léctio Actuum Apostolôrum.

Cap. 1. PRimum quidem sermónem feci de ómnibus, ô Theóphile: quæ cœpit Iesus fácere & docêre, vsque in diẽ qua præcípiens Apóstolis per spíritum sanctum, quos elégit, assúmptus est: quibus & præbuit seipsum viuum post passiónem suam in multis arguméntis, per dies quadragínta appârens eis, & loquẽs de regno Dei. Et conuéscens, præcépit eis ab Ierosólymis ne discéderẽt, sed expectârẽt promissiónem patris, quam audîstis (inquit) per os meum: quia Ioánnes quidem baptizâuit aqua, vos autem baptizabímini spíritu sancto nõ post multos hos dies. Igitur qui conuénerant, interrogâbant eum, dicéntes. Dómine, si in témpore hoc restítues regnum Israël? Dixit autem eis. Non est vestrũ nosse témpora vel momén ta, quæ pater pósuit in sua potestâte: sed accipiétis virtûtem superuenién-tis Spiritussáncti in vos, & éritis mihi testes in Ierúsalem, & in omni Iudæa, & Samária, & vsque ad vltimum terræ. Et cùm hæc dixísset, vidéntibus illis eleuátus est: & nubes suscépit eum ab óculis eôrum. Cúmque intueréntur in cælum eúntem illum, ecce duo viri astitêrunt iuxta illos in véstibus albis, qui & dixêrunt. Viri Galilæi, quid statis aspiciéntes in cælum? Hic Iesus, qui assúmptus est à vobis in cælum, sic véniet, quemádmodum vidístis eum eúntem in cælum. Allelúia.

Ver. Ascéndit Deus in iubilatióne: & Dóminus in voce tubæ. Allelúia.

Ver. Dóminus in Sina, in sancto, ascéndens in altum, captíuam duxit captiuitátem. Allelúia.

Prosa.

REx omnípotens die hodiérna,
Mundo triumpháli redémpto poténtia,
Victor ascéndit cęlos, vnde descẽderat.
Nam quadragínta postquã surréxerat
Diébus sacris, confirmans péctora.
Apostolôrum, pacis chara relínquens óscula.
Quibus & dedit potestátem laxándi crímina.
Et misit eos in mundum baptizâre cunctas ánimas.
In Patris, & Fílii, & Spíritus sancti cleméntia.
Et conuéscens præcépit eis ab Ierosólymis
Ne abîrent: sed expectárent promíssa múnera.
Non post multos enim dies mittam vobis spíritum paraclêtum in terris.
Et éritis mihi testes in Ierúsalem, Iudæa, siue Samária.
Et cùm hæc dixîsset, vidéntibus illis eleuátus est: & nubes clara
Suscépit eum ab eôrum óculis: intuéntibus illis aëra.
Ecce stetêre amícti duo viri in veste alba
Iuxtà, dicéntes: quid admirámini cælôrum alta?
Iesus enim hic qui assúmptus est à vobis, ad patris déxteram,
Vt ascéndit, ita véniet: quærens talénti commíssi lucra.
O Deus maris, poli, arui, hóminem quẽ

creâsti, quem fraude sibdola.
Hostis éxpulit paradyso, & captiuátũ secum traxit ad tártara.
Sánguine próprio quem redemîsti Deo.
Illuc & réuel[illegible]ns, vnde primus córruit paradysicola.
Iudex dum véneris iudicáre séculum:
Da nobis quæsumus sempitérnam réquiem, in sanctôrum pátria.
In qua tibi ca[illegible]mus allelúia.

Vel Prosa.

Summi triúmphum regis prosequámur laude.
Qui cæli, qui terræ regit sceptra, inférni iure dómito.
Qui sese pro nobis rediméndis permagnum dedit prétium.
Huic nomẽ extat conuéniens Idithum.
Nam transilíuit omnes strénuè montes, colliculosque Bethel.
Saltum de cælo dedit in virgináles ventrem, inde in pélagus séculi.
Postquàm illud suo mitigáuit potentátu, tetras Phlegetóntis asslíiit ténebras.
Príncipis illíus disturbáto império.
Maníplis plúrimis inde erútis, mundũ illústrat suo iubáre.
Captiuitatemque deténtam iníbi, victor duxit secum.
Et rediuíuum iam suis se præbuit seruis, & amícis.
Denique saltum déderat hódie máximum, nubes poloque cursu præpeti transuolans.
Célebret ergo pópulus hunc diem crédulus, cuius mórbida Idithum córpora in semetípso altis sédibus cæli inuéxit Dei fílius.
Et tremens iúdicem expéctet affutûrũ vt duo ángeli fratres docuêrunt.
Qui Iesus à vobis assúmptus est in cælũ, íterùm véniet, vt vidístis eum.
Iam Idithum nostrum vócibus sédulis omnes implorémus.
Vt à dextris patris qui sedet, spíritum mittat nobis sanctum.
In fine séculi ipse quoque semper sit nobíscum.

Sequéntia sancti Euangélij secúndùm Marcum.

IN illo témpore. Recumbéntibus vndecim discípulis, appáruit illis Iesus: & exprobráuit incredulitátem eôrum, & durítiã cordis, quia his qui víderant eum resurrexîsse, non credidêrunt. Et dixit eis. Eúntes in mundũ vniuérsum, prædicâte euangélium omni creatûræ. Qui credíderit, & baptizâtus fúerit: saluus erit. Qui verò non credíderit: condemnábitur. Signa autem eos qui credíderint, hæc sequéntur. In nómine meo dæmónia eiícient, linguis loquéntur nouis, serpéntes tollent, & si mortíferum quid bíberint, nõ eis nocébit, super ægros manus ímponent, & bene habébunt. Et Dóminus quidẽ Iesus, postquàm locútus est eis, assúmptus est in cælũ, & sedet à dextris Dei. Illi autem profécti, prædicauêrunt vbiq; : Dómino cooperánte, & sermónem cõfirmánte, sequéntibus signis. Credo. Cap. 16.

Offert. Ascéndit Deus in iubilatióne: & Dóminus in voce tubæ, allelúia. Psa. 46.

Secreta.

SVscipe Dómine múnera quę pro filii tui gloriósa ascensióne deférimus: & cõcéde propítius: vt â præséntibus perículis liberêmur: & ad vitã perueniâmus ætérnã. Per eúndem.

Præfatio. Qui post resurrectiónem. Et dicitur vsque ad Vigiliam Pentecostes excluſiuè. Communicántes. Et dicitur

per Octauam tantùm.

Psa. 67. Communio. Psállite Dómino, qui ascéndit super cælos cælôrum ad oriéntem, allelúia.

Complenda.

PRæsta nobis quæsumus omnípotens & misericors Deus: vt quæ visibílibus mystériis suménda percépimus: inuisibili consequámur effectu. Per Dóminum.

¶ Infra Octauam Ascensionis Kyrie paschale. Oratio secunda, nisi occurrat memoria de sancto, dicitur de B. Maria. Deus qui per ascensionem. tertia Ecclésiæ tuæ sub vna conclusione. Prosa dicatur integra: vel incipiatur ibi. Deni que saltum dederat. Credo dicitur. Præfatio & Communicántes sicut in die, etiam de sanctis infra Octauam occurrentibus, seu votíuis; sed non de B. Maria, vel festis proprias Præfationes habentibus: quæ de eis dicuntur sine Cõmunicántes. Sanctus. Agnus. semiduplex.

DOMINICA INFRA Octauam Ascensionis.

Psa. 6. 

EXáudi Dómine vocem meam, qua clamáui ad te, allelúia: tibi dixit cor meum, quæsíui vultum tuum, vultum tuũ Dómine requîram: ne auértas fáciem tuam à me, allelúia allelúia. Psal. Dómin⁹ illuminatio mea: & salus mea, quem timébo? Ver. Gloria. Kyrieel. paschale.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: fac nos tibi semper & deuótã gérere voluntatem: & maiestáti tuæ syncero cordé seruîre. Per Dóminũ.

Et fit commemoratio de ascensione tantùm Concéde quæsumus: (nisi etiam commemoratio de sancto facienda sit) sub vna conclusione.

Léctio Epístolæ beáti Petri Apóstoli

CHaríssimi. Estóte prudéntes: & vigilâte in oratiónibus. Ante ómnia autem mútuam in vobismetípsis charitatem cõtínuam habéntes: quia cháritas óperit multitúdinem peccatôrum. Hospitáles inuicem sine murmuratióne. Vnusquisq; sicut accépit grátiam, in alterútrum illam administrántes: sicut boni dispensatôres multifórmis grátiæ Dei. Si quis lóquitur: quasi sermónes Dei. Si quis minístrat: tanquam ex virtúte, quam administrat Deus. Vt in ómnibus honorificétur Deus per Iesum Christum Dóminum nostrum. Alleluia. 1. Cap 4.

Ver. Ascéndit Deus in iubilatióne, & Dóminus in voce tubæ. Allelúia. Psa. 16.

Ver. Dóminus in Sina, in sancto, ascéndens in altum, captíuam duxit captiuitátem. Allelúia. Prosa dicatur integra. Psa 67.

Sequéntia sancti Euangélii secúndùm Ioánnem.

IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Cùm vénerit Paraclêtus, quem ego mittam vobis à patre, spíritum veritátis, qui à patre procédit: ille testimónium perhibébit de me. Et vos testimóniũ perhibébitis: quia ab inítio mecum estis. Hæc locûtus sum vobis: vt non scandalizémini. Absq; synagógis fácient vos. Sed venit hora: vt omnis qui intérficit vos, arbitrêtur obséquiũ se præstâre Deo. Et hæc fácient vobis; quia non nouêrunt patrem, neque me. Sed hæc locûtus sum vobis: vt cum vénerit hora, eôrum reminiscámini, quia ego Cap 15.

dixi

dixi vobis. Credo.

Offert. Ascéndit Deus in iubilatióne: & Dóminus in voce tubæ, allelúia. Psa. 46.

Secreta.

SAcrificiis nos Dómine immolâta purificent: & méntibus nostris supérnæ grátiæ dent vigórem. Per.

Pro Ascensione, Suscipe Dómine múnera. Sanctus. Agnus. semiduplex.

Communio. Pater, cùm essem cum eis, ego seruábam eos quos dedísti mihi, allelúia: nunc autem ad te vénio: non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo, allelúia allelúia. 1. Cap 4.

Complenda.

REpléti Dómine munéribus sacris: da quæsumus: vt in gratiárũ semper actióne maneámus. Per.

Pro Ascensione Præsta nobis. Psa. 16.

¶ In Octaua die Ascensionis omnia fiant sicut suprà notatum est Infrà Octauam; nisi quòd vna tantùm Oratio dicitur. Prosa vna ex duabus vt in ipso die. Psa 67.

FERIA SEXTA, post Octauam Ascensionis, si vacat, Missa habetur de Dominica præterita. Kyrie. de alternãtibus. Pro Oratione secunda & tertia, nisi occurrat memoria de sancto, dicitur Ecclesiæ. & pro pace. Deus à quo sancta. vel alia ad libitum. Vnum Allelúia. Ascéndit Deus. sine Prosa, & sine Credo. Sanctus. Agnus. Dominicale. Ite missa est iij. lectio. Si festum fuerit iij. lecti. fiat de eo, modo supràdicto, cum memoria de Dominica, & oratione contra persecutores Ecclesiæ. Sin occurrat festum duplex vel semiduplex, dicitur Kyrie. paschale, & vna tantum Oratio, cũ duobus Allelúia. suisque Ver. & cum Prosa. Cap 15.

IN VIGILIA Pentecostes.

Hora competenti, finita Nona, sacerdos omnibus sacris vestibus, præter casulam cuius loco vtitur pluuiali, & ministri suis paramentis induti exeunt: & faciunt reuerentiam ante altare. Postea sicut in Sabbatho Paschæ, leguntur prophetiæ sine titulo, sub tono lectionum. Ante quamlibet orationem Sacerdos dicit. Orémus. sine Dominus vobíscum.



Entáuit Deus Abrahám, & dixit ad eũ. Abrahám, Abrahã. At ille respóndit, ad sum. Ait illi. Tolle fílium tuum vnigénitum, quem díligis, Isaác, & vade in terram visiónis: atque ibi ófferes eum in holocáustum super vnũ móntium, quem monstrauéro tibi. Igitur Abrahám de nocte surgens, strauit ásinum suum: ducens secum duos iúuenes, & Isaác fílium suum. Cúmque concidîsset ligna in holocáustũ: abiit ad locum quem præcéperat ei Deus. Die autem tértio, eleuátis óculis, vidit locum procul: dixitque ad púeros suos. Expectâte hîc cum ásino: ego autem & puer illuc vsq; properántes, postquàm adorauérimus, reuertêmur ad vos. Tulit quoque ligna holocáusti, & impósuit super Isaác filium suum: ipse verò portábat in mánibus ignem & gládium. Cúmque duo pérgerent simul, dixit Isaác patri suo. Pater mi? At ille respóndit. Quid vis fili? Ecce (inquit) ignis & ligna: vbi est víctima holocáusti? Dixit autem Abrahám. Deus prouidébit sibi víctimam holocáusti, fili mi. Pergebant ergo páriter: Cap 22.

veneruntque ad locum quem ostenderat ei Deus:In quo ædificáuit altâre, & désuper ligna compósuit.Cúmque colligâsset Isaác fílium suum,pósuit eum in altâre super struem lignôrum. Extenditque manum,& arrípuit gládium, vt immolâret fílium suum.Et ecce ángelus Dómini de cælo clamâuit,dicens.Abrahám,Abrahám. Qui respóndit. Adsum. Dixitq; ei. Ne exténdas manum tuam super púerum: neque fácias illi quicquam. Nunc cognóui quòd tímeas Deum: & non pepercísti filio tuo vnigénito propter me. Leuâuit Abrahám óculos suos,viditq; post tergũ ariétem inter vepres, hæréntem córnibus: quẽ assúmens óbtulit holocáustum pro filio. Appellauitque nomen loci illíus: Dóminus videt. Vnde vsque hódie dícitur, in monte Dñus vidébit. Vocáuit autẽ ángelus Dñi Abrahám secúndò de cælo,dicens.Per memetípsum iurâui, dicit Dñus: quia fecísti rem hãc, & non pepercísti vnigénito fílio tuo propter me: benedícens benedícam tibi, & multiplicâbo semen tuum sicut stellas cæli,& velut aréna quę est in líttore maris. Possidébit semẽ tuum portas inimicôrum suôrũ: & benedicéntur in sémine tuo omnes gentes terræ, quia obedísti voci meæ. Reuêrsus est Abrahám ad púeros suos: abierúntq; Bersabée símul, & habitáuit ibi. Orémus.

DEus qui in Abrahæ fámuli tui ópere: humáno géneri obediéntiæ exémpla prębuisti. Cõcéde nobis: & nostræ voluntátis prauitátem frángere: & tuôrum præceptôrum rectitúdinem in ómnibus adimplêre. Per Dóminum.

Léctio Secunda.

SCripsit Moyses cánticum: & dócuit filios Israël. Præcepitque Dóminus Iósuè filio Nun: & ait. Confortàre,& esto robústus. Tu enim introdúces filios Israël in terram quam pollícitus sum: & ego ero tecũ.Postquàm ergo scripsit Moyses verba legis huius in volúmine, atque compléuit:præcépit Leuítis qui portâbãt arcam fœderis Dómini, dicens. Tóllite librum istum, & pónite eum in látere arcæ fœderis Dómini Dei nostri: vt sit ibi contra te in testimónium. Ego enim scio contentiônem tuam, & céruicem tuam durísimã. Adhuc viuénte me,& ingrediénte vobíscum, semper contentiôsè egístis contra Dóminũ: quantò magis cùm mórtuus fúero? Congregâte ad me omnes maiôres natu per tribus vestras, atque doctôres: & loquar audiéntibus eis sermónes istos,& inuocâbo contra eos cælũ & terram. Noui enim, quòd post mortem meam iníquè agétis: & declinábitis citò de via quam præcépi vobis. Et occúrrent vobis mala in extrémo témpore: quando fecéritis malum in conspéctu Dómini: vt irritétis eum per ópera mánuum vestrârum. Locútus est ergo Moyses audiénte vniuérso cœtu Israël, verba cárminis huius: & ad finem vsque compléuit. Deu 31.

Tractus. Atténde cælum, & loquar:& áudiat terra verba ex ore meo. Ver. Expectétur sicut plúuia elóquium meum: & descéndant sicut ros verba mea: sicut imber super grámina. Ver. Et sicut nix super fœnum: quia nomen Dómini inuocâbo. Ver. Date magnificéntiam Deo nostro: Deus verax: ópera eius,& Deu 32.

omnes

omnes viæ eius iudícia. Ter. Deus fidélis, in quo non est iníquitas: iustus & sanctus Dóminus. Orémus.

DEus qui nobis per prophetârũ ora præcepísti temporália relínquere: & ad ætérna festinâre: da fámulis tuis: vt quæ à te iussa cognóuimus: implêre cæléstι inspiratiône valeámus. Per Dóminum.

Lectio tertia. Apprehendent septem mulíeres.

Tractus. Vínea facta est. vt in Sabbatho sancto. fol. 159. Orémus.

DEus qui nos ad celebrándã præsentem festiuitâtem vtriusque testaménti páginis ínstruis: da nobis intellígere misericórdiã tuam: vt ex perceptiône præséntium múnerum: firma sit expectátio futurôrum. Per Dóminum.

Léctio Quarta.

Bar. 3

AVdi Israël mandâta vitæ: áuribus pércipe, vt scias prudéntiam. Quid est Israël: quod in terra inimicôrum es? Inueterâsti in terra aliéna: coinquinâtus es cum mórtuis: deputâtus es cum descendéntibus in inférnum. Dereliquîsti fontem sapiéntiæ. Nã si in via Dei ambulâsses, habitâsses vtique in pace super terram. Disce vbi sit sapiéntia, vbi sit virtus, vbi sit prudéntia, vbi sit intelléctus: vt scias simul, vbi simul longitúrnitas vitæ & victus, vbi sit lumen oculôrum, & pax. Quis inuénit locũ eius? Et quis introîuit in thesáuros eius? Vbi sunt príncipes géntium, & qui dominántur super béstias quæ sunt super terram? Qui in áuibus cæli ludunt, qui argéntum thesaurízant, & aurum in quo confídunt hómines: & non est finis acquisitiônis eôrum? Qui argéntum fábricant, & solíciti sunt: nec est inuéntio óperum illôrum? Exterminâti sunt, & ad ínferos descendêrunt: & álii in locum eôrum surrexérunt. Iúuenes vidêrũt lumen: & habitauêrunt super terrã. Viam autem disciplínę ignorauêrũt, neque intellexêrunt sémitas eius, neque suscepêrunt eam fílii eôrum. A fácie eôrum longè facta est. Non est audîta in terra Chanaán: neque visa est in Theman. Filii quoque Agar, qui exquisiêrunt prudéntiam quæ de terra est, negotiatôres terræ, & Theman: & fabulatôres, & exquisitôres prudéntiæ & intelligéntiæ: viam autem sapiéntiæ nescièrunt: neque meminêrunt semitârum eius. O Israël, quàm magna est Domus Dei, & ingens locus possessiônis eius! Magnus est, & nõ habet cõsummatiónẽ: excélsus, & imménsus. Ibi fuêrúnt gigántes nominâti, illi qui ab inítio fúerunt, statûra magna, sciéntes bellũ. Non hos elégit Dóminus: neque viam disciplinæ dedit illis: proptérea periêrunt. Et quóniam non habuêrunt sapiéntiam, interiêrunt propter suam insipiéntiam. Quis ascéndit in cælum, & áccepit eam, & dedúxit eã de núbibus? Quis transfretâuit mare, & inuênit eam, & áttulit eam super aurum eléctum? Non est qui possit scire vias eius, neque qui excógitet sémitas eius. Sed qui scit vniuérsa, nouit illam: & adínuenit eam prudéntia sua. Qui perfêcit terrã in sempitérno témpore: & adimpléuit eam pecúdibus. Vocauitq; eam: & obaudíuit eum in tremôre. Stellæ autẽ dedêrunt lumen in custódiis suis: & lætâtæ sunt. Vocâtæ sunt, & dixêrũt,

Assu-

Assumus. Et luxérunt ei cum iucunditâte, qui fécit illas. Hic est Deus noster: & non æstimábitur álius ad eũ. Hic adinuénit omnem viam disciplínæ: & dedit illam Iacob púero suo, & Israël diléćto suo. Post hæc super terram visus est: & cum homínibus conuersátus est.

Orémus.

DEus incommutábilis virtus & lumen ætérnum: réspice propítius ad totíus eccléśiæ mirábile sacraméntum: & da nobis fámulis tuis: vt hoc quod deuóte ágimus: étiam rectitúdine vitæ teneámus. Per.

Psa. 41 **Tractus.** Sicut ceruus desíderat ad fontem aquârum: ita desíderat ánima mea ad te Deus. **Ver.** Sitíuit ánima mea ad te Deum fontem viuum: quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei mei? **Ver.** Fuêrunt mihi láchrymæ meæ panes die ac nocte, dum dícitur mihi per síngulos dies, vbi est Deus tuus?

Orémus.

COncéde quęsumus omnípotẽs Deus: vt qui solennitátem doni sancti spíritus cólimus: cæléstibus desidériis accénsi, fontem vitæ sitiâmus: Dóminum nostrũ Iesum Christum fílium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitâte eiúsdem spíritus sancti Deus, per ómnia. Respõso Amen. processio fit ad fontes cum cantu hymni, Rex Sanctórum. Benedictione completa, vt in Agendis, solenniter cantatur Kyrieeleis. paschale. Interim sacerdos cum ministris indutus vestimentis rubeis exit ad altare; dicit cõfessionem, ascendens osculatur altare; & finito cantu Kyrieeleison, solenniter incipit Glória in excélsis. Postea prosequitur alia in Missa.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: vt claritâtis tuæ super nos splendor effúlgeat: & lux tuæ lucis corda eórum qui per grátiam tuam renâti sunt: sancti spíritus illustratióne confírmet. Per. eiúsdem.

Léctio Actuum Apostolórum.

Cap 19. IN diébus illis. Factum est, cùm Apóllo esset Corínthi; vt Paulus peragrátis superióribus pártibus veníret Ephésum, & inuenîret quosdam discípulos: dixitque ad eos. Si spíritum sanctum accepístis credéntes? At illi dixérunt ad eum. Sed neque si Spíritus sanctus est, audíuimus. Ille verò ait. In quo ergo baptizâti estis? Qui dixérunt. In Ioánnis baptísmate. Dixit autem Paulus. Ioánnes baptizâuit baptísmo pœniténtiæ pópulum, dicens, in eum qui ventúrus esset post ipsum, vt créderent, hoc est, in Iesum. His auditis, baptizâti sunt in nómine Dómini Iesu. Et cùm imposuísset illis manus Paulus, venit Spíritus sanctus super eos: & loquebántur linguis, & prophetábant. Erant autem omnes viri ferè duódecim. Introgréssus autem Paulus synagógam, cum fidúcia loquebátur per tres menses, dísputãs & suadens de regno Dei. Allelúia.

Psa. 117. **Ver.** Confitémini Dómino quóniã bonus: quóniam in séculum misericórdia eius. Non repetitur Allelúia. sed immediate sequitur.

Psa. 116. **Tractus.** Laudâte Dóminũ omnes gentes: & collaudâte eum omnes pópuli. **Ver.** Quóniã confirmâta est super nos misericórdia eius: & véritas Dómini manet in ætérnum.

Ad Euangelium non portantur luminaria, sed incensum tantùm.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 14. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Si dilígitis me: mãdâta mea seruâte. Et ego rogábo patrem, & álium Paraclêtum dabit vobis: vt máneat vobíscum in ætérnum, spíritum veritátis, quem mundus non potest accípere, quia non videt eũ, nec scit eum. Vos autem cognoscétis eum: quia apud vos manébit, & in vobis erit. Non relínquam vos órphanos: véniam ad vos. Adhuc módicùm: & Cap 19. mundus me iam non videt. Vos autem vidétis me: quia ego viuo, & vos viuétis. In illo die vos cognoscétis. quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandáta mea, & seruat ea: ille est, qui díligit me. Qui autem díligit me, diligêtur à patre meo: & ego díligam eũ, & manifestâbo ei meípsum. Non dicitur Credo.

Pſa. 103. Offert. Emítte spíritum tuum, & creabúntur, & renouábis fáciem terræ: sit glória Dómini in secula, allelúia.

Secreta.

MVnera quæsumus Dómine oblâta sanctífica: & corda nostra Sancti Spíritus illustratióne emúnda. Per. eiusdem.

Pſa. 117. Præfatio. Qui ascéndens super omnes cælos. Communicántes, & diem sanctíssimum celebrántes. Hanc ígitur. Et dicuntur vsq; ad sequens Sabbathum inclusiuè. Sanctus. Agnus. duplex.

Pſa. 116. Ioã 7. Communio. Vltimo festiuitátis die dicébat Iesus: qui in me credit, flúmina de ventre eius fluent aquæ viuę: hoc autem dixit de Spíritu, quem acceptûri erant credéntes in eum, allelúia allelúia.

Complenda.

SAncti spíritus Dñe corda nostra múndet infúsio: & sui roris íntima aspersióne fœcúndet. Per. eiusdem.

DOMINICA PENTECOSTES

Introitus.



Sap 1. SPíritus Dómini repléuit orbem terrârum, allelúia: & hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia, allelúia, allelúia. Pſal. Confirma hoc Deus, quod operâtus es in nobis: à templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem. Pſa. 67. Ver. Glória. Kyrieelei. maius totum-duplex.

Oratio.

DEus qui hodiérna die corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódẽ spíritu recta sápere: & de eius semper consolatióne gaudêre. Per. eiúsdem.

Léctio Actuum Apostolórum.

Cap 2. IN diébus illis. Dum compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli páriter in eódem loco. Et factus est repénte de cælo sonus, tanquam adueniéntis spíritus vehementis,

tis, & repléuit totam domum vbi erant sedéntes. Et apparuérunt illis dispertítæ linguæ tāquam ignis: seditque supra singulos eôrum. Et repléti sunt omnes spíritu sancto: & cœpêrūt loqui váriis linguis, prout Spíritus sanctus dabat elóqui illis. Erant autem in Ierúsalē habitántes Iudæi, viri religiósi ex omni natiône, quę sub cælo est. Facta autem hac voce, conuênit multitúdo: & mente confûsa est, quóniam audiébat vnusquisque lingua sua loquéntes. Stupébant autem omnes & mirabántur, dicéntes. Nonné ecce, omnes isti qui loquúntur, Galilæi sunt? Et quómodo nos audíuimus vnusquísque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Ælámitæ, & qui hábitant Mesopotámiam, Iudæam, & Cappadóciam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphyliam, AEgyptum, & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & áduenæ Románi: Iudæi quoque & proselyti, Cretes & Arabes: audíuimus eos loquéntes nostris linguis magnália Dei. Allelúia.

Pſa. 103. Ver. E mítte spíritum tuum, & creabúntur: & renouábis fáciē terræ. Allelúia.

Ver. V eni sancte Spíritus, reple tuôrū corda fidélium, & tui amôris in eis ignē accénde. Allelúia.

Prosa.

VEni sancte Spíritus, & emítte cælitus lucis tuæ rádium.

Veni pater páuperum, veni dator múnerum, veni lumen córdium.

Consolâtor óptime, dulcis hospes ánimæ, dulce refrigérium.

In labóre réquies, in æstu tempéries, in fletu solátium.

O lux beatíssima, reple cordis íntima tuôrum fidélium.

Sine tuo númine nihil est in hómine, nihil est innóxium.

Laua quod est sórdidum, riga quod est áridum, sana quod est sáucium.

Flecte quod est rígidum, foue quod est frígidum, rege quod est déuium.

Da tuis fidélibus in te confidéntibus, sacrum septenárium.

Da virtútis méritum, da salútis éxitum, da perénne gáudium. Et dicitur quotidie per totam Octauam, vsque ad Sabbathum inclusiuè.

Alia Prosa ad libitum dicenda.

SAncti Spíritus adsit nobis grátia.

SQuæ corda nostra sibi fáciat habitáculum.

Expúlsis inde cunctis vítiis spiritálibus.

Spíritus alme, illustrátor ómnium:

Hórridas nostræ mentis purga ténebras.

Amâtor sancte sensatôrum semper cogitátuum:

Infúnde vnctiónem tuam clemens nostris sénsibus.

Tu purificâtor ómniū flagitiórum, Spíritus,

Purífica nostri óculum interióris hóminis:

Vt vidêri suprémus génitor possit à nobis:

Mundi cordis quem soli cernere possunt óculi.

Prophétas tu inspirâsti, vt præcónia Christi præcinuíssent ínclyta.

Apóstolos confortâsti, vti trophæum Christi per totum mundum véherēt.

Quando machínam per verbum suum fecit Deus cæli, terræ, márium.

Tu super aquas, fotûrus eas, numen tuum expandísti Spíritus.

Tu animábus viuificándis aquas fœcúndas.

Tu aspirándo das spiritáles esse hómines.
Tu diuísum per linguas mundum,& ritus adunâsti Dómine.
Idololâtras ad cultum Dei réuocas, magistrôrum óptime.
Ergo nos supplicántes tibi exáudi propítius, sancte Spíritus.
Sine quo preces omnes cassæ credúntur, & indígnæ Dei áuribus.
Tu qui ómnium seculôrum sanctos tui numinis docuísti instínctu amplectẽdo, spíritus.
Ipse hódie Apóstolos Christi donans múnere insólito, & cunctis inaudito séculis.
Hunc diem glorióſum fecísti.
Sancti Spíritus asit nobis grátia.

Sequéntia sancti Euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap. 14. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Si quis díligit me, sermónẽ meum seruábit: & pater meus díliget eum,& ad eum veniémus,& mãsiónem apud eum faciémus. Qui nõ díligit me, sermónes meos nõ seruat. Et sermónem quem audîstis, non est meus: sed eius qui misit me, patris. Hęc locûtus sum vobis,apud vos manens. Paraclétus autem spíritus sanctus, quem mittet pater in nómine meo,ille vos docébit ómnia, quæcũque díxero vobis. Pacẽ relínquo vobis: pacem meam do vobis. Nõ quó modo mundus dat,ego do vobis.Nõ turbêtur cor vestrum, neque fórmidet. Audîstis,quia ego dixi vobis: Vado,& vénio ad vos. Si diligerétis me, gauderêtis vtíque, quia ad patrẽ vado : quia pater maior me est. Et nũc dixi vobis, prius quàm fiat: vt cùm factum fúerit, credátis. Iam nõ multa loquar vobíscũ. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquã.Sed vt cognóscat mũd⁹, quia díligo patrẽ : & sicut mandâtũ dedit mihi pater,sic facio. Credo.

Offert. Confirma hoc Deus , quod operâtus es in nobis,à templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem : tibi ófferent reges múnera, allelúia. Pſa. 67.

Secreta.

MVnera quæsumus Dómine oblâta sanctífica : & corda nostra sancti spíritus illustratióne emúnda. Per. eiúsdem.

Præfatio. Qui ascéndens. Infra actionem. Communicántes. Hanc ígitur.

Communio. Factus est repénte de cælo sonus adueniéntis spíritus vehementis,vbi erant sedéntes,allelúia: & replêti sunt omnes Spíritu sancto, loquéntes magnália Dei, allelúia allelúia. Act. 2.

Complenda.

SAncti Spíritus Dñe corda nostra mũdet infúsio:& sui roris íntima aspersióne fœcúndet. Per.eiusdem.

Infrà Octauam Pentecostes nihil fit de sanctis. Et dicitur quotidie vna oratio tantùm, præterquàm in Sabbatho.

FERIA SECVNDA.



Ibâuit eos ex ádipe fruménti, allelúia: & de petra melle saturáuit eos, allelúia allelúia allelú. Pſal. 80. Exultâte Deo adiutôri nostro : iubilâte Deo Iacob. Ver. Glória. Kyrie. minus totumduplex.

Oratio.

DEus qui Apóstolis tuis sanctum dedîsti spíritum : concéde plebi tuæ piæ petitiônis efféctum : vt quibus dedîsti fidem : largiâris & pacem. Per. eiusdem.

Cap 10. Léctio Actuum Apostolôrum.

IN diébus illis. Apériens Petrus os suum, dixit. Viri fratres, & patres: nobis præcépit Dóminus prædicâre pópulo,& testificâri, quia ipse est qui constitûtus est à Deo iudex viuôrum & mortuôrum. Huic omnes prophétæ testimónium pérhibent: remissiônem peccatôrum accípere per nomen eius omnes, qui credût in eum. Adhuc loquénte Petro verba hæc: cécidit Spíritus sanctus super omnes, qui audiébant verbum. Et obstupuérunt ex circumcisiône fidéles, qui vénerant cum Petro: quia & in natiónes grátia spíritus sancti effúsa est. Audiébant enim illos loquéntes linguis, & magnificántes Deum. Tunc respóndit Petrus. Nunquid aquã quis prohibêre potest, vt non baptizéntur hi, qui spíritum sanctum accepêrunt, sicut & nos? & iussit eos baptizâri in nómine Dómini Iesu Christi.

Sap 1. Allelúia. Ver. Spíritus Dómini replévit orbem terrârũ:& hoc quod cóntinet ómnia,sciéntiam habet vocis. Allelúia. Ver. Veni sancte spíritus,reple tuôrum corda fidélium: & tui amôris in eis ignem accénde. Allelúia. Prosa. Veni sancte Spíritus. vt suprà in Dñica Pente.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Ioánnem.

Cap 3 IN illo témpore. Dixit Iesus Nicodémo. Sic Deus diléxit mundum, vt fílium suum vnigénitum daret: vt omnis qui credit in eum,non péreat: sed hábeat vitam ætérnam. Non enim misit Deus fílium suum in mundum, vt iúdicet mundum: sed vt saluétur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicâtur. Qui autem non credit,iam iudicâtus est: quia nõ credit in nomine vnigéniti filii Dei. Hoc est autem iudícium: quia lux venit in mundum: & dilexêrunt hómines magis ténebras, quàm lucem. Erant enim eôrum mala ópera. Omnis enim qui malè agit, odit lucem: & non venit ad lucem,vt nõ arguántur ópera eius. Qui autem facit veritátem, venit ad lucem,vt manifestén tur ópera eius: quia in Deo sunt facta. Credo.

Offert. Intónuit de cælo Dóminus: & altíssimus dedit vocem suam: & apparuêrunt fontes aquârum, allelúia. Psa. 17.

Secreta.

PRopítius Dñe quęsumus hæc dona sanctífica: & hóstiæ spirituâlis oblatiône susscépta: nosmetípsos pérfice munus ætérnum. Per.

Comm. Spiritussánctus docébit vos, allelúia: quæcúnque díxero vobis, allelúia allelúia. Ioã. 14. Complenda.

ADésto quæsumus Dómine pópulo tuo: & quem tantis mystériis cæléstibus imbuísti: ab hóstium furôre defénde. Per.

FERIA TERTIA.

ACcípite iucunditátẽ glóriæ vestræ, allelúia: grátias agéntes Deo, allelúia: qui vos ad cæléstia regna vocáuit, allelúia allelúia allelúia. Psal. Atténdite pópule meus legem meam: inclinâte aurem vestram in verba oris mei. Ver. Glória. Kyrie. minus totumduplex. Oratio. Psa. 77.

ADsit nobis quæsumus Dómine virtus Spiritussáncti: quæ & corda nostra cleménter expúrget: & ab ómnib⁹ tueâtur aduérsis. Per. eiúsdẽ.

Léctio Actuum Apostolórum.

Cap 5. IN diébus illis. Cùm audíssent Apóstoli qui erãt Ieroſólymis, quia recepíſſet Samária verbum Dei: misêrunt ad eos Petrum & Ioánnem. Qui cùm veníſſent, orauêrunt pro ipſis, vt accíperent ſpíritum ſanctum. Nondum enim in quemquã illôrum vénerat, ſed baptizáti tantùm erant in nómine Dómini Ieſu. Tunc imponébant manus ſuper illos, & accipiébant ſpíritum ſanctum. Allelúia.

Pſa. 77. Ver. Paraclêtus Spíritus ſanctus, quem mittet Pater in nómine meo: ille vos docébit omnem veritátem. Allelúia.

Ver. Veni ſancte ſpíritus, reple tuôrum corda fidélium: & tui amôris in eis ignẽ accénde. Allelúia.

Proſa. Veni Sancte Spíritus. fol. 252.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndum Ioánnem.

Cap 10. IN illo témpore. Dixit Ieſus Phariſæis. Amen amen dico vobis: qui non intrat per óſtium in ouîle óuiũ, ſed aſcéndit aliúnde, ille fur eſt & latro. Qui autem intrat per óſtium: paſtor eſt óuium. Huic oſtiárius áperit, & óues vocem eius áudiunt: & próprias oues vocat nominátim, & edúcit eas. Et cùm próprias oues emíſerit, ante eas vadit: & oues illũ ſequúntur, quia ſciunt vocem eius. Aliénum autem non ſequúntur, ſed fúgiunt ab eo: quia non nouêrunt vocem alienôrũ. Hoc prouérbiũ dixit eis Ieſus. Illi autem non cognouêrunt quid loquerêtur eis. Dixit ergo eis íterùm Ieſus. Amen amen dico vobis, quia ego ſum óſtium óuiũ. Omnes quotquot venêrunt, fures ſunt & latrónes: ſed non audiérunt eos oues. Ego ſum óſtium. Per me ſi quis introíerit, ſaluábitur: & ingrediétur, & egrediétur & páſcua inuéniet. Fur enim nõ venit, niſi vt furétur, & mactet, & pérdat. Ego veni, vt vitam hábeant: & abundántiùs hábeant. Credo.

Offert. Portas cæli apéruit Dóminus: & pluit illis manna, vt ederent: panem cæli dedit eis: panem angelórum manducáuit homo, allelúia. Pſa. 77. Secreta.

PVríficet nos quæſumus Dñe múneris præsẽtis oblátio: & dignos ſacra participatióne efficiat. Per.

Communio. Spíritus ſanctus, qui à patre procédit, allelúia: ille me clarificábit, allelúia allelúia. Ioã. 16. Complenda.

MEntes noſtras quæſumus Dómine ſpíritus ſanctus diuínis répareț ſacramẽtis: quia ipſe eſt remíſſio ómnium peccatôrum. Per. eiuſdẽ.

FERIA QVARTA Quatuor Temporum Pentecoſtes. Introitus.

DEus, dũ egrederéris coram pópulo tuo, iter fáciens eis, hábitans in illis, allelúia: terra mota eſt, cæli diſtillauérunt, allelúia allelúia. Pſa. 67. Pſal. Exúrgat Deus, & diſsipéntur inimíci eius: & fúgiant qui odêrunt eum à fácie eius. Ver. Gloria. Kyrieel. paſchale Gloria in excelſis. Sine Dóminus vobíſcum dicitur

Orémus.

MEntes noſtras quæſumus Dómine Paraclêtus qui à te procédit illúminet: & indúcat in omnẽ ſicut tuus promíſit filius veritátem. Qui tecum viuit & regnat in vnitáte eiúſdem ſpíritus. Legitur in tono Prophetiæ.

Léctio Libri Sapiéntiæ.

Cap 1. IN diébus illis. Dixit Sálomon filiis Iſraël. Dilígite iuſtítiam, qui iudicátis terram. Séntite de Dómino in bonitáte: & in ſimplicitáte cordis quærite illum: quóniã inuénitur ab his, qui non tentant illum. Appâret autem eis, qui fidem habent in illũ. Peruérſæ enim cogitatiónes ſéparant à Deo: probâta autem virtus córripit inſipiéntes: quóniam in maléuolam ánimam non introíbit ſapiéntia, neque habitábit in córpore ſúbdito peccâtis. Spíritus enim ſanctus diſciplínæ effúgiet fictum: & áuferet ſe à cogitatiónibus, quæ ſunt ſine intelléctu: & corripiétur à ſuperueniénte iniquitáte. Benígnus eſt enim ſpíritus ſapiéntiæ: & non liberábit maledíctum à lábiis ſuis: quóniam renum illíus teſtis eſt Deus, & cordis illíus ſcrutátor eſt verus, & linguæ eius auditor. Quóniam ſpíritus Dómini replêuit orbem terrârum: & hoc quod cóntinet ómnia, ſciéntiam habet vocis. Allelúia. Ver. E mítte Spíritum tuum, & creabúntur: & renouábis fáciem terræ. Non repetitur Allelúia. Hic dicitur Dóminus vobíſcum.

Pſa. 103.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotẽs & miſéricors Deus: vt Spíritus ſánctus aduéniens, templum nos glóriæ tuæ dignánter inhabitándo perficiat. Per. eiúſdem.

Léctio Actuum Apoſtolórum.

Cap 2. IN diébus illis. Stans Petrus cũ vndecim, leuáuit vocem ſuam, & locútus eſt eis. Viri Iudæi, & qui habitátis Ierúſalem vniuérſi: hoc vobis notum ſit, & áuribus percípite verba mea. Non enim ſicut vos æſtimâtis, hi ébrii ſunt, cùm ſit hora diei tértia: ſed hoc eſt, quod dictum eſt per Prophétam Ioël. Et erit in nouíſſimis diébus, dicit Dóminus, effúndam, de ſpíritu meo ſuper omnem carnem: & prophetábunt filii veſtri, & filiæ veſtræ: iúuenes veſtri viſiónes vidébũt, & ſeniôres veſtri ſómnia ſomniábũt. Et quidem ſuper ſeruos meos, & ſuper ancíllas meas in diébꝰ illis effúndam de ſpíritu meo, & prophetábũt. Et dabo prodígia in cælo ſurſum, & ſigna in terra deórſum, ſánguinem & ignem, & vapórem fumi. Sol cõuertêtur in ténebras, & luna in ſánguinem, antequam véniat dies Dómini magnus, & manifeſtus. Et erit: omnis quicunq. inuocáuerit nomen Dómini, ſaluus erit. Allelúia.

Ver. Veni ſancte Spíritus, reple tuôrũ corda fidélium, & tui amôris in eis ignẽ accénde. Allelúia.

Proſa. Veni ſancte Spíritus. fol. 252.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndùm Ioánnem.

Cap 6. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Nemo poteſt venîre ad me, niſi pater meus qui miſit me, tráxerit eum: & ego reſuſcitábo eum in nouíſſimo die. Eſt ſcriptũ in prophétis. Et erunt omnes docíbiles Dei. Omnis qui audíuit à patre, & dídicit: venit ad me. Non quia patrem vidit quiſquam, niſi is qui eſt à Deo: hic vidit patrem. Amen amen dico vobis: qui credit in me, habet vitam ætérnã. Ego ſum panis vitę. Patres veſtri mãducauérũt manna in deſérto: & mórtui ſunt. Hic eſt panis de cælo deſcéndens: vt ſi quis ex ipſo manducáuerit, non moriâtur. Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcéndi. Si quis mãducá-

ducáuerit ex hoc pane, viuet in ætérnum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Credo.

Offert. Meditábor in mãdátis tuis quæ diléxi valdè: & leuábo manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi nimis, allelúia. Psa. 118.

Secreta

ACcipe quæsumus Dómine munus oblátum: & dignánter operâre: vt quod mystériis ágimus: piis affféctibus celebrémus. Per. Sanctus. Agnus. duplex.

Communio. Pacem meam do vobis, allelúia: pacem meam relínquo vobis, allelúia allelúia. Ioã 14. Complenda.

SVméntes Dómine cæléstia saçraménta: quæsumus cleméntiã tuam: vt quod temporáliter gérimus: ætérnis gáudiis consequâmur. Per.

FERIA QVINTA.

SPíritus Dómini repléuit orbem terrârum, allelúia: & hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia allelúia allelúia. Sap. 1. Psal. Confírma hoc Deus quod operâtus es in nobis: à templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem. Psa 67. Cap 6. Ver. Gloria. Kyrieel. paschale: quod etiam dicitur in duabus sequentibus Missis, cum Gloria in excélsis.

Oratio.

DEus qui hodiérna die corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuîsti: da nobis in eódẽ spíritu recta sápere: & de eius semper consolatiône gaudêre. Per. eiúsdem.

Léctio Actuum Apostolórum.

IN diébus illis. Philíppus descéndẽs in ciuitátem Samáriæ, prædicábat illis Christum. Intendébant autẽ turbæ his quæ à Philíppo dicebantur, vnanímiter audiéntes, & vidéntes signa quæ faciébat. Multi enim eôrũ qui habébant spíritus immúndos, clamántes voce magna, exíbant. Multi autẽ paralytici, & claudi curâti sunt. Factum est ergo gáudium magnum in illa ciuitáte. Cap 8. Allelúia.

Ver. Emítte Spíritum tuum, & creabúntur: & renouábis fáciem terræ. Allelúia. Psa. 130. Ver. Veni sancte Spíritus reple tuôrum corda fidélium: & tui amôris in eis ignem accénde. Allelúia.

Prosa. Veni sancte Spíritus. fol. 252.

Sequéntia sancti euangélij secúndùm Lucam.

IN illo témpore. Conuocátis Iesus duódecim Apóstolis, dedit illis virtútẽ & potestâtem super ómnia dæmónia, & vt languôres curârent. Et misit illos prædicâre regnum Dei: & sanâre infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuléritis in via: neq; virgam, neq; peram, neq; panẽ, neq; pecúniam: neq; duas túnicas habeátis. Et in quamcunq; domum intrauéritis, ibi manête: & inde ne exeâtis. Et quicunq; nõ receperint vos: exeúntes de ciuitate illa, étiam púluerẽ pedũ vestrôrũ excútite, in testimóniũ super illos. Egréssi autem circuíbant per castélla, euangelizántes & curántes vbiq. Cap 9. Credo.

Offert. Confírma hoc Deus quod operâtus es in nobis, à templo sancto tuo quod est in Ierúsalem: tibi ófferent reges múnera, allelúia. Psa. 67. Secreta.

MVnera quæsumus Dómine oblâta sanctífica: & corda nostra sancti spíritus illustratióne emúnda. Per. eiusdem. Sanctus. Agnus. semiduplex. Sic in duab' sequẽtibus Missis

Communio. Factus est repénte de cæ- Act. 2.

lo sonus adueniéntis spíritus veheméntis, vbi erant sedéntes, allelúia: & repléti sunt omnes Spíritu sancto, loquéntes magnália Dei, allelúia allelúia.

Complenda.

SAncti spíritus Dñe corda nostra mundet infúsio: & sui roris íntima aspersióne fœcúndet. Per. eiusdẽ.

FERIA SEXTA, Quatuor Temporum Pentecostes. Introitus.

Psa. 70. REpleâtur os meum laude tua, allelúia: vt possim cantâre, allelúia: gaudébunt lábia mea, dum cantáuero tibi, allelúia allelúia. Psal. In te Dómine spe râui, non confúndar in ætérnum: in iustítia tua líbera me, & éripe me.

Ver. Gloria. Oratio.

DA quæsumus ecclésiæ tuæ miséricors Deus: vt Spíritu sancto congregâta: hostíli nullatenus incursióne turbétur. Per. eiusdem.

Léctio Actuum Apostolôrum.

Cap 2. IN diébus illis. Apériens Petrus os suum, dixit. Viri Israëlitæ, audîte verba hæc. Iesum Nazarênum virum approbátum à Deo in vobis, virtútibus & prodígiis, & signis, quæ fecit per illum Deus in médio vestri, sicut vos scitis: hunc definito consílio & præsciéntia Dei tráditum, per manus iniquôrum affligéntes, interemîstis. Quem Deus suscitáuit, solútis dolóribus inférni: iuxta quod impossibile erat tenéri illum ab eo. Dauid enim dicit in eum. Prouidébam Dóminũ in conspéctu meo semper: quóniam à dextris est mihi, ne cõmóuear. Propter hoc lætátum est cor meum, & exultáuit lingua mea: ínsuper & caro mea requiéscet in spe. Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno: nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem. Notas mihi fecísti vias vitæ: replébis me iucunditáte cum fácie tua. Allelúia.

Ver. Spíritus Dómini repléuit orbem terrárum: & hoc quod cóntinet ómnia, scientiam habet vocis. Allelúia. Ver. Veni sancte Spíritus, reple tuôrum corda fidélium: & tui amôris in eis ignem accénde. allelúia. Prosa vt suprà.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore. Factum est in vna diêrum, & Iesus sedébat docẽs. Et erant Pharisæi, sedéntes & legis doctôres, qui venerant ex omni castéllo Galilææ, & Iudææ, & Ierúsalem: & virtus Dómini erat ad sanándum eos. Et ecce viri portántes in lecto hóminem, qui erat paralyticus: & quærébant eum inférre, & pónere ante eum. Et non inueniéntes qua parte illum inférrent præ turba, ascendêrũt supra tectum, & per tégulas submisèrunt eum cum lecto in médium, ante Iesum. Quorum fidem vt vidit, dixit. Homo, remittúntur tibi peccáta tua. Et cœpêrunt cogitàre scribæ & pharisæi, dicéntes. Quis est hic, qui lóquitur blasphémias? Quis potest dimíttere peccáta, nisi solus Deus? Vt autem cognóuit Iesus cogitatiónes eórũ, respóndens dixit ad illos. Quid cogitátis in córdibus vestris? Quid est facílius, dícere, Dimittúntur tibi peccâta tua: an dícere, Surge & ámbula? Vt autẽ sciátis, quia filius hóminis habet potestâtem in terra dimitténdi peccáta, ait paralytico. Tibi dico, surge,

ge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et conféstim surgens coram illis, tulit lectum in quo iacébat: & ábiit in domum suam, magnificãs Deũ. Et stupor apprehéndit omnes: & magnificábant Deum. Et replêti sunt timôre, dicéntes: quia vídimus mirabília hódie. Credo.

Sap. 1. Offert. Pſal. 145. Laúda ánima mea Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: psallam Deo meo, quàm diu ero, allelúia.

Secreta.

SAcrifícia Dómine tuis oblàta conspéctibus: ignis ille diuínus absúmat: qui discipulôrum Christi filii tui per Spíritum sanctum corda succéndit. Per eúndem. eiúsdem.

Communio. Spíritus vbi vult spirat: & vocem eius audis, allelúia: sed nescis vnde véniat, aut quò vadat, allelúia allelúia allelúia. Complenda.

SVmpsimus Dñe sacri dona mystérii: humíliter deprecántes: vt quę in tui commemoratióne nos fácere præcepîsti: in nostræ proficiant infirmitâtis auxílium. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitáte Spíritus sancti.

SABBATHO,
Quatuor temporum Pentecostes. Introitus.

Rō. 5. CHáritas Dei diffûsa est in córdibus nostris, allelúia: per inhabitántem Spíritum eius in nobis, allelúia allelúia. Pſ. Dómine Deus salútis meæ: in die clamáui, & nocte coram te. Ver. Gloria patri. Finito Gloria in excelsis, Orationes omnes dicantur sine Dóminus vobíscum, præter vltimam.

Pſal. 87.

O rémus

MEntibus nostris quæsumus Dómine Spíritum sanctum benígnus infúnde: cuius & sapiéntia cónditi sumus: & prouidéntia gubernâmur. Per. eiúsdem.

Léctio Ioëlis Prophetæ.

HAEc dicit Dóminus Deus. Effúndam Spíritum meum super omnem carnem: & prophetábũt filii vestri, & filiæ vestræ. Senes vestri sómnia somniábunt: & iúuenes vestri visiónes vidébũt. Sed & super seruos meos & ancíllas meas, in diébus illis effúndam Spíritum meũ. Et dabo prodígia in cælo & in terra, sánguinem & ignem, & vapôrem fumi. Sol conuertêtur in ténebras, & luna in sánguinem: antequàm véniat dies Dómini magnus, & horríbilis. Et erit: omnis qui inuocáuerit nomen Dómini, saluus erit. Allelúia. Cap. 2.

Ver. Emítte Spíritum tuum, & creabũtur: & renouábis fáciem terræ. Non iteratur Allelúia post Ver. præterquàm vltimum Allelúia post epistolam.

Oratio.

ILlo nos igne quæsumus Dómine Spíritus sanctus inflámmet: quem Dóminus noster Iesus Christus misit in terram: & vóluit vehemênter accéndi. Qui tecum. eiúsdem.

Léctio Libri Leuitici.

IN diébus illis. Locùtus est Dóminus ad Móysen, dicens. Lóquere filiis Israël, & dices ad eos. Cùm ingréssi fuéritis terram, quam ego dabo vobis, & messuéritis ségetem: ferétis manípulos spicârum primítias messis vestræ ad sacerdótem. Qui eleuábit fascículum coram Dómino, vt acceptábile sit pro vobis áltero die Cap. 23.

Sábbathi:& ſanctificábit illum. Numerábitis ergo ab ipſo die Sábbathi, in quo obtuliſtis manípulos primitiârum, ſeptem hebdómadas plenas, vſque ad álteram diem expletiónis hebdómadæ ſéptimæ,id eſt quinquagínta dies. Et ſic offerétis ſacrificium nouum Dómino ex ómnibus habitáculis veſtris:panes primitiârum duos de duábus décimis ſimilæ fermentâtæ, quos eleuábit Sacérdos corã Dómino. Cúmque eleuáuerit eos Sacérdos cum pánibus primitiârum corã Dómino, cedent in vſum eius. Et vocábitis hunc diem celebérrimum,atque ſanctiſſimum.Omne opus ſeruîle non faciétis in eo. Legítimum ſempitérnum erit in cunctis habitáculis, & generatiónibus veſtris : dicit Dóminus omnípotens. Allelúia.

Ioã 16. Ver. Paraclêtus Spíritus ſanctus,quem mittet pater in nómine meo: ille vos docébit omnem veritátem. Oratio.

DEus qui ad animârum medêlã ieiúnii deuotióne caſtigâri córpora præcepíſti : concéde nobis propítius: & mente & córpore tibi ſemper eſſe deuótos. Per.

Léctio libri Deuteronómij.

Cap 26. IN diébus illis. Dixit Móyſes fíliis Iſraël. Audi Iſraël, quæ ego præcípio tibi hódie. Cùm intráueris terrã, quam Dóminus Deus tuus datûrus eſt tibi poſsidéndam, & obtinúeris eam, atque habitáueris in ea : tolles de cunctis frúgibus tuis primítias, & pones in cartállo : pergéſque ad locum quem Dóminus Deus tuus elégerit, vt ibi inuocétur nomen eius. Accedéſque ad Sacerdótem, qui fúerit in diébus illis, & dices ad eum. Profiteor hódie coram Dómino Deo tuo. Qui exaudíuit nos, & reſpéxit humilitátem noſtram, & labôrem, atque angúſtias:& edúxit nos de Aegypto in manu forti, & bráchio extento,in ingénti pauôre,in ſignis,atq; porténtis : & introdúxit ad locum iſtum, & trádidit nobis terram lacte & melle manántem. Et iccírco nunc óffero primítias frugum terræ,quam Dóminus dedit mihi : & dimíttes eas in conſpéctu Dómini Dei tui. Et adoráto Dómino Deo tuo, epuláberis in ómnibus bonis, quæ Dóminus Deus tuus déderit tibi. Allelúia.

Ver. Verbo Dómini cæli firmáti ſunt: & ſpíritu oris eius omnis virtus eôrum. Pſa. 32.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt ſalutâribus ieiúniis eruditi: ab ómnibus etiam vítiis abſtinéntes : propitiatiónem tuam facílius impetrémus. Per.

Léctio libri Leuítici.

Cap 6. IN diébus illis. Dixit Dóminus ad Móyſen. Lóquere filiis Iſraël, & dices ad eos. Si in præcéptis meis ambulauéritis, & mandáta mea cuſtodiéritis, & fecéritis ea : dabo vobis plúuias tempóribus ſuis, & terra gignet germen ſuum : & pomis árbores replebúntur. Apprehéndet meſſium tritûra vindémiam, & vindémia occupábit ſeméntem : & comedétis panem veſtrum in ſaturitâte, & abſque pauôre habitábitis in terra veſtra. Dabo pacem in finibus veſtris : dormiétis, & non erit qui extérreat. Aúferam malas béſtias: & gládius non transíbit términos veſtros. Perſequémini inimícos veſtros : & córuent corã vobis.Perſequéntur quinque de veſtris centum aliénos,& centum

tum de vobis decem mília: cadent inimíci veſtri gládio in conſpéctu veſtro. Reſpíciam vos, & créſcere fáciam: multiplicabímini, & firmábo pactum meum vobíſcum. Comedétis vetuſtíſsima véterum, & vétera nouis ſuperueniẽtibus proiiciétis. Ponã tabernáculum meum in médio veſtri, & non abiíciet vos vltrà ánima mea. Ambulábo inter vos, & ero veſter Deus, vóſque éritis pópulus meus: dicit Dóminus omnípotens. Allelúia. Ver. Veni ſancte Spíritus, reple tuôrum cõrda fidélium: & tũi amôris in eis ignem accénde. Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: ſic nos ab eſcis carnálibus abſtinêre: vt à vítiis irruéntibus páriter iciunémus. Per.

Léctio Daniélis Prophétæ. Cap 3.

IN diébus illis. Angelus Dómini deſcéndit cum Azária & ſóciis eius in fornácem: & excúſsit flammã ignis de fornâce: & fecit médium fornàcis quaſi vẽtum roris flantem. Flamma autem diffúſa eſt ſuper fornâcem, cúbitis quadrágínta nouem: & incéndit quos réperit iuxta fornâcem de Chaldæis miníſtrõs regis, qui eam incendébant. Illos autem omnínò non tétigit ignis, neque contriſtáuit, nec quicquam moléſtiæ íntulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudábant, & glorificábant, & benedicébant Deum in fornâce, dicéntes. Allelúia. Ver. Benedíctus es Dómine Deus patrum noſtrôrum, & laudábilis in ſécula. Hic dicitur Dóminus vobíſcum.

Oratio.

DEus qui tribus púeris mitigâſti flammas ígnium: concéde propítius: vt nos fámulos tuos non exúrat flamma vitiôrum.

Pro Papa. Oratio.

DEus ómnium fidélium paſtor & rector: fámulum tuum N. quem paſtôrem eccléſiæ tuæ præéſſe voluíſti propítius réſpice: da ei quæſumus verbo & exémplo quibus præeſt proficere: vt ad vitam vnà cum grege ſibi crédito peruéniat ſempitérnam. Per. ſub vna concluſione.

Léctio Actuum Apoſtolôrum. Cap 13.

IN diébus illis. Conuénit vniuérſa cíuitas audîre verbum Dei. Vidéntes autem turbas Iudæi, repléti ſunt zelo: & contradicébant his quæ à Paulo dicebántur, blaſphemántes. Tunc conſtánter Paulus & Bárnabas dixêrunt. Vobis oportébat primùm loqui verbum Dei: ſed quóniam repéllitis illud, & indígnos vos iudicátis ætérnæ vitæ: ecce, conuértimur ad gentes. Sic enim præcépit nobis Dóminus. Póſui te in lucem géntiũ: vt ſis in ſalútem vſque ad extrémum terræ. Audiéntes autem gentes, gauíſæ ſunt: & glorificábant verbum Dómini: & credidêrunt quotquot erant præordináti ad vitam ætérnam. Diſſeminabàtur autem verbum Dómini per vniuérſam regiónem. Iudæi autem concitauêrunt mulíeres religióſas & honéſtas, & primos ciuitátis: & excitauérunt perſecutiónẽ in Paulum & Bárnabam: & eiecêrunt eos de fínibus ſuis. At illi excúſſo púluere pedum in eos, venêrunt Icónium. Diſcípuli quoque replebántur gáudio, & Spíritu ſancto. Allelúia. Pſa. 116. Ver. Laudâte Dóminum omnes gentes: & collaudâte eum omnes pópuli. Allelúia. Proſa dicitur.

Sequéntia sancti Euangélij secúndùm Lucam.

Cap 4. IN illo témpore. Surgens Iesus de synagóga, introîuit in domum Simônis. Socrus autem Simônis tenebátur magnis fébribus: & rogauêrunt illum pro ea. Et stans super illam, imperáuit febri: & dimísit illā. Et contínuò surgens, ministrábat illis. Cùm Sol autem occidísset, omnes qui habébant infirmos váriis languóribus, ducébant illos ad eum. At ille síngulis manus ímponens, curábat eos. Exíbant autem dæmónia à multis, clamántia, & dicéntia: quia tu es filius Dei. Et íncrepans, non sinébat ea loqui, quia sciébant ipsum esse Christum. Facta autem die, egrésus ibat in desértum locum: & turbæ requirébant eum, & venêrunt vsque ad ipsum: & detinébant illum, ne discéderet ab eis. Quibus ille ait. Quia & áliis ciuitátibus opórtet me euangelizáre regnum Dei: quia ídeò missus sum. Et erat prædicans in synagógis Galilææ. Credo.

Pſa. 87. **Offert.** Dómine Deus salútis meæ, in die clamáui, & nocte coram te: intret orátio mea in conspéctu tuo Dómine, alleluia. **Secreta.**

VT accépta tibi sint Dómine nostra ieiúnia: præsta nobis quæsumus: huius múnere sacraménti, purificátum tibi pectus offérre. Per.

Alia Secreta.

OBlátis quæsumus Dómine placâre munéribus: & fámulum tuum N. quem pastôrem eccléſiæ tuæ præésse voluísti: assídua protectióne gubérna. Per Dóminum.

Ioā 14 **Communio.** Non vos relínquam órphanos: véniam ad vos íterùm, alleluia: & gaudébit cor vestrum, alleluia allel.

Complenda.

PRæbeant nobis Dómine diuínū tua sancta feruôrem: quo eôrū páriter & actu delectémur & gustu. Per D.

Alia Complenda.

HAec nos quęsumus Dómine diuíni sacraménti percéptio prótegat: & fámulum tuum N. quem pastôrem eccléſiæ tuæ præésse voluísti: vnà cum commísso sibi grege saluet semper & múniat. Per Dóminū.

IN FESTO S. TRINITATIS

Introitus.



Tob 12. ENedícta sit Sancta Trínitas, atq; indiuísa únitas: cōfitébimur ei, quia fecit nobíscum misericórdiam suam. Psal. Benedicámus Patrem & Fílium: cum sancto Spíritu. Ver. Gloria. Kyrie minus totum-duplex. **Oratio.**

OMnípotens sempitérne Deus: qui dedîsti fámulis tuis in confessióne veræ fidei ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere: & in poténtia maiestátis adorâre vnitátem: quæsumus: vt eiúsdem fidei firmitâte ab ómnibus semper muniâmur aduérsis. Per Dóminum.

Léctio epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

Cap 11. FRatres. O altitúdo diuitiârum sapiéntiæ & sciéntiæ Dei: quàm

incom-

incomprehensibília sunt iudícia eius, & inperuestigábiles viæ eius. Quis enim cognóuit sensum Dómini? Aut quis consiliárius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuêtur ei? Quóniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt ómnia. Ipsi honor & glória, in sécula seculôrum. Amen.

Dan 3. Grad. Benedíctus es Dómine, qui intuêris abyssos, & sedes super Chérubin. Ver. Benedíctus es in throno regni tui, & laudábilis in sécula. Allelúia. Ver. Benedíctus es Adonái in firmaménto cæli: benedícant te omnes ángeli, & sancti tui. Allelúia.

Prosa.

Benedícta semper sancta sit Trínitas, déitas scílicet únitas, coëquális glória.

Pater, Fílius, Sanctus Spíritus: tria sunt nómina, ómnia eádem substántia.

Deus génitor, Deus génitus, in vtroq; sacer Spíritus deitáte sócia.

Non tres tamen dij sunt, Deus verus vnus est: sic Pater Dóminus, Fílius, Spíritusque sanctus.

Propríetas in persónis, únitas est, & in essséntia.

Maiéstas par, & potéstas, decus, honor æquè per ómnia.

Sidera, mária cóntinens, arua simul, & vniuérsa cóndita.

Quem tremunt ímpia tártara, colit quoque quem & abyssus infima.

Nunc omnis vox atque lingua fateâtur hunc laude débita.

Quem laudat Sol atque luna, dignitas adôrat angélica.

Et nos voce præcélsa omnes modulémur órgánica cãtica, dulci melódia.

Eia & eia, nũc simul iubilémus alti throno Dómino, laudes in excélsis.

O adoránda Trinitas. O veneránda únitas. Per te sumus creâti vera ætérnitas. Per te sumus redémpti, summa tu cháritas. Pópulum cunctum tu próte-ge, salua, líbera, éripe, & emúnda. Te adorámus omnípotens, tibi cánimus, tibi laus & glória. Per infinita sécula seculôrum.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 3. In illo témpore. Erat homo ex Pharisæis Nicodémus nómine, princeps Iudæôrum. Hic venit ad Iesum nocte; & dixit ei. Rabbi, scimus quia à Deo venísti magíster. Nemo enim potest hæc signa fácere, quæ tu facis, nisi fúerit Deus cum eo. Respóndit Iesus, & dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis natus fúerit dénuò, non potest vidêre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodémus. Quómodo potest homo nasci cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iterátò introíre, & renáscí? Respóndit Iesus. Amen amen dico tibi: nisi quis renátus fúerit ex aqua & Spíritu sancto, non potest introíre in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spíritu, spíritus est. Non mirêris, quia dixi tibi: Opórtet vos nasci dénuò. Spíritus, vbi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde véniat, aut quò vadat. Sic est omnis, qui natus est ex spíritu. Respõdit Nicodémus, & dixit ei. Quómodo possunt hæc fieri? Respóndit Iesus, & dixit ei. Tu es magíster in Israël, & hæc ignóras? Amen amen dico tibi: quia quod scimus lóquimur: & quod vídimus, testâmur: & testimónium nostrum non accípitis. Si terréna dixi vobis, & non créditis: quómodo si díxero vobis cæléstia, credétis?

Tob 11. Cap 11.

détis? Et nemo ascéndit in cælum, nisi qui descéndit de cælo, filius hóminis qui est in cælo. Et sicut Moyses exaltáuit serpéntem in desérto: ita exaltâri opórtet fílium hóminis: vt omnis qui credit in ipsum, nõ péreat: sed hábeat vitam ætérnam. Credo.

Offert. Benedíctus sit Deus Pater, vnigenitúsque Dei filius, sanctus quoque Spíritus: quia fecit nobíscum misericórdiam suam.

Secreta.

SAnctífica quæsumus Dómine Deus noster, per tui sancti nómi nis inuocatiónem huius oblatiónis hóstiam: & per eam nosmetípsos tibi pérfice munus ætérnum. Per.

Præfatio. Qui cum vnigénito filio. Et dicitur vsque ad festum Corporis Christi: nisi interuenerit festum S. Barnabæ Apostoli.

Communio.

Benedícimus Deum cæli: & coram ómnibus viuéntibus confitébimur ei; quia fecit nobíscum misericórdiam suam.

Complenda.

PRofíciat nobis ad salûtem córporis & ánimæ Dómine Deus huius sacraménti susscéptio: & sempitérnæ sanctæ Trinitátis eiusdemq; indiuíduæ vnitátis conféssio. Per D.

¶ Infrà Octauam S. Trinitatis, quæ est solennis, idem fit officium quod in die, vsq; ad festum Corporis Christi. Et non fit officium de aliquo sancto, nisi fuerit duplex. Tunc enim fit de festo cum memoria Octauæ. Infrà Octauam Kyrie. semiduplex. secunda oratio de S. Maria. Concede nos. tertia Ecclésiæ tuę. omnes tres sub vna conclusione. De sanctis iij. le. nõ fit memo. nisi in priuatis Missis. Feria ij. & iij. Prosa dicitur à principio; vel ab eo loco, O adoránda. Sed feria iiij. integra dicitur.

IN SOLENNITATE Sacratissimi Corporis Christi.

Introitus.



IBâuit eos ex ádipe frumẽti, allelúia: & de petra melle saturâuit eos, allelúia allelúia allelúia. Psa. Exultâte Deo adiutô ri nostro: iubilâte Deo Iacob. Ver. Gloria. Kyrie. maius totum duplex.

Oratio.

DEus qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquîsti: tríbue quæsumus: ita nos córporis & sánguinis tui sacra mystéria venerâri: vt redemptiônis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiâmus. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitáte Spíritus sancti Deus.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

FRatres. Ego accépi à Dómino, quod & trádidi vobis: quóniam Dóminus Iesus, in qua nocte tradebâtur, accépit panem: & grátias agens fregit, & dixit. Accípite & manducâte:

câte: hoc est córpus meum, quod pro vobis tradêtur. Hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter & cálicem postquàm cœnáuit, dicens. Hic calix nouum testamẽtum est in meo sánguine. Hoc fácite quotiescúnque bibétis, in meam commemoratiónẽ. Quotiescúnque enim manducábitis panem hunc, & cálicem bibêtis: mortem Dómini annunciábitis, donec véniat. Itaque quicúnque manducáuerit panem, & bíberit cálicem Dómini indígnè: reus erit córporis & sánguinis Dómini. Probet autem seipsũ homo: & sic de pane illo edat, & de cálice bibat. Qui enim manducat & bibit indígnè: iudícium sibi mandûcat, & bibit, non diiúdicans corpus Dómini.

Grad. Oculi ómnium in te sperant Dómine: & tu das illis escam in témpore opportúno. Ver. Aperis tu manum tuam: & imples omne ánimal benedictióne. Allelúia. Ver. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: qui mandûcat meam carnem, & bibit meum sánguinem, in me manet, & ego in eo. Allelúia.

Pſa. 144

Ioã 6

Prosa.

Lauda Sion Saluatôrem, lauda ducem & pastôrem, in hymnis & cánticis.

Quantùm potes, tantũ aude: quia maior omni laude, nec laudâre sufficis.

Laudis thema speciális, panis viuus & vitâlis, hódie propónitur.

Quem in sacræ mensa cœnæ, turbæ fratrum duodenæ, datũ non ambígitur.

Sit laus plena, sit sonôra, sit iucúnda, sit decôra mentis iubilátio: dies enim solénnis ágitur, in qua mensæ primò recólitur huius institútio.

In hac mensa noui regis, nouum pascha nouæ legis, phase vetus términat: vetustátem nóuitas, vmbram fugat véritas: noctem lux elíminat.

Quod in cœna Christus gesit, faciéndum hoc expréssit in sui memóriam.

Docti sacris institútis, panem vinum in salútis consecrámus hóstiam.

Dogma datur Christiánis, quòd in carnem transit panis, & vinum in sánguinem.

Quod non capis, quod non vides, animósa firmat fides, præter rerum órdinem.

Sub diuérsis speciébus, signis tantùm & non rebus, latent res exímiæ.

Caro cibus, sanguis potus: manet tamen Christus totus, sub vtraq; spécie.

A sumẽnte non concísus, nõ confráctus non diuísus, ínteger accípitur.

Sumit vnus, sumunt mille: quantùm isti, tantùm ille: nec sumptus consúmitur.

Sumunt boni, sumunt mali: sorte tamen inæquali, vitæ vel intéritus.

Mors est malis, vita bonis: vide, paris sumptiónis quàm sit dispar éxitus.

Fracto demùm sacraménto, ne vacílles: sed meménto, tantùm esse sub fragménto, quantùm toto tégitur.

Nulla rei fit scissûra: signi tantùm fit fractûra: qua nec status, nec statûra signáti minúitur.

Ecce panis angelôrum, factus cibus viatôrum: verè panis filiôrum, non mitténdus cánibus.

In figûris præsignátur, cùm Isaác immolâtur: agnus paschæ deputátur: datur manna pátribus.

Bone pastor, panis vere, Iesu nostri miserêre: tu nos pasce, nos tuêre: tu nos bona fac vidêre, in terra viuéntium.

Tu, qui cuncta scis & vales: qui nos pascis hîc mortáles: tuos ibi commensáles, cohærédes & sodáles, fac sanctôrum ciuium.

Sequéntia sancti Euangélij secúndùm Ioánnem.

Cap 6. IN illo témpore. Dixit Iesus turbis Iudæôrum. Caro mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sánguinem: in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de cælo descéndit. Non sicut manducauêrunt patres vestri manna: & mórtui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in ætérnum. Credo.

Leu 21. Offert. Sacerdótes Dómini incénsum & panes ófferunt Deo: & ídeò sancti erunt Deo suo, & non pólluent nomen eius, allelúia. Secreta.

ECclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, vnitátis & pacis propítius dona concéde: quæ sub oblátis munéribus mysticè designántur. Per.

Præfatio. Quia per incarnáti verbi. Et dicitur per totam Octauam, nisi inciderit festum Apostolorum.

1. Cor 11. Communio. Quotiescúnque manducábitis panem hunc, & cálicem bibêtis: mortem Dómini annunciábitis, donec véniat: itaque quicúnque manducáuerit panem, & bíberit cálicem Dómini indígnè; reus erit córporis & sánguinis Dómini, allelúia. Complenda.

FAc nos quęsumus Dómine diuinitátis tuæ sempitérna fruitióne repléri: quam pretiósi córporis & sánguinis tui temporális percéptio præfigurat. Qui viuis & regnas.

Per solemnem Octauã Corporis Christi, fit idem officium quod in die. Et non fit officium de aliquo sancto: nisi fuerit Duplex, vel Semiduplex: tunc enim fit de festo cum memo. Octauæ. Porrò si festũ S. Ioannis ipso die Corporis Christi occurrat; aut idem festum, vel Apostolôrum Petri & Pauli, seu commemoratio S. Pauli in Octaua, aut festum Ioannis & Pauli infra Octauam Eucharistiæ venerit: seruetur ordo Breuiarij secundùm Rubricas generales. Infra Octauam Kyrie semiduplex. Orationes dicuntur tres sub vna conclusione. Tribus primis diebus secunda de Trinitate: tertia verò: feria vj. pro pace. Deus à quo sancta desi. Sabbatho. Concede nos famulos. Dominica de Dominica. Feria ij. iij. iiij. pro secunda dicitur Concede nos fámu. tertia Ecclesiæ tuę. Pro sa Lauda Sion: vel dicatur ab eo loco: Ecce panis: excepta Dominica, in quá dicitur integra. In Octaua fit, sicut ipso die, cum Kyrie semiduplici.

DOMINICA PRIMA post Trinitatis, quæ est infra Octauam Corporis Christi.



Psa. 12. OMine in tua misericórdia spéraui: exultáuit cor meum in salutâri tuo: cantábo Dómino, qui bona tríbuit mihi. Psal. Vsquéquò Dómine obliuiscéris me in finem? vsquéquò auértis fáciem tuam à mé? Ver. Gloria. Kyrie, semiduplex. Oratio.

DEus in te sperántium fortitûdo: adésto propítius inuocatiónibus nostris: & quia sine te nihil

potest

potest mortális infírmitas: præsta auxílium grátiæ tuæ: vt in exequéndis mandátis tuis: & voluntáte tibi & actiône placeámus. Per. Et fit commemoratio de Córpore Christi, & Sancta Trinitate.

Léctio epístolæ Beáti Ioánnis Apóstoli.

1. Cap 4. CHaríssimi. Deus cháritas est. In hoc appáruit cháritas Dei in nobis: quóniam filium suum vnigénitum misit Deus in mundum, vt viuámus per eum. In hoc est cháritas: nõ quasi nos dilexérimus Deũ: sed quóniam ipse prior diléxit nos, & misit filium suum propitiatôrem pro peccátis nostris. Charíssimi: si sic Deus diléxit nos: & nos debémus alterútrum dilígere. Deum nemo vidit vnquam. Si dilígimus ínuicem: Deus in nobis manet: & cháritas eius in nobis perfécta est. In hoc cognóscimus, quóniam in eo manémus, & ipse in nobis: quóniam de spíritu suo dedit nobis. Et nos vídimus, & testificâmur: quóniam pater misit filium suum saluatôrem mundi. Quisquis cõféssus fúerit, quóniam Iesus est filius Dei: Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognóuimus, & credídimus charitâti, quam habet Deus in nobis. Deus cháritas est: & qui manet in charitáte, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfécta est cháritas Dei nobíscũ, vt fidúciã habeámus in die iudícii: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitâte: sed perfécta cháritas foras mittit timôrem: quóniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perféctus in charitáte. Nos ergo diligámus Deum: quóniam Deus prior dilexit nos. Si quis díxerit, quóniam díligo Deum: & fratrem suum óderit: mendax est. Qui enim nõ díligit fratrem suum, quem videt: Deũ, quem non videt, quómodo potest dilígere? Et hoc mandâtum habêmus à Deo: vt qui díligit Deum, díligat & fratrem suum.

Grad. Ego dixi Dómine, miserêre mei: sana ánimam meam, quia peccáui tibi. Ps. 40. Ver. Beátus qui intélligit super égenum & páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus. Allelúia. Ver. Dómine Deus meus in te speráui: saluum me fac ex ómnibus persequéntibus me, & líbera me. Allelúia. Ps. 7. Potest ad libitũ dici Seqn. Lauda Sion sal. fol. 265.

Sequéntia sancti euangélii sec úndùm Lucam.

Ca. 16. p. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Homo quidam erat dives, & induebâtur púrpura, & byssо: & epulabâtur quotídie splendidè. Et erat quidã mendícus nómine Lázarus, qui iacébat ad iánuã eius, vlcéribus plenus: cúpiens saturâri de micis, quæ cadébant de mensa díuitis: & nemo illi dabat. Sed & canes veniébant, & lingébant vlcera eius. Factum est autẽ, vt morerétur mendîcus, & portarétur ab ángelis in sinum Abrahæ. Mórtuus est autẽ & dives: & sepúltus est in inférno. Eleuãs autem óculos suos, cùm esset in torméntis: vidit Abrahám à longè, & Lázarum in sinu eius. Et ipse clamans, dixit. Pater Abrahám, miserêre mei: & mitte Lázarum, vt intíngat extrémum dígiti sui in aquam, vt refrígeret linguam meam: quia crúcior in hac flamma. Et dixit illi Abrahám. Fili, recordâre, quia recepîsti bona in vita tua, &

Lázarus símíliter mala: nunc autem hic consolâtur, tu verò cruciâris. Et in his ómnibus, inter nos & vos chaos magnum firmátum est: vt hi, qui volunt hinc transîre ad vos, nō possint: neque inde huc transmeâre. Et ait. Rogo ergo te pater, vt mittas eū in domum patris mei. Hábeo enim quinque fratres, vt testêtur illis, ne & ipsi véniant in hunc locum tormentôrum. Et ait illi Abrahám. Habent Móysen, & Prophétas: áudiant illos. At ille dixit. Non, pater Abrahám: sed si quis ex mórtuis ierit ad eos, pœniténtiam agent. Ait autē illi. Si Móysen, & Prophétas non áudiunt: neque si quis ex mórtuis resurréxerit, credent. Credo.

Pſa. 5. Offert. Inténde voci orationis meæ rex meus, & Deus meus: quóniam ad te orábo Dómine. Secreta.

HOstias nostras quæsumus Dómine tibi dicâtas benígnus assúme: & ad perpétuum nobis tríbue prouenîre subsídium. Per.

Præfa. Quia per incarnati: cum hæc Missa dicitur infra octauam.

Pſa. 9. Communio. Narrábo ómnia mirabília tua: lætábor, & exultábo in te: psallam nómini tuo altíssimè. Compl.

TAntis Dómine replêti munéribus: præsta quæsumus: vt & salutária dona capiâmus: & à tua laude nunquam cessêmus. Per Dñm.

Post Octauam Corporis Christi. Feria vj. si vacauerit, fit Missa de Dominica præcedenti ferialiter, sicut alio tempore extra Octauam solennem: cum secunda ōratione contra persecutores ecclesiæ, & tertia pro pace, Sabbatho si vacauerit, alioqui proximo vacanti, fit solenne officium de B. Maria.

DOMINICA SECVNDA

Pſa 17. Actus est Dóminus protéctor meus: & edûxit me in latitúdinem: saluum me fecit, quóniam voluit me. Psal. Díligã te Dómine virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meum, & liberátor meus. Ver. Gloria. Kyrie Dominicale æstiuale. Quod canitur omnibus Dominicis vsq; ad Aduentum, quando agitur de Dominica. Oratio.

SAncti nóminis tui Dómine timórem páriter & amórem fac nos habêre perpétuum: quia nunquam tua gubernatióne destítuis: quos in soliditâte tuę dilectiónis instítuis. Per.

De S. Trinitate. Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: qui dedísti fámulis tuis in confessiône veræ fidei ætérnæ Trinitátis glóriã agnóscere: & in poténtia maiestátis adorâre vnitátem: quæsumus: vt eiúsdem fidei firmitâte ab ómnibus semper muniâmur aduersis. Per Dóminum.

Ad poscenda suffragia Sanctorum. Oratio.

ACunctis nos quæsumus Dómine mentis & córporis defénde periculis: & intercedénte gloriósa vírgine Dei genitríce María: cum beátis Apostolis tuis Petro & Paulo atque Andréa & ómnibus sanctis: salútem nobis tribue benígnus & pacē: vt destrúctis aduersitátibus & erróribus vniuérsis: eccléſia tua secûra tibi séruiat libertáte. Per. eundem.

Hæ duæ orationes dicuntur Dominicis diebus vsque ad Aduentum, quando fit de Dominica. Nisi facienda sit me

moria

moria alicuius sancti: tunc enim secundo loco Oratio de eo dicitur, & tertio de S. Trinitate. Poterit autem quandocunque omitti Oratio A cunctis, & loco illius quæcunque alia pro occurrenti necessitate dici.

Léctio epístolæ Beáti Ioánnis Apóstoli.

1. Cap 3. CHaríssimi. Nolîte mirâri, si odit vos mundus. Nos scimus, quóniam transláti sumus de morte ad vitam: quóniam dilígimus fratres. Qui non díligit, manet in morte. Omnis, qui odit fratrem suum, homicída est. Et scitis, quóniam omnis homicída non habet vitam ætérnam in se manéntem. In hoc cognóuimus charitátem Dei, quóniam ille pro nobis ánimam suam pósuit: & nos debémus pro frátribus ánimas pónere. Qui habúerit substántiam huius mundi, & víderit fratrem suũ necessitâtem habêre, & cláuserit víscera sua ab eo: quómodo cháritas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligâmus verbo, neque lingua: sed ópere, & veritâte.

Pſa 119. Grad. Ad Dóminum cum tribulárer clamáui, & exaudîuit me. Ver. Dómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis, & à lingua dolôsa. A llelúia. Ver. Deus iustus iudex, fortis, & pátiens: nunquid irascêtur per síngulos dies? Allelúia.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

Cap 14. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis parábolã hanc. Homo quidam fecit cœnam magnam: & vocâuit multos. Et misit seruum suum hora cœnę dícere inuitátis, vt venîrent: quia iam parâta sunt ómnia. Et cœpêrunt omnes simul excusâre. Primus dixit ei. Villam emi: & necésse hábeo exîre, & vidêre illam. Rogo te, habe me excusátũ. Et alter dixit. Iuga boũ emi quinque: & eo probáre illa. Rogo te, habe me excusátum. Et álius dixit. Vxôrem duxi: & ideò non possum venîre. Et reuérsus seruus nunciáuit hæc Dómino suo. Tunc irátus paterfamílias, dixit seruo suo. Exi citò in platéas, & vicos ciuitátis: & páuperes ac débiles, & cœcos & claudos introduc huc. Et ait seruus. Dómine, factum est vt imperâsti: & adhuc locus est. Et ait Dóminus seruo. Exi in vias & sepes: & compélle intrâre, vt impleátur domus mea. Dico autem vobis, quòd nemo virôrum illôrum, qui vocáti sunt, gustábit cœnã meã.

Credo.

Offert. Dómine conuértere, & éripe ánimam meam: saluum me fac propter misericórdiam tuam. Pſa. 6.

Secreta.

OBlátio nos quæsumus Dómine tuo nómini dicánda purificet: & de die in diẽ ad cæléstis vitæ transferat actiônem. Per.

De S. Trinitate. Secreta.

SAnctífica quęsumus Dómine Deus noster, per tui sancti nóminis inuocatiónem huius oblatiónis hóstiam: & per eam nosmetípsos tibi pérfice munus ætérnum. Per.

Ad poscenda suffragia Sanctorum. Secreta.

EXáudi nos Deus salutáris noster: & per huius sacraménti virtútem à cunctis nos hóstibus mentis & córporis tueâris: grátiam tríbuens in præsénti, & glóriam in futûro, Per Dóminum.

Communio. Cantábo Dómino, qui bona tríbuit mihi: & psallam nómini tuo altíssimè. Pſa. 12.

Complenda.

SVmptis munéribus sacris quæsumus Dómine: vt cum frequentatióne mystérii, crescat nostræ salútis effféctus. Per Dñum nostrum.

De S. Trinitate. Complenda.

PRofíciat nobis ad salútem córporis & ánimæ Dñe Deus huius sacraménti susceptio: & sempitérnæ sanctæ Trinitátis eiusdemque indiuíduę vnitâtis cõfessio. Per.

Ad poscenda suffragia Sanctorum. Complenda.

MVndet ac múniat nos quæsumus Dómine diuíni sacramẽti munus oblâtum: & intercedénte beâta vírgine Dei genitrîce María: cum beátis Apóstolis tuis Petro & Paulo atque Andréa & ómnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitátibus expiâtos; & aduersitátibus expeditos. Per eúndem.

Infrà hebdomadas abhinc vsque ad Aduentum, in feriis vacantibus (id est qualicunque festo, aut Octaua, aut feria Quatuor Temporũ, vel expletione Missæ Dominicalis non impeditis) celebratur principalis Missa hoc ordine: Feria ij. pro Defunctis. Feria iij. de Angelis. Feria iiij. pro peccatis. Feria v. de S. Spiritu. Feria vj. de S. Cruce. Sabbatho, etiam nõ obstante festo iij. lectionum, de B. Maria. Quando autem Missa Dominicæ prȩcedentis suo die ob aliquã causam principaliter dicta non fuit, consueuit expleri ferialiter in vacanti feria iiij. ij. aut vj. cũ secunda oratione de Votiua feriali, tertia ad libitum. Alioqui in cæteris Misis supradictis, præterquàm pro Defunctis, secunda oratio erit de officio diei, id est de Dominica, tertia ad libitum.

DOMINICA TERTIA.



Psa. 24. Espice in me, & miserêre mei Dómine: quóniam únicus, & pauper sum ego: vide humilitátem meam, & labôrem meum: & dimítte ómnia peccáta mea Deus meus. Psal. Ad te Dómine leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubéscam. Ver. Gloria.

Oratio.

DEprecatiónem nostram quæsumus Dómine benígnus exáudi: & quibus supplicándi præstas affféctum: tríbue defensiónis auxílium. Per Dóminum. Aliæ orationes, vt in præcedenti Dominica,

Léctio epístolæ beáti Petri Apóstoli.

Cap 15. CHaríssimi. Humiliámini sub potênti manu Dei, vt vos exáltet in témpore visitatiónis. Omnem solicitúdinem vestram proiiciéntes in eum: quóniam ipsi cura est de vobis. Sóbrii estóte, & vigilâte: quia aduersárius vester diábolus, tanquam leo rúgiens, círcuit quærens quẽ dévoret. Cui resístite fortes in fide: sciéntes cándem passiónem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitáti fieri. Deus autem omnis grátiæ, qui vocáuit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Iesu, módicum passos ipse perfíciet, confirmábit, solidabitque. Ipsi glória, & impérium in sécula seculôrum. Amen.

Grad. Iacta cogitátum tuum in Dómino: & ipse te enútriet. Ver. Dum clamárem ad Dóminum, exaudíuit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi. Allelúia. Ver. Díligam te Dómine vir-

Psa. 19.

tus mea: Dóminus firmaméntum meũ, & refúgium meum. Allelúia.

Pſa. 24.

Sequéntia ſancti euangélij ſecúndùm Lucam.

Cap 15.

IN illo témpore. Erant appropinquántes ad Ieſum publicáni & peccatôres, vt audírent illum. Et murmurábant Phariſæi & Scribæ, dicéntes. Quia hic peccatôres récipit, & mandúcat cum illis. Et ait ad illos parábolam iſtam, dicens. Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & ſi perdíderit vnam ex illis, nonné dimíttit nonaginta nouem in deſérto, & vadit ad illam quæ períerat, donec inuéniat illam? Et cum inuénerit eam, impônit in húmeros ſuos gaudens: & véniens domum, cónuocat amícos & vicínos, dicens illis. Congratulámini mihi: quia inuêni ouem meã, quæ períerat. Dico vobis, quòd ita gáudium erit in cælo ſuper vno peccatóre pœniténtiam agénte, quã ſuper nonagínta nouẽ iuſtis, qui non índigent pœniténtia. Aut quę múlier habens drachmas decem: ſi perdíderit drachmam vnam, nónne accéndit lucérnam, & euértit domum, & quærit diligénter, donec inuéniat eam? Et cùm inuénerit, cónuocat amícas & vicínas, dicens. Congratulámini mihi: quia inuêni drachmam, quam perdíderam. Ita, dico vobis: gáudium erit coram ángelis Dei ſuper vno peccatóre pœniténtiã agẽte,

Cap 15.

Credo.

Offert. Sperent in te omnes, qui nouêrunt nomen tuum Dómine: quóniam nõ derelínquis quæréntes te: pſallite Dómino, qui hábitat in Sion: quóniam non eſt oblítus oratiónem páuperum.

Pſa. 19. Pſa. 9.

Secreta.

MVnera Dómine obláta ſanctífica: vt tui nobis vnigéniti corpus & ſanguis fiant. Per eúndem.

Aliæ Secretæ, vt in præcedenti Dñica.

Comm. Ego claméui, quóniam exaudîſti me Deus: inclína aurem tuam, & exáudi verba mea.

Pſ. 16.

Complenda.

HAec nos commúnio Dómine purget à crímine: & cæléſtis remédii fáciat eſſe conſórtes. Per. Aliæ Complen. vt in præcedenti Dominica.

DOMINICA QVARTA.

Pſa. 26.



Dóminus illumináti mea, & ſalus mea, quem timébo? Dóminus defénſor vitę meæ, à quo trepidábo? qui tríbulãt me inimíci mei, infirmâti ſunt & cecidérunt. Pſal. Si conſíſtant aduérſum me caſtra: non timébit cor meum. Ver. Gloria. Oratio.

PRotéctor in te ſperãtium Deus: ſine quo nihil eſt válidum, nihil ſanctum: multíplica ſuper nos miſericórdiam tuam: vt te rectôre, te duce ſic tranſeámus per bona temporália: vt non amittâmus ætérna. Per Dóminum. Aliæ orationes, Omnípotens ſ. Deus. A cunctis nos. vt in Dominica ij. poſt Trinitatis. fol. 269.

Léctio Epiſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

FRatres. Exíſtimo enim, quòd nõ ſunt condígnæ paſsiónes huius témporis, ad futúram glóriam quæ reuelábitur in nobis. Nam expectátio creatûræ, reuelatiônem filiôrum Dei expéctat. Vanitáti enim creatûra ſubiécta eſt, non volens, ſed pro-

Cap 8.

pter eũ,qui subiécit eam in spe: quia & ipsa creatûra liberábitur à seruitûte corruptiónis, in libertâtem glóriæ filiôrum Dei. Scimus enim, quòd omnis creatûra ingemíscit, & párturit vsque adhuc. Non solùm autem illa, sed & nosípsi primítias spíritus habẽtes, & ipsi intra nos gémimus, adoptiónem filiôrum Dei expectántes, redemptiónem córporis nostri. In Christo Iesu Dómino nostro.

Pſa. 78. **Grad.** Propítius esto Dómine peccátis nostris: ne quando dicant gentes, vbi est Deus eôrum? **Ver.** Adiúua nos Deus salutâris noster, & propter honôrem nóminis tui Dómine líbera nos. **Alle**Pſa. 20. lúia. **Ver.** Dómine in virtúte tua lætábitur rex: & super salutâre tuum exultábit veheménter. Allelúia.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

Cap 6. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Estóte misericórdes, sicut & pater vester misércors est. Nolite iudicâre, & non iudicabímini. Nolite condemnâre, & non condemnabímini. Dimíttite, & dimittémini. Date, & dábitur vobis. Mensûram bonam, & confértam, & coagitátam, & supereffluéntem dabunt in sinum vestrũ. Eádem quippè mensûra, qua mensi fuéritis, remetiêtur vobis. Dicébat autem illis & similitúdinem. Nunquid potest cœcus cœcum dúcere? Nónne ambo in fóueã cadunt? Non est discípulus super magístrum. Perfectus autem omnis erit, si sit, sicut magíster eius. Quid autem vides festûcam in óculo fratris tui: trabem autem, quæ in óculo tuo est, non cõsideras? Aut quómodo potes dícere fratri tuo: frater, sine eiíciam festûcam de óculo tuo: ipse in óculo tuo trabem non vides? Hypócrita, éjice primùm trabem de óculo tuo: & tũc perspícies, vt edúcas festûcam de óculo fratris tui. **Credo.**

Offert. Illúmina óculos meos, ne vnquam obdórmiam in morte: ne quando dicat inimícus meus, præuálui aduérsus eum. Pſa. 12. **Secreta.**

REspice quæsumus Dómine múnera supplicántis eccléſiæ: & saluti credéntium perpétua sanctificatióne sumenda concéde. Per. **Aliæ Secretæ** Sanctífica quæsumus. Exáudi nos Deus. **fol.** 289.

Communio. Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meum, & liberâtor meus: Deus meus, adiútor meus.

Complenda.

SAncta tua nos Dómine sumpta viuíficent: & misericórdiæ sempitérnæ præparent expiâtos. Per. **Aliæ Comple.** Proficiat nobis. Mundet ac múniat. **fol.** 270.

DOMINICA QVINTA.



EXáudi Dómine vocem meam, qua clamáui ad te: adiútor meus esto, ne derelínquas me: neque despícias me Deus salutâris meus. Pſa. 26. **Pſal.** Dóminus illumínátio mea: & salus mea, quem timébo? **Ver.** Glória. **Oratio.**

DA nobis quæsumus Dómine: vt & mundi cursus pacíficè nobis tuo órdine dirigâtur: & eccléſia tua tranquílla deuotióne lætétur. Per. **Aliæ orationes, vt in Dominica secunda post Trinitatis, fol.** 268.

Léctio

Léctio Epístolæ beáti Petri Apóstoli.

1. Cap 3. CHaríssimi. Omnes vnánimes in oratióne estôte, compatiéntes, fraternitátis amatôres, misericórdes, modésti, húmiles. Non reddéntes malum pro malo: nec maledíctum pro maledícto; sed contrário, benedicéntes: quia in hoc vocâti estis, vt benedictiônem hæreditâte possideátis. Qui enim vult vitam dilígere, & vidére dies bonos: coërceat linguam suam à malo, & lábia eius ne loquántur dolum. Declínet à malo, & fáciat bonum: inquírat pacem, & sequâtur eam. Quia óculi Dómini super iustos, & aures eius in preces eôrum. Vultus autem Dómini super faciéntes mala. Et quis est, qui vobis nóceat, si boni æmulatôres fuéritis? Sed & si quid patímini propter iustítiam: beáti. Timórem autem eôrum ne timuéritis: vt non conturbémini. Dóminum autem Iesum Christum sanctificâte in córdibus vestris.

Pfa. 83 **Grad.** Protéctor noster áspice Deus: & réspice super seruos tuos. **Ver.** Dómine Deus virtútum, exáudi preces seruôrum tuôrum. **Allelúia. Ver.** In te Dómine speráui, non confúndar in ætérnũ: in tua iustítia líbera me, & éripe me: inclína ad me aurem tuam: accélera, vt erípias me. Allelúia.

Sequéntia sancti Euangélii secúndùm Lucam.

Cap 5. IN illo témpore. Cùm turbæ irrúerent in Iesum, vt audírent verbum Dei: & ipse stabat secus stagnum Genezaréth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatôres autem descénderant, & lauábant rétia. Ascéndens autem in vnam nauim, quę erat Simônis: & rogáuit eum à terra redúcere pusíllum. Et sedens docébat de nauícula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simônem. Duc in altum, & laxâte rétia vestra in captûrã. Et respóndens Simon, dixit illi. Præcéptor, per totam noctem laborántes, nihil cépimus: in verbo autem tuo laxábo rete. Et cũ hoc fecíssent, conclusêrunt píscium multitúdinem copiósam. Rumpebátur autem rete eôrum. Et annuêrunt sóciis, qui erant in alia naui: vt venírent, & adiuuárent eos. Et venêrunt, & impleuêrũt ambas nauículas: ita vt penè mergeréntur. Quod cùm vidêret Simon Petrus, prócidit ad génua Iesu, dicens. Exi à me, quia homo peccâtor sum, Dómine. Stupor enim circumdéderat eum, & omnes qui cum ipso erãt, in captûra píscium, quam céperant. Simíliter autem Iacóbum & Ioánnẽ filios Zebedæi, qui erant sócii Simônis. Et ait ad Simônem Iesus. Noli timêre: ex hoc iam eris hómines capiens. Et subdúctis ad terrã náuibus, relíctis ómnib⁹ secúti sunt eũ. **Credo.**

Offert. Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum: prouidébam Deum in conspéctu meo semper: quóniam à dextris est mihi, ne commóuear. Pfa. 15.

Secreta.

OBlatiónibus quęsumus Dómine placâre suscéptis: & ad te nostras étiam compélle rebélles voluntátes. Per. Aliæ Secretæ, fol. 289.

Communio. Vnam pétii à Dómino, hanc requîram: vt inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ. Pfa. 26.

Complenda.

MYstéria nos Dómine quæsumus sumpta purífícent: & suo

mũne-

múnere tueántur. Per Dóminum.
Aliæ Complen. vt suprà.

DOMINICA SEXTA.

Ps. 27. DOminus fortitúdo plebis suæ,& protéctor salutáriũ Christi sui est; saluũ fac pópulum tuum Dómine,& benedic hę reditáti tuæ, & rege eos vsque in séculum. Psal. Ad te Dómine clamábo, Deus meus ne síleas à me: ne quando táceas à me,& assimilábor descendénti bus in lacum. Ver. Gloria. Oratio.

DEus qui diligéntibus te bona inuisibília præparâsti: infúnde córdibus nostris tui amôris affféctũ: vt te in ómnibus & super ómnia diligéntes: promissiónes tuas quæ omne desidérium súperant, consequâmur. Per. Aliæ orationes, vt in Dominica secunda post Trinitatis, fol. 266.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

Cap 6. FRatres. Quicúnque baptizâti sumus in Christo Iesu, in morte ipsíus baptizâti sumus. Consepúlti enim sumus cum illo per baptísmum in mortẽ: vt quómodo surréxit Christus à mórtuis per glóriam patris: ita & nos in nouitáte vitæ ambulémus. Si enim complantáti facti sumus similitúdini mortis eius: simul & resurrectiónis érimus. Hoc sciéntes, quia vetus homo noster simul crucifíxus est: vt destruâtur corpus peccáti, vt vltrà non seruiámus peccáto. Qui enim mórtuus est, iustificátus est à peccáto. Si autem mórtui sumus cũ Christo: crédimus, quia simul etiam viuémus cum Christo. Sciéntes, quòd Christus resúrgens ex mórtuis, iam non móritur: mors illi vltrà non dominábitur. Quòd enim mórtuus est, peccáto mórtuus est semel: quòd autem viuit, viuit Deo. Ità & vos existimáte, vos mórtuos quidem esse peccáto: viuéntes autem Deo. In Christo Iesu Dómino nostro.

Grad. Conuértere Dómine aliquántulum: & deprecâre super seruos tuos. Ps. 89. Ver. Dómine refúgium factus es nobis, à generatióne in generatiónem. Allelúia. Ver. Eripe me ab inimícis meis Deus meus: & ab insurgéntibus in me líbera me. Allelúia. Ps. 58.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Matthæum.

Cap 5. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Amen dico vobis: nisi abũdáuerit iustítia vestra plus quàm Scribârum & Pharisæôrum: non intrâbitis in regnum cælôrum. Audístis, quia dictum est antíquis: Non occides. Qui autem occíderit, reus erit iudício. Ego autẽ dico vobis: quia omnis qui iráscitur fratri suo, reus erit iudício. Qui autem díxerit fratri suo, raca, reus erit concílio. Qui autem díxerit, fátue: reus erit gehénnę ignis. Si ergo offers munus tuum ad altâre: & ibi recordátus fúeris, quia frater tuus habet áliquid aduérsum te; relínque ibi munus tuum ante altâre, & vade prius reconciliári fratri tuo: & tunc véniens ófferes munus tuum. Credo.

Offert. PÉrfice gressus meos in sémitis tuis, vt non moueántur vestígia mea: inclína ad me aurem tuam, & exáudi verba mea: mirífica misericórdias tuas, qui saluos facis sperántes in te Dómine. Ps. 16.

Secre-

Secreta.

PRopitiâre Dómine ſupplicatiónibus noſtris: & has oblatiónes benígnus áſſume: vt quod ſínguli obtulêrunt ad honórem tui nóminis: cunctis proficiat ad ſalútem. Per.

Aliæ Secretæ, fol. 289.

Pſa. 26. Pſa. 89. **Communio.** Circuíbo, & immolâbo in tabernáculo eius hóſtiam iubilatiónis: cantâbo, & pſalmum dicam Dño.

Complenda.

QVos cæléſti Dómine dono ſatiâſti: præſta quæſumus: vt à noſtris mundêmur occúltis: & ab hóſtium liberêmur insídiis. Per.

Aliæ Complen. vt ſuprà.

DOMINICA SEPTIMA.

Pſa. 46. 

OMnes gentes pláudite mánibus: iubilâte Deo in voce exultatiónis. Pſal. Subiécit pópulos nobis: & gẽtes ſub pédibus noſtris. Ver. Gloria.

Oratio.

DEus virtútum cuius eſt totum quod eſt óptimum: ínſere pectóribus noſtris amórem tui nóminis: & præſta in nobis religiónis augméntum: vt quæ ſunt bona nútrias: ac pietátis ſtúdio quæ ſunt nutrîta cuſtódias. Per. Aliæ orationes, vt in Dominica ij. poſt Trinita. fol. 268.

Léctio epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

Cap 6. FRatres. Humánum dico, propter infirmitátem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuîſtis membra veſtra ſeruîre immundítiæ & iniquitâti ad iniquitâtem: ita nunc exhibête membra veſtra ſeruîre iuſtítiæ, in ſanctificatiónem. Cùm enim ſerui eſsêtis peccáti, líberi fuíſtis iuſtítiæ. Quem ergo fructum habuíſtis tunc in illis, in quibus nunc erubéſcitis? Nam finis illôrum, mors eſt. Nunc ergo liberâti à peccáto, ſerui autem facti Deo, habétis fructum veſtrum in ſanctificatiónem: finem verò vitam ætérnam. Stipéndia enim peccáti, mors: Grátia autem Dei, vita ætérna. in Chriſto Ieſu Dómino noſtro.

Pſa. 33. **Grad.** Venîte fílii, audîte me: timôrem Dómini docébo vos. Ver. Accédite ad eum, & illuminámini: & fácies veſtræ non confundéntur. Allelúia. Ver. Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddêtur votum in Ierúſalem. Ver. RepléPſa. 64. bimur in bonis domus tuæ: ſanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitâte. Allelúia.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndum Marcum.

Cap 8. IN illo témpore. Cùm turba multa eſſet cum Ieſu, nec habérent quod manducârent: conuocâtis diſcípulis ſuis, ait illis. Miſéreor ſuper turbam: quia ecce iam tríduo ſúſtinet me: nec habent quod mandûcent. Et ſi dimíſero eos ieiúnos in domum ſuam, defícient in via. Quidam enim ex eis de longè venêrunt. Et reſpondêrunt ei diſcípuli ſui. Vnde iſtos quis póterit ſaturâre pánibus hîc in ſolitúdine? Et interrogâuit eos. Quot panes habêtis? Qui dixêrunt, Septem. Et præcépit turbæ diſcúmbere ſuper terram. Et accípiens ſeptem panes, grátias agens fregit: & dabat diſcípulis ſuis, vt appónerent. Et appoſuêrunt turbæ. Et habébant piſcículos paucos: & ipſos benedíxit, & iuſsit appóni. Et manducauêrunt, & ſaturâti ſunt. Et ſuſtulêrunt quod ſuperáuerat de

fragméntis, septem sportas. Erant autē qui manducáuerant, quasi quatuor míllia: & dimísit eos. Credo.

Dan 3. Offert. Sicut in holocáustum aríetum & taurôrum, & sicut in míllibus agnôrū pínguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, vt pláceat tibi: quia non est confúsio confidéntibus in te Dómine. Secreta.

PRopitiâre Dómine supplicatiónibus nostris: & has pópuli tui oblatiónes benîgnus assúme: & vt nullíus sit írritum votum: & nullíus vácua postulátio: præsta quæsumus: vt quod fidéliter pétimus, efficáciter consequâmur. Per. Alię Secretę, f. 269

Psa. 30. Communio. Inclína aurem tuam Dñe: accélera, vt éruas nos. Complenda.

REpléti sumus Dómine munéribus tuis: tríbue quæsumus: vt eôrum mundémur efféctu: & muniâmur auxílio. Per Dóminum. Aliæ Complen. vt suprà.

DOMINICA OCTAVA.

Psa 47. 

VScépimus Deus misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ: iustítia plena est déxtera tua. Psal. Magnus Dóminus, & laudábilis nimis: in ciuitáte Dei nostri, in monte sancto eius. Ver. Gloria. Oratio.

DEus cuius prouidéntia in sui dispositióne non fállitur: te súpplices exorâmus: vt nóxia cuncta sub móueas: & ómnia nobis profutûra concédas. Per. Aliæ Orationes, vt in Dominica secunda post Trinit. fo. 268.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

Cap 8. FRatres. Debitôres sumus: non carni, vt secúndùm carnem viuámus. Si enim secúndùm carnem vixéritis; moriémini. Si autem spíritu facta carnis mortificauéritis: viuétis. Quicúnque enim spíritu Dei agûtur: hi filii Dei sunt. Non enim accepístis spíritum seruitútis íterùm in timôre: sed accepîstis spíritum adoptiónis filiôrum, in quo clamámus, Abba pater. Ipse enim spíritus testimóni um reddit spirítui nostro, quòd sumus filii Dei. Si autem filii: & hærédes. Hærédes quidem Dei: cohærédes autem Christi.

Grad. Esto mihi in Deum protectôrem, & in locum refúgii: vt saluum me fácias. Ver. Deus in te speráui: Dómine non confúndar in ætérnum. Allelú. Ver. Atténdite pópule meus legem meam. Allelúia.

Psa. 30. Psa. 77.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Matthæum.

Cap 7. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Atténdite à falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óuium, intrínsecus autem sunt lupi rapâces. A frúctibus eôrum cognoscétis eos. Nunquid cólligunt de spinis vuas, aut de tríbulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos fácere: neque arbor mala fructus bonos fácere. Omnis arbor, quæ nō facit fructum bonum, excidêtur, & in ignem mittêtur. Igitur ex frûctibus eôrum cognoscétis eos. Non omnis qui dicit mihi, Dómine Dómine, intrábit in regnum cælôrum; sed

Psa. 53. 1. Cap 10.

qui

qui facit voluntátem patris mei, qui in cælis est: ipse intrábit in regnum cælórum. Credo.

Offert. Pópulum húmilem saluum fáci es Dómine: & óculos superbórum humiliábis: quóniam quis Deus præter te Dómine? Pſa. 17.

Secreta.

DEus qui legálium differéntiam hostiárum vnius sacrifícii perfectióne sanxísti: áccipe sacrifícium à deuótis tuis fámulis: & pari benedictióne sicut múnera Abel sanctífica: vt quod sínguli obtulérunt ad maiestátis tuæ honórem: cunctis profíciat ad salútem. Per. Aliæ Secretæ fol. 269.

Communio.

Gustáte & vidéte, quóniam suauis est Dóminus: beátus vir, qui sperat in eo. Pſa. 33.

Complenda.

TVa nos Dómine medicinális operátio: & à nostris peruersitátibus cleménter expédiat: & ad ea quæ recta sunt perdúcat. Per.

Aliæ Comple. vt suprà.

DOMINICA NONA.



Ecce Deus adiúuat me: & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ: auérte mala inimícis meis; & in veritáte tua dispérge illos, protéctor meus Dómine. Pſ. Deus in nómine tuo saluum me fac: & in virtúte tua líbera me. Ver. Gloria. Pſa. 53.

Oratio.

LArgíre nobis quęsumus Dómine semper spíritum cogitándi quæ recta sunt propítius & agéndi: vt qui sine te esse non póssumus: secúndùm te víuere valeámus. Per. 1. Cap 10.

Aliæ orationes, sicut in Dominica secunda post Trinitatis, fol. 268.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

FRatres. Non simus concupiscéntes malórum, sicut & illi concupiérunt. Neque idololátrę efficiámini, sicut quidam ex ipsis: quemádmodum scriptũ est. Sedit pópulus manducáre & bíbere, & surrexérunt lúdere. Neque fornicémur: sicut quidam ex ipsis fornicáti sunt, & cecidérunt vna die vigínti tria míllia. Neq; tentémus Christum: sicut quidam eórum tentauérunt, & à serpéntibus periérunt. Neque murmurauéritis: sicut quidam eórũ murmurauérunt, & periérunt ab exterminatóre. Hæc autem ómnia in figúra contingébãt illis: scripta sunt autem ad correptiónem nostram, in quos, fines seculórum deuenérunt. Itaque qui se exístimat stare, vídeat ne cadat. Tentátio vos non apprehéndat, nisi humána. Fidélis autem Deus est, qui non patiétur vos tentári supra id, quod potéstis: sed fáciet cum tentatióne étiam prouéntum: vt pósitis sustinére.

Grad. Dómine Dóminus noster, quàm admirábile est nomen tuum in vniuérsa terra! Ver. Quóniam eleuáta est magnificéntia tua super cælos. Allelúia. Pſa. 8.

Ver. Omnes gentes pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exultatiónis. Allel. Pſa. 46.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis parábolã hanc. Homo quidam erat diues, qui habébat víllicũ: & hic diffamâtus est apud illum, quasi dissipâsset bona ipsíus. Et vocáuit illum, & ait illi. Quid hoc áudio de te? redde rationem villicatiónis tuæ: Cap 16.

iam enim non póteris villicâre. Ait autem víllicus intra se. Quid fáciam, quia Dóminus meus aufert à me villicatiónem? Fódere non váleo: mendicâre erubéſco. Scio quid fáciam: vt cùm amótus fúero à villicatióne, recípiant me in domos ſuas. Conuocátis itaque síngulis debitóribus domini ſui, dicébat primo. Quantum debes dómino meo? At ille dixit. Centum cados ólei. Dixitque illi. Accipe cautiónem tuam: & ſede citò, & ſcribe quinquagínta. Deínde alii dixit. Tu verò quantũ debes? Qui ait. Centum coros trítici. Ait illi. Accipe líteras tuas, & ſcribe octogínta. Et laudáuit dóminus víllicum iniquitátis, quia prudénter feciſſet: quia filii huius ſéculi prudentióres filiis lucis in generatióne ſua ſunt. Et ego vobis dico. Fácite vobis amícos de mammóna iniquitátis: vt cùm defecéritis, recípiant vos in ætérna tabernácula. Credo.

Pſa. 18. **Offert.** Iuſtítiæ Dómini rectæ, lætificâtes corda: & iudícia eius dulciôra ſuper mel & fauum: nam & ſeruus tuus cuſtódit ea. **Secreta.**

SVſcipe quæſumus Dómine múnera, quæ tibi de tua largitáte deférimus: vt hęc ſacroſáncta myſtéria, grátiæ tuæ operánte virtúte: & præſéntis vitæ nos conuerſatióne ſanctíficent: & ad gáudia ſempitérna perdúcant. Per. Aliæ Secretæ, fol. 289.

Mat 6. **Communio.** Primùm quærite regnũ Dei: & ómnia adiiciéntur vobis, dicit Dóminus. **Complenda.**

SIt nobis Dómine reparátio mentis & córporis cæléſte myſtériũ: vt cuius exéquimur cultum: ſentiámus effectum. Per. Aliæ Comp. vt ſp.

DOMINICA DECIMA.



Pſa. 54. VM clamârem ad Dóminum, exaudíuit vocẽ meã ab his qui appropínquant mihi: & humiliáuit eos, qui eſt ante ſécula: & manet in ætérnum: iacta cogitátum tuũ in Dómino, & ipſe te enútriet. Pſal. Exáudi Deus oratiónem meã, & ne deſpéxeris deprecatiónem meam: inténde mihi, & exáudi me. Ver. Gloria patri. **Oratio.**

PAteant aures miſericórdiæ tuæ Dómine précibus ſupplicántiũ: & vt peténtibus deſiderâta cõcédas: fac eos quæ tibi plácita ſunt poſtulâre. Per. Aliæ orationes, vt in Dominica ij. poſt Trinit. fol. 268.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Corinthios.

1. Cap 12. FRatres. Scitis, quóniam cùm gẽtes eſsêtis, ad ſimulácra muta prout ducebámini, eúntes. Ideò notum vobis fácio, quòd nemo in ſpíritu Dei loquens, dicit anathéma Ieſu. Et nemo poteſt dícere, Dóminus Ieſus: niſi in ſpíritu ſancto. Diuiſiónes verò gratiârum ſunt: idem autẽ ſpíritus. Et diuiſiónes miniſtratiónum ſunt: idem autem Dóminus. Et diuiſiónes operatiónum ſunt: idem verò Deus, qui operâtur ómnia in ómnibus. Vnicuíque autem datur manifeſtátio ſpíritus, ad vtilitátem. Alii quidem per ſpíritum datur ſermo ſapiéntiæ: alii ſermo ſciéntiæ, ſecúndũ eúndem ſpíritum. Alteri fides in eódem ſpíritu: álii grátia ſanitâtum in vno ſpíritu: álii operátio virtûtum: álii prophetía: álii diſcrétio ſpírituum: álii génera linguârum: álii inter

pre-

pretátio sermónum. Hæc autem omnia operâtur vnus atque idem spíritus, díuidens síngulis provt vult.

Grad. Custódime Dómine vt pupíllam óculi: sub vmbra alârum tuârum prótege me. Ver. De vultu tuo iudícium meum pródeat: óculi tui vídeant æquitâtem. Allelúia. Ver. Exultâte Deo adiutôri nostro: iubiláte Deo Iacob. Ver. Súmite psalmum iucúndum cum cíthara. Allelúia.

Sequéntia sancti euangélij secúndùm Lucam.

IN illo témpore. Cùm appropinquâret Iesus Ierúsalem, videns ciuitátem, fleuit super illam, dicens. Quia si cognouísses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Nunc autem abscóndita sunt ab óculis tuis. Quia vénient dies in te: & circumdábunt te inimíci tui vallo: & circumdábunt te, & coangustábunt te vndique: & ad terram prostérnent te, & filios tuos qui in te sunt: & non relínquent in te lápidem super lápidem: eò quòd non cognóueris tempus visitatiónis tuæ. Et ingréssus in templum, cœpit eiícere vendéntes in illo & eméntes, dicens illis. Scriptum est: quia domus mea, domus oratiónis est. Vos autem feciístis illã spelúncam latrónum. Et erat quotídie docens in templo. Credo.

Offert. Ad te Dómine leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubéscam: neque irrídeant me inimíci mei: étenim vniuérsi qui te expéctant. non confundéntur.

Secreta.

COncéde nobis quæsumus Dómine hæc dignè frequentâre mystéria: quia quóties huius hóstiæ commemorátio celebrâtur: opus nostrę redemptiónis exercétur. Per. Aliæ Secretæ. fol. 269.

Communio.

Acceptábis sacrifícium iustítiæ, oblatiónes, & holocáusta super altâre tuum Dómine.

Complenda.

TVi nobis quæsumus Dómine commúnio sacraménti: & purificatiónem cónferat: & tríbuat vnitâtem. Per. Aliæ Complen. vt suprà.

DOMINICA VNDECIMA



EUs in loco sancto suo: Deus qui inhabitâre facit vnânimes in domo: ipse dabit virtûtẽ, & fortitúdinem plebi suę.

Psal. Exúrgat Deus, & dissipéntur inimíci eius: & fúgiant qui odêrunt eum, à fácie eius. Ver. Gloria.

Oratio

DEus qui omnipoténtiam tuam parcéndo máximè & miseránndo manifésstas: multíplica super nos grátiam tuã: vt ad tua promíssa curréntes: cæléstium bonôrũ fácias esse consórtes. Per. Aliæ Orationes, vt in Dominica ij. post Trinitatis. fol. 268.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

FRatres. Notum vobis facio euangélium, quod prædicáui vobis, quod & accepístis, in quo & statis, per quod & saluámini: qua ratióne prædicáuerim vobis, si tenétis: nisi frustrà credidístis. Trádidi enim vobis inprimis quod & accépi: quóniam Christus mórtuus est pro peccátis secúndùm scriptûras: & quia sepúltus est: & quia resurréxit tertia die secúndùm scriptûras: & quia visus est Cephæ: & post hoc, vndecim. Deinde visus est plus quàm quingéntis frá-

tribus simul: ex quibus multi manẽt vsque adhuc, quidam autem dormiérunt. Deínde vísus est Iacóbo: deínde apóstolis ómnibus. Nouíssimè autem ómnium, tanquam abortíuo, vísus est & mihi. Ego enim sum mínimus apostolôrũ: qui non sum dignus vocâri apóstolus: quóniã persecútus sum eccléſiam Dei. Grátia autẽ Dei, sum id quod sum: & grátia eius in me, vácua non fuit.

Psa. 27. Grad. In Deo speráuit cor meum, & adiútus sum: & reflóruit caro mea: & ex voluntáte mea confitébor illi. Ver. Ad te Dómine clamáui: Deus meus ne síleas: ne discédas à me. Allelúia. Ver. Psa. 87. Dómine Deus salútis meæ, in die clamáui & nocte coram te. Allelúia.

Sequéntia sancti Euangélii secúndum Lucam.

Cap 18. IN illo témpore. Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidébant tanquã iusti, & aspernabántur cæteros, parábolam istam. Duo hómines ascendérunt in templum, vt orârent: vnus phariſæus, & alter publicánus. Phariſæus stans, hæc apud se orábat. Deus grátias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hóminum; raptôres, iniústi, adúlteri; velut etiam hic publicánus. Ieiúno bis in sábbatho: décimas do ómnium quæ possídeo. Et publicánus à longè stans, nolébat nec óculos ad cælum leuâre: sed percutiébat pectus suum dicens. Deus propítius esto mihi peccatôri. Amen dico vobis: descéndit hic iustificâtus in domum suam ab illo. Quia omnis, qui se exáltat, humiliábitur; & qui se humíliat, exaltábitur. Credo.

Psa. 29. Offert. Exaltábo te Dómine, quóniam suscepísti me: nec delectâsti inimícos meos super me: Dómine clamáui ad te, & sanâsti me.

Secreta.

TIbi Dómine sacrifícia dicâta reddántur: quæ sic ad honôrẽ nóminis tui deferénda tribuísti: vt eádem remédia nostra fieri præstâres. Per. Aliæ Secretæ, fol. 269.

Communio. Pro 3. Honôra Dóminũ de tua substántia, & de primítiis frugum tuârũ: & implebûntur áreæ tuæ saturitâte, & vino torculária redundábunt.

Complenda.

QVæsumus Dómine Deus noster: vt quos diuínis reparâre non désinis sacraméntis: tuis nõ destítuas benígnus auxíliis. Per Dñum. Aliæ Complen. vt suprà.

DOMINICA DVODECIMA.

Psa. 69.  Eus in adiutórium meum inténde: Dómine ad adiuuándũ me festína: confundántur, & reuereántur inimíci mei, qui quærunt ánimam meam. Psal. Auertántur retrórsum, & erubéscant: qui volunt mihi mala. Ver. Gloria.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: qui abundántia pietátis tuæ, & mérita súpplicum excêdis & vota: effúnde super nos misericórdiam tuam: vt dimíttas quæ conscién tia métuit: & adíicias quod orátio non præsumit. Per. Aliæ Orationes, vt in Dominica ij. post Trinit. fol. 268.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

2. Cap 3. FRatres. Fidúciam talem habémus per Christum ad Deum: nõ quòd sufficiéntes simus cogitâre áli-

quid

quid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficiéntia nostra ex Deo est. Qui & idóneos nos fecit minístros noui testaménti: non lítera, sed spíritu. Lítera enim occídit: spíritus autem viuíficat. Quod si ministrátio mortis líteris deformâta in lapídibus fuit in glória, ita vt non possent inténdere filij Israël in fáciem Moysi, propter glóriam vultus eius, quæ euacuâtur: quómodo non magis ministrátio spíritus erit in glória? Nam si ministrátio damnatiónis in glória est: multò magis abúndat ministériũ iustítiæ in glória. Grad. Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo. Ver. In Dómino laudábitur ánima mea: áudiant mansuéti, & læténtur. Allelúia. Ver. Dómine refúgium factus es nobis, à generatiône in generatiônem. Allelúia.

Sequéntia sancti Euangélij secúndùm Marcum.

In illo témpore. Exiens Iesus de fínibus Tyri, venit per Sidônem ad mare Galilææ, inter médios fines Decapóleos. Et addúcunt ei surdum & mutum: & deprecabántur eum, vt impônat illi manum. Et apprehéndens eum de turba seórsum, misit dígitos suos in aurículas eius: & éxpuens, tétigit linguam eius. Et suspíciens in cælũ, ingémuit: & ait illi. Ephpheta, quod est, adaperîre. Et statim apértæ sunt aures eius: & solûtum est vínculum linguę eius: & loquebátur rectè. Et præcépit illis, ne cui dícerẽt. Quãtò autem eis præcipiébat, tantò magis plus prædicâbant: & eò ámplius admirabántur, dicéntes. Benè ómnia fecit: & surdos fecit audîre, & mutos loqui. Credo.

Offert. Precâtus est Móyses in conspéctu Dómini Dei sui, & dixit: quare Dómine irásceris in pópulo tuo? parce iræ tuæ: meménto Abrahám, Isáac, & Iacob, quibus iurâsti dare terram fluéntẽ lac & mel: & placátus est Dñus de malignitáte, quam dixit fácere pópulo suo.

Secreta.

Respice quæsumus Dómine ad nostram propítius seruitûtem: vt quod offérimus, sit tibi munus acéptum: & sit nostræ fragilitátis subsídium. Per. Aliæ Secretæ, fol. 269.

Communio. De fructu óperum tuôrum Dómine satiábitur terra: vt edúcas panem de terra, & vinum lætíficet cor hóminis: vt exhílaret fáciem in oleo, & panis cor hóminis confirmet.

Complenda.

Sentiámus quæsumus Dómine tui perceptióne sacraménti subsídium mentis & córporis: vt in vtroque saluâti: de cæléstis remédii plenitúdine gloriémur. Per.

Aliæ Complen. vt suprà.

DOMINICA Decimatertia.



Espice Dómine in testaméntum tuũ, & ánimas páuperũ tuôrũ ne derelínquas in finem: exúrge Dómine, & iúdica causam tuam: & ne obliuiscâris voces quæréntium te. Psal. Vt quid Deus repulîsti in finem: irátus est furor tuus super oues páscuæ tuæ? Ver. Gloria.

Oratio.

Omnípotens & miséricors Deus: de cuius múnere venit, vt tibi à fidélibus tuis dignè & laudabíliter

seruiâtur: tríbue nobis quæsumus: vt ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per. Alię orationes, vt in Dominica ij. post Trinitatis, fol. 268.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Galatas.

Cap 3. FRatres. Abrahæ dictæ sunt promissiônes: & sémini eius. Non dicit, Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno, Et sémini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testaméntum confirmâtum à Deo: quia post quadringéntos & trigínta annos facta est lex, non írritum facit ad euacuándam promissiónem. Nam si ex lege hæréditas, iam non ex promissióne. Abrahæ autẽ per repromissiónẽ donáuit Deus. Quid ígitur lex? Propter transgressiónẽ pósita est: donec veníret semen, cui promíserat: ordinâta per ángelos in manu mediatôris. Mediátor autẽ, vnius nõ est: Deus autẽ vnus est. Lex ergo aduérsus promíssa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quę posset viuificâre: verè ex lege esset iustítia. Sed cõclûsit scriptûra ómnia sub peccâto: vt promíssio ex fide Iesu Christi darêtur credentibus.

Psa. 72. Grad. RÉspice Dómine in testaméntũ tuum: & ánimas páuperum tuôrum ne obliuíscáris in finem. Ver. Exúrge Dómine, & iúdica causam meam: memor esto oppróbrii seruôrum tuôrum. Allelúia.

Psa. 94. Ver. Venîte exultêmus Dómino: iubilémus Deo salutâri nostro. Ver. Præoccupémus fáciem eius in confessióne, & in psalmis iubilémus ei. Allelúia.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Lucam.

Cap 10. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Beáti óculi, qui vident, quę vos vidétis. Dico enim vobis, quòd multi prophétæ & Reges voluérunt vidêre, quæ vos vidêtis: & non vidêrunt: & audîre, quæ audîtis: & non audiêrunt. Et ecce, quidam legisperîtus surréxit, tentans illum, & dicens. Magíster, quid faciéndo vitam ætérnam possidébo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est? Quómodo legis? Ille respóndens dixit. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex ómnibus víribus tuis, & ex omni mente tua: & próximum tuum sicut teípsum. Dixitque illi. Rectè respondísti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificâre seípsum, dixit ad Iesũ. Et quis est meus próximus? Suspíciens autem Iesus, dixit. Homo quidam descendébat ab Ierúsalem in Iéricho, & incidit in latrónes, qui etiam despoliauérunt eum: & plagis impósitis abiêrunt, semiuíuo relícto. Accidit autẽ, vt sacérdos quidam descénderet eádem via: & viso illo prætériit. Simíliter & Leuíta, cùm esset secus locum, & vidêret eum, pertránsiit. Samaritánus autem quidam iter fáciens, venit secus eum: & videns eum, misericórdia motus est. Et appró pians, alligâuit vúlnera eius, infúndens óleum & vinum: & impónens illum in iuméntum suũ, dúxit in stábulum, & curam eius egit. Et áltera die prótulit duos denários: & dedit stabulário, & ait. Curam illíus habe: & quodcunq; supererogáueris, ego cùm redíero, reddam tibi. Quis horum trium vidétur tibi próximus fuísse illi, qui incidit in latrónes? At ille dixit. Qui fecit misericórdiam in illum. Et ait illi Iesus. Vade & tu fac símiliter. C redo.

Offer.

Offert. In te sperâui Dómine; dixi, tu es Deus meus: in mánibus tuis témpora mea. Psa. 30.

Secreta.

HOstias quęsumus Dómine propítius inténde: quas sacris altáribus exhibémus: vt nobis indulgéntiam largiéndo: tuo nómini dent honôrem. Per. Aliæ Secretæ, fol. 269.

Communio. Panem de cælo dedîsti nobis Dómine, habéntem omnem delectaméntum, & omnem sapôrem suauitátis. Sap 61.

Complenda.

VIuíficet nos quæsumus Dómine huius participátio sancta mystérii: & páriter nobis expiatiónē tríbuat & munímen. Per. Aliæ Complen. vt suprà.

DOMINICA Decimaquarta.



ROtéctor noster áspice Deus, & réspice in fáciem Christi tui: quia mélior est dies vna in átriis tuis super millia. Psal. Quàm dilécta tabernácula tua Dómine virtûtum? concupíscit, & déficit ánima mea in átria Dómini. Psa. 83.

Ver. Gloria patri.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: da nobis fidei, spei, & charitátis augméntum: & vt mereâmur assequi quod promíttis: fac nos amâre quod præcipis. Per. Aliæ Orationes, vt in Dominica ij. post Trinit. fol. 268.

Léctiō Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Galatas.

FRatres. Spíritu ambuláte, & desidéria carnis non perficiétis. Caro enim concupíscit aduérsus spíritū: spíritus autē aduérsus carnem. Hæc enim sibi ínuicem aduersántur: vt non quæcúnque vultis, illa faciátis. Quòd si spíritu ducímini: non estis sub lege. Manifésta autem sunt ópera carnis: quæ sunt fornicátio, immundítia, impudicítia, luxúria, idolôrum séruitus, veneficia, inimicítiæ, contentiónes, æmulatiónes, iræ, rixæ, dissensiónes, sectæ, inuídiæ, homicídia, ebrietátes, comessatiónes, & his símília. Quæ prædîco vobis, sicut prædíxi: quóniam qui tália agunt, regnum Dei non consequéntur. Fructus autem spíritus est, cháritas, gáudium, pax, patiéntia, longanimitas, bónitas, benígnitas, mansuetúdo, fides, modéstia, continéntia, cástitas. Aduérsus huiúsmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnē suā crucifixêrunt cum vítiis & concupiscéntiis. Cap 5.

Grad. Bonum est confidere in Dómino quàm confidere in hómine. Ver. Bonū est sperâre in Dómino, quàm sperâre in princípibus. Allelúia. Ver. Quóniam Deus magnus Dóminus, & rex magnus super omnes deos. Allelúia. Psa. 17. Psa. 4.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore. Dum iret Iesus in Ierúsalem, transíbat per médiam Samáriam & Galilæam. Et cùm ingrederêtur quoddam castéllum, occurrêrunt ei decem viri leprósi. Qui stetérunt à longè: & leuauérunt vocem, dicéntes. Iesu præcéptor, miserêre nostri. Quos vt vidit, dixit. Ite, osténdite vos sacerdótibus. Et factū est: dum irent, mundáti sunt. Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundátus est: regréssus est, cum magna voce magnificans Deum: & cécidit in fáciem ante pedes eius, grátias agēs. Cap 17.

Et hic erat Samaritánus. Respóndens autem Iesus, dixit. Nónne decẽ mundáti sunt? & nouem vbi sunt? Non est inuéntus qui rediret, & daret glóriam Deo, nisi hic alienigéna. Et ait illi. Surge, vade: quia fides tua te saluum fecit. Credo.

Psa. 33. Offert. Immíttet ángelus Dómini in circúitu timéntium eum, & erípiet eos: gustáte & vidête, quóniã suauis est Dñus.

Secreta.

PRopitiâre quæsumus Dómine pópulo tuo: propitiâre munéribus sacris: vt hac oblatióne placâtus: & indulgéntiam nobis tríbuas: & postuláta concédas. Per. Aliæ Secretæ, fol. 269.

Communio.

Ioã 6. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro séculi vita.

Complenda.

SVmptis Dómine cæléstibus sacraméntis: ad redemptiónis ætérnæ quæsumus proficiámus augméntum. Per. Aliæ ComPlen. vt suprà.

DOMINICA
Decimaquinta.

Psa. 83. 

INclína Dómine aurem tuam ad me, & exáudi me: saluum fac seruum tuũ, Deus meus sperántem in te: miserêre mihi Dómine, quóniam ad te clamáui tota die. Psal. Lætífica ánimam serui tui: quóniam ad te Dómine ánimam meam leuáui. Ver. Gloria. Oratio.

CVstódi quæsumus Dómine ecclésiam tuã propitiatióne perpétua: & quia sine te lábitur humána mortálitas: tuis semper auxíliis & abstrahâtur à nóxiis: & ad salutária dirigâtur. Per. Aliæ Orationes, vt in Dominica ij. post Trinitatis, fol. 268.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Galatas.

FRatres. Si spíritu víuimus: spíritu & ambulémus. Non efficiâmur inánis glóriæ cúpidi: ínuicem prouocántes, ínuicẽ inuidéntes. Fratres, & si præoccupâtus fúerit homo in áliquo delícto: vos qui spirituáles estis, huiúsmodi instrúite in spíritu lenitâtis: considerans teípsum, ne & tu tentéris. Alter altérius ónera portáte: & sic adimplébitis legem Christi. Nam si quis exístimat se áliquid esse, cùm nihil sit: ipse se sedúcit. Opus autem suum probet vnusquisq; : & sic in semetípso tantum glóriam hebébit, & non in áltero. Vnusquísque enim onus suum portábit. Cómunicet autem is, qui catechizâtur verbo, ei qui se catechizat, in ómnibus bonis. Nolíte errâre. Deus non irridétur. Quæ enim seminauerit homo: hæc & metet. Quóniam, qui sémінat in carne sua: de carne & metet corruptiónem. Qui autem sémінat in spíritu: de spíritu metet vitam ætérnam. Bonum autem faciéntes, non deficiámus: témpore enim suo metémus, nõ deficiéntes. Ergo dum tempus habémus, operémur bonum ad ómnes: máximè autem ad domésticos fidei. Cap 5 & 6

Grad. Bonum est confitéri Dómino: & psállere nómini tuo altíssime. Ver. Ad annunciándum mane misericórdiam tuam, & veritátem tuam per noctem. Allelúia. Ver. Parátum cor meum Deus, parátum cor meum: cantábo & psallam in glória mea. Allelúia.

Psa. 39.

Sequéntia sancti cuangélii secúndùm Matthæum.

Cap 6. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Nemo potest duóbus dóminis seruîre. Aut enim vnum ódio habébit, & álterum díliget: aut vnum sustinébit, & álterū contémnet. Non potestis Deo seruîre, & mammónę. Ideò dico vobis: ne solíciti sitis ánimæ vestræ, quid manducétis: neque córpori vestro, quid induámini. Non né ánima plus est, quàm esca: & corpus plus, quàm vestiméntum? Respícite volatília cæli, quóniam non serunt, neque metunt, neque congregant in hórrea: & pater vester cæléstis pascit illa. Nonné vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cógitans, potest adiícere ad statúram suam cúbitum vnum? Et de vestiménto quid solícíti estis? Considerâte lília agri, quómodo crescunt: non labôrant, neq; nent. Dico autem vobis, quóniã nec Sálomon in omni glória sua coopértus est, sicut vnum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hódie est, & cras in clíbanum míttitur, Deus sic vestit: quantò magis vos módicæ fidei? Nolite ergo solíciti esse, dicéntes. Quid manducábimus, aut quid bibémus, aut quo operiémur? Hæc enim ómnia gentes inquîrunt. Scit enim pater vester cæléstis, quia his ómnibus indigétis. Quærite ergo primùm regnum Dei, & iustítiam eius: & hæc ómnia adiiciéntur vobis. Credo.

Cap 5 & 6

Offert. Expectans expectáui Dóminum & respéxit me: & exaudíuit deprecatiónem meam, & immísit in os meum cánticum nouum, hymnum Deo nostro. Psa. 39.

Secreta.

COncéde nobis quæsumus Dómine: vt hæc hóstia salutâris: & nostrôrum fiat purgátio delictôrũ: & tuæ propitiátio potestátis. Per.

Aliæ Secretæ, fol. 269.

Communio. Qui mandúcat meam carnem, & bibit meum sánguinem: in me manet, & ego in eo, dicit Dóminus. Ioã 6.

Complenda.

PVrificent nos semper & múniant tua sacraménta Deus: & ad perpétuæ ducant saluatiónis effectũ. Per. Aliæ Complen. vt suprà.

DOMINICA Decimasexta.



ISerêre mei Dómine, quóniam ad te clamáui tota die: quóniam tu Dómine suauis ac mitis es, & copiósus in misericórdia ómnibus inuocántibus te. Cap 85.

Psal. Inclína Dómine aurem tuam, & exáudi me: quóniam inops & pauper sum ego. Ver. Gloria. Oratio.

ECclésiam tuam Dómine miserátio continuâta mundet & múniat: & quia sine te non potest salua consístere: tuo semper múnere gubernêtur. Per Dóminum. Aliæ Orationes, vt in Dominica secunda post Trinitatis, fol. 268.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephesios.

FRatres. Obsecro vos, ne deficiátis in tribulatiónibus meis pro vobis, quæ est glória vestra. Huius rei grátia, flecto génua mea ad patrẽ Dómini nostri Iesu Christi, ex quo omnis patérnitas in cælis, & in terra Cap 3.

nomi-

nominátur: vt det vobis secúndùm diuítias glóriæ suæ virtútem, corroborâri per spíritum eius in interióri hómine: habitâre Christum per fidē in córdibus vestris: in charitáte radicâti & fundâti, vt pósitis cōprehéndere cum ómnibus sanctis, quæ sit latitúdo, & longitúdo, & sublímitas, & profúndum: scire etiam supereminéntem sciéntiæ charitátem Christi, vt impleámini in omnem plenitúdinem Dei. Ei autem, qui potens est ómnia fácere superabundánter, quàm pétimus, aut intellígimus, secúndùm virtûtem quæ operatur in nobis: ipsi glória in ecclésia, & in Christo Iesu in omnes generatiónes séculi seculôrum. Amen,

Psa 101 **Grad.** Timébunt gentes nomen tuum Dómine, & omnes reges terræ glóriam tuam. **Ver.** Quóniam ædificáuit Dóminus Sion, & vidébitur in maiestáte sua.

Psa 113. **Allelúia.** **Ver** In éxitu Israël de Ægypto, domus Iacob de pópulo bárbaro. **Ver.** Facta est Iudæa sanctificátio eius, Israël potéstas eius. Allelúia.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

Cap 7. IN illo témpore. Ibat Iesus in ciuitâtem, quæ vocâtur Naim: & ibāt cum eo discípuli eius, & turba copiósa. Cum autē appropinquâret portæ ciuitátis: ecce, defúnctus efferebátur, fílius únicus matris suæ: & hæc vídua erat: & turba ciuitátis multa cum illa. Quam cùm vidîsset Dóminus, misericórdia motus super eam, dixit illi. Noli flere. Et accéssit, & tétigit lóculum. Hi autem qui portábant, stetérunt. Et ait. Adoléscens, tibi dico surge. Et resédit qui erat mórtuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accépit autem omnes timor: & magnificábant Deum, dicéntes. Quia prophéta magnus surréxit in nobis: & quia Deus visitáuit plebem suam. **Credo.**

Psa 69. **Offert.** Dómine in auxílium meum réspice: confundántur, & reuereántur qui quærunt ánimam meam, vt áuferant eā.

Secreta.

TVa nos Dómine sacraménta custódiant: & contra diabólicos semper tueántur incúrsus. Per.

Aliæ Secretæ, fol. 269.

Psa 70. **Communio.** Dómine memorábor iustítiæ tuæ sólius: Deus docuîsti me à iuuentúte mea: & vsque in senéctam & sénium, Deus ne derelínquas me.

Complenda.

MEntes nostras & córpora possídeat quæsumus Dómine do ni cæléstis operátio: vt non noster sensus in nobis: sed iúgiter eius præuéniat effectus. Per. **Aliæ Complendæ vt suprà.**

DOMINICA Decimaseptima.



Psa 118. VStus es Dómine, & rectum iudícium tuum: fac cum seruo tuo secúndùm misericórdiam tuam. **Ps.** Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. **Ver.** Glória.

Oratio.

TVa nos quęsumus Dómine grátia semper præuéniat & sequâtur: ac bonis opéribus iúgiter præstet esse inténtos. Per. **Aliç orationes, vt in Dominica ij. post Trinitatis, fol. 268.**

Léctio

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephesios.

Cap 4. FRatres. Obsécro vos ego vinctus in Dómino: vt dignè ambulétis vocatióne, qua vocâti estis, cum omni humilitáte, & mansuetúdine, cum patiéntia, supportántes ínuicem in charitâte: soliciti seruâre vnitátem spíritus in vínculo pacis. Vnum corpus, & vnus spíritus: sicut vocâti estis in vna spe vocatiónis vestræ. Vnus Dóminus, vna fides, vnum baptísma. Vnus Deus & pater ómnium, qui super omnes, & per ómnia, & in ómnibus nobis. Qui est benedíctus in secúla seculôrum. Amen.

Pſa. 69. Pſa. 70.

Grad. Beáta gens, cuius est Dóminus Deus eôrum: pópulus, quem elégit Dóminus in hæreditátem sibi. Ver. Verbo Dómini cæli firmáti sunt, & spíritu oris eius omnis virtus eôrum. Allelúia.

Pſa. 32.

Ver. Diléxi, quóniam exaudíuit Dóminus vocem meam. Allelúia.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

Cap 14. IN illo témpore. Cùm intrâret Iesus in domum cuiusdam príncipis Pharisæôrum Sábbatho manducâre panem: & ipsi obseruábant eum. Et ecce, homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et respóndens Iesus, dixit ad legispéritos & pharisæos. Si licet Sábbatho curâre? At illi tacuêrunt. Ipse verò apprehénsum sanáuit eum: ac dimísit. Et respóndens ad illos, dixit. Cuius vestrûm ásinus, aut bos in púteum cadet: & non contínuò extrahet illum die Sábbathi? Et nō póterant ad hæc respondêre illi. Dicébat autem & ad inuitátos parábolā, inténdens quómodo primos accúbitus elígerent, dicens ad illos. Cùm inuitátus fúeris ad núptias, non discūbas in primo loco, ne fortè honorátior te sit inuitátus ab illo: & véniens is, qui te & illum inuitáuit, dicat tibi. Da huic locum: & tunc incípias cum rubôre nouíssimum locum tenêre. Sed cùm vocátus fúeris, vade, & recúmbe in nouíssimo loco: vt cū vénerit qui te inuitáuit, dicat tibi. Amíce, ascénde supérius. Tunc erit tibi glória coram simul discumbéntibus. Quia omnis, qui se exáltat, humiliábitur: & qui se humíliat, exaltábitur. Credo.

Offert. ORáui Dóminū Deum ego Daniél, dicens: exáudi Dómine preces serui tui: illúmina fáciem tuam super sanctuárium tuum: & propítius inténde super pópulum istum, super quem inuocátum est nomen tuum, Deus.

Dan 9.

Secreta

MVnda nos quęsumus Dómine sacrifícii præséntis efféctu: & pérfice miserátus in nobis: vt eius me reâmur esse partícipes. Per. Aliæ Secretæ, fol. 269.

Communio. Vouéte, & réddite Dómino Deo vestro omnes, qui in circúitu eius affértis múnera: terríbili, & ei qui aufert spíritum príncipum: terríbili apud omnes reges terræ.

Pſa. 75.

Complenda.

PVrífica quæsumus Dómine mētes nostras benígnus: & renoua cæléstibus sacraméntis: vt consequē ter & córporum præsens páriter & futûrum capiámus auxílium. Per. Aliæ Complen. vt suprà.

FERIA QVARTA Quatuor Temporum mensis Septembris.

FExultâte Deo adiutôri nostro, iubiláte Deo Iacob: súmite

Pſa. 80.

psal-

psalmum iucúndum cum cíthara: cánite inítium mensis tuba, quia præ céptum in Israël est,& iudícium Deo Iacob. Ver. Testimónium in Ioseph pó suit illud, cùm exîret de terra Ægypti: linguam quam non nóuerat, audíuit.

Ver. Glória. K yrieeleison quadragesi male. Postea sine Dóminus vobíscum dicitur O rémus. Oratio.

MIsericórdiæ tuę remédiis quę-sumus Dñe fragílitas nostra subsístat: vt quæ sua conditióne atté ritur:tua cleméntia reparêtur. Per D.

Léctio Amos Prophétæ.

Cap 9. HAec dicit Dóminus Deus. Ecce dies véniunt: & comprehẽdet arâtor messôrem,& calcâtor vuę mitténtem semen: & stillábunt montes dulcédine: & omnes colles culti erunt. Et conuértam captiuitátẽ pópuli mei Israël: & ædificábunt ciuitátes desertas, & inhabitábunt: & plantábunt víneas, & bibent vinum eârum: & fácient hortos, & cómedent fructus eôrum. Et plantábo eos super humum suam: & non euéllam eos vltrà de terra sua,quam dedi eis: dicit Dóminus omnípotens.

Psa. 112. Grad. Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat; & humília réspicit in cælo & in terra? Ver. Súscitans à terra ínopem: & de stércore érigens páuperem. Hîc dicitur Dóminus vobíscum. Orémus.

PRæsta quæsumus Dómine famí liæ tuæ supplicánti: vt dum à cibis corporálibus se ábstinet: à vítiis quoque mente ieiúnet. Per. Nisi de sancto facienda sit memoria, secunda Oratio erit contra persecutores ecclesiæ: tertia pro peccatis, cum suis Secretis & Complen.

Léctio libri Esdræ.

2. Cap 8. IN diébus illis. Congregátus est omnis pópulus quasi vir vnus ad platéam, quæ est ante portam aquârum: & dixêrunt Esdræ scribæ: vt áfferet librum legis Moysi, quam præcéperat Dóminus Israëli. Attulit ergo Esdras sacérdos legem coram multitúdine virôrum ac mulíerum, cunctisque qui póterant intellígere, in die prima mensis séptimi. Et legit in eo apértè, in platéa quæ erat ante portam aquârum, de mane vsque ad médiam diem, in conspéctu virôrum & mulíerum, & sapiéntûm. Et aures omnis pópuli erant eréctæ ad librum. Stetit autem Esdras scriba super gradum lígneum, quem fécerat ad loquéndum: & stetêrunt Leuítæ iuxta eum. Et apéruit Esdras librum corã omni pópulo. Et benedíxit Esdras Dómino Deo magno. Et respóndit omnis pópulus, Amen,amen: éleuãs manus suas. Et incuruáti sunt: & adorauêrunt Deum proni in terrã. Porrò Leuítæ faciébant siléntium in pópulo ad audiéndam legem: pópulus autem stabat in gradu suo. Et legêrunt in libro legis Dei distínctè,& ad intelligéndum. Dixit autem Neémias, & Esdras sacérdos & scriba, & Leuítę interpretántes vniuérso pópulo. Dies sanctificátus est Dómino Deo nostro: nolíte lugêre, & nolíte flere. Et dixit eis. Ite, comédite pínguia, & bíbite mulsum: & míttite partes eis, qui non præparauêrunt sibi: quia sanctus dies Dómini est: & nolíte contristári. Gáudium étenim Dómini est, fortitúdo nostra.

Psa. 32. Grad. Beáta gens, cuius est Dóminus Deus eôrum: pópulus, quem elégit Dóminus

minus in hæreditátem ſibi. Ver. Verbo Dómini cæli firmáti ſunt: & ſpíritu oris eius omnis virtus eôrum.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Marcum.

Cap. 9. IN illo témpore. Reſpóndens vnus de turba, dixit ad Ieſum. Magíſter, áttuli fílium meum ad te, habéntem ſpíritum mutum: qui vbicúnq; eum apprehénderit, allîdit eum; & ſpumat, & ſtridet déntibus, & aréſcit: & dixi diſcípulis tuis, vt eíicerent illum, & non potuêrunt. Qui reſpóndens eis, dixit. O generátio incrédula, quãdiu apud vos ero? quàmdiu vos pátiar? Afférte illum ad me. Et attulêrunt eum. Et cùm vidîſſet illum, ſtatim ſpíritus conturbáuit eum: & elîſus in terram, volutabâtur ſpumans. Et interrogáuit patrem eius. Quantũ témporis eſt, ex quo ei hoc áccidit? At ille ait. Ab infántia: & frequénter eum in ignem, & in aquam miſit, vt eum pérderet. Sed ſi quid potes, adiúua nos, miſértus noſtri. Ieſus autem ait illi. Si potes crédere, ómnia poſsibília ſunt credénti. Et contínuò exclámans pater púeri, cum láchrymis aiébat. Credo Dómine: adiúua incredulitátem meam. Et cùm vidêret Ieſus concurréntem turbam, comminátus eſt ſpirítui immúndo, dicens illi. Surde & mute ſpíritus, ego præcípio tibi, exi ab eo: & ámplius ne introéas in eum. Et exclámans, & multùm diſcérpens eum, éxiit ab eo: & factus eſt ſicut mórtuus, ita vt multi dícerent, quia mórtuus eſt. Ieſus autem tenens manum eius, eleuáuit eũ: & ſurréxit. Et cùm introîſſet in domum, diſcípuli eius ſecrétò interrogábant eum. Quare nos non potúimus eiícere eum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo poteſt exîre; niſi in oratióne & ieiúnio.

Offert. Meditábor in mandátis tuis, quæ diléxi valdè: & leuábo manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi. Pſa. 118.

Secreta.

HAec hóſtia quæſumus Dómine emúndet delícta: & ad ſacrificium celebrándum, ſubditôrum tibi córpora menteſque ſanctíficet. Per.

Communio. Comédite pinguia, & bíbite mulſum: & míttite partes eis, qui non præparauêrunt ſibi: ſanctus enim dies Dómini eſt: nolíte contriſtári, gáudium étenim Dómini eſt fortitúdo noſtra. 2 Eſd 8.

Complenda.

SVméntes Dómine dona cæléſtia ſupplíciter deprecâmur: vt quæ ſédula ſeruitúte donánte te gérimus: dignis ſénſibus tuo múnere capiâmus. Per Dóminum.

FERIA SEXTA Quatuor Temporum Septembris.



Aetétur cor quærén tium Dóminũ: quęrite Dóminum, & confirmámini: quæ rite fáciem eius ſem per. Pſal. Confitémini Dómino, & inuocáte nomen eius: annunciáte inter gentes ópera eius. Ver. Glória. Kyrie Quadrageſimale. Pſa. 104.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt obſeruatiónes ſacras ánnua deuotióne recoléntes: & córpore tibi placeámus & mente. Per Dó.

Niſi de ſancto facienda ſit memoria, ſecunda Oratio erit de S. Cruce: tertia

Ecclésiæ tuæ. cũ ſuis Secretis & Cópl.

Léctio Oſee Prophétæ.

Cap 14. Hæc dicit Dóminus Deus. Conuértere Iſraël ad Dóminũ Deum tuum: quóniam corruíſti in iniquitáte tua. Tóllite vobíſcum verba: & conuertímini ad Dóminum,& dícite ei. Omnem aufer iniquitátem,& áccipe bonum; & reddémus vítulos labiôrum noſtrôrum. Aſſur non ſaluábit nos, ſuper equos non aſcendémus: neque dicémus vltrà, dii noſtri, ópera mánuum noſtrârum: quia eius qui in te eſt, miſeréberis pupílli. Sanábo contritiónes eôrũ, díligam eos ſponténeè: quia auérſus eſt furor meus ab eis. Ero quaſi ros, Iſraël germinábit quaſi lílium: & erúmpet radix eius, vt Líbani. Ibunt rami eius,& erit quaſi olíua glória eius: & odor eius, vt Líbani. Conuerténtur ſedéntes in vmbra eius: viuẽt trítico,& germinabũt quaſi vínea: memoriále eius ſicut vinũ Líbani. Ephraím, quid mihi vltrà idóla? Ego exáudiam, & dírigam eum: ego vt abiétem viréntem: ex me fructus tuus inuéntus eſt. Quis ſápiens, & intélliget iſta? intélligens, & ſciet hæc? quia rectæ viæ Dómini, & iuſti ambulábunt in eis: præuaricatôres verò córruent in eis.

Pſa. 89. Grad. Conuértere Dómine aliquántulum, & deprecâre ſuper ſeruos tuos. Ver. Dómine refúgium factus es nobis, à generatióne in generatiónem.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndùm Lucam.

Cap 7. IN illo témpore. Rogábat Ieſum quidam phariſæus, vt manducâret cum illo. Et ingréſſus domum phariſæi, diſcúbuit. Et ecce múlier, quæ erat in ciuitáte, peccátrix: vt cognóuit, quòd ſederet in domo phariſæi, áttulit alabáſtrum vnguénti: & ſtans retrò ſecus pedes eius, lácrymis cœpit rigâre pedes eius: & capíllis cápitis ſui tergébat: & oſculabàtur pedes eius: & vnguénto vngébat. Videns autem phariſæus, qui vocáuerat eum, ait intra ſe, dicens. Hic ſi eſſet prophéta, ſciret vtique, quæ & qualis eſſet múlier, quæ tangit eum: quia peccátrix eſt. Et reſpóndens Ieſus, dixit ad illum. Simon, hábeo tibi áliquid dícere. At ille ait. Magíſter, dic. Et reſpóndit Ieſus. Duo debitôres erant cuídam fœneratôri: vnus debébat denários quingéntos, & álius quinquagínta. Non habéntibus illis vnde rédderent, donáuit vtrisque. Quis ergo eum plus díligit? Et reſpóndens Simon, dixit. Æſtimo, quia is, cui plus donáuit. At ille dixit ei. Rectè iudicâſti. Et conuérſus ad mulíerem, dixit Simôni. Vides hanc mulíerem? Intrâui in domum tuam, aquam pédibus meis non dediſti: hęc autem láchrymis rigáuit pedes meos: & capíllis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti: hæc autem ex quo intráui, nõ ceſſáuit oſculâri pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autẽ vnguénto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittúntur ei peccâta multa, quóniam diléxit multum. Cui autem minus dimíttitur, minus díligit. Dixit autem ad illam. Remittúntur tibi peccâta. Et cœpêrunt qui ſimul accumbébãt, dícere intra ſe. Quis eſt hic, qui etiam peccâta dimíttit? Dixit autem ad mulíerem. Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace.

Offert. Benedíc ánima mea Dómino: Pſa. 102

& no-

& noli obliuíſci omnes retributiónes eius: & renouábitur ſicut áquila iuuéntus tua. **Secreta.**

ACcépta tibi ſint Dómine quæſumus noſtri dona ieiúnij: quæ & expiándo nos tua grátia dignos efficiant: & ad ſempitérna promíſſa perdúcant. Per.

Communio. Aufer à me oppróbrium & contémptum, quia mandáta tua exquisíui Dómine: nam & teſtimónia tua, meditátio mea eſt. Pſa. 118.

Complenda.

QVæſumus omnípotens Deus: vt de percéptis munéribus grátias exhibéntes: beneficia potiôra ſumámus. Per Dóminum.

SABBATHO Quatuor Temporum. Septembris.



Pſa. 94.

Enîte adorêmus Deum, & procidâmus ante Deum: plorêmus ante eum, qui fecit nos: quia ipſe eſt Dóminus Deus noſter. **Pſal.** Præoccupêmus fáciem eius in confeſsióne: & in pſalmis iubilémus ei. **Ver.** Gloria. **K**yrie **Quadrageſimale. Quinque Orationes ſequentes dicuntur ſine** Dóminus vobíſcum: **ſed dicatur** Orémus. **Oratio.**

OMnípotens ſempitérne Deus: qui per continéntiam ſalutârem & corpóribus medêris & méntibus: maieſtâtem tuam ſúpplices exorâmus; vt pia ieiunántium deprecatióne placâtus: & præſéntia nobis ſubsídia præbeas & futûra. Per D.

Léctio libri Leuítici.

Cap 23.

IN diébus illis. Locútus eſt Dóminus ad Moyſen, dicens. Décimo die menſis huius ſéptimi, dies expiatiónum erit celebérrimus, & vocábitur ſanctus: affligetisq; ánimas veſtras in eo, & offerétis holocáuſtum Dómino. Omne opus ſeruíle non faciétis in témpore diei huius: quia dies propitiatiónis eſt: vt propitiêtur vobis Dóminus Deus veſter. Omnis ánima, quæ afflícta nõ fuérit die hac, perîbit de pópulis ſuis: & quæ óperis quíppiam fécerit, delébo eam de pópulo ſuo. Nihil ergo óperis faciétis in eo: legítimum ſempitérnum erit vobis in cunctis generatiónibus, & habitatiónibus veſtris: Sábbathũ requietiônis eſt: affligetisque ánimas veſtras die nono menſis huius. A véſpera vſque ad véſperum celebrábitis Sábbatha veſtra. Dicit Dñus omnípotens.

Grad. Propítius eſto Dómine peccâtis noſtris: ne quando dicant gentes, vbi eſt Deus eôrum? **Ver.** Adiúua nos Deus ſalutâris noſter: & propter honôrem nóminis tui Dómine líbera nos. Pſa. 78.

Oratio.

DA nobis quæſumus omnípotẽs Deus: vt ieiunándo tua grátia ſatiêmur: & abſtinéndo cunctis effici âmur hóſtibus fortióres. Per Dñm.

Léctio libri Leuítici.

Cap 23.

IN diébus illis. Locûtus eſt Dóminus ad Moyſen, dicens. A quintodécimo die menſis ſéptimi, quando congregauéritis omnes fructus terræ veſtræ, celebrábitis férias Dómini ſeptem diébus. Die primo, & die octáuo erit Sábbathum, id eſt, réquies. Sumetisque vobis die primo fructus árboris pulchérrimæ, ſpatulasq; palmârum, & ramos ligni denſárũ fróndium, & ſálices de torrénte: & lætabímini coram Dómino Deo veſtro:

celebrabitisque solennitátem eius septem diébus per annum. Legítimum sempitérnum erit in generatiónibus vestris. Mense séptimo festa celebrábitis, & habitábitis in vmbráculis septem diébus. Omnis, qui de génere Israël est, manébit in tabernáculis: vt discant pósteri vestri, quòd in tabernáculis fécerim habitâre filios Israël, cùm edúcerem eos de terra Ægypti. Ego Dóminus Deus vester.

Psa. 83. Grad. Protéctor noster áspice Deus: & réspice super seruos tuos. Ver. Dómine Deus virtûtum, exáudi preces seruôrum tuôrum.

Oratio.

TVêre quæsumus Dómine famíliam tuam: vt salútis ætérnæ remédia, quæ te inspiránte requírimus: te largiénte cõsequámur. Per D.

Léctio Micheæ Prophétæ.

Cap 7. DÓmine Deus noster, pasce pópulum tuum in virga tua, gregem hæreditátis tuæ, habitántes solos in saltu, iuxta dies antíquos. Vidébunt gentes, & confundéntur, super omni fortitúdine sua. Quis Deus símilis tui, qui aufers iniquitátem, & transfers peccâtum reliquiârum hæreditátis tuæ? Non immíttet vltrâ furôrem suum: quóniam volens misericórdiam est. Reuertétur, & miserébitur nostri. Depónet iniquitátes nostras: & proiíciet in profúndũ maris ómnia peccáta nostra. Dabis veritátem Iacob: misericórdiã Abrahám, quæ iurâsti pátribus nostris à diébus antíquis: Dómine Deus noster.

Psa. 119. Grad. Ad Dóminum cùm tribulârer clamáui, & exaudîuit me. Ver. Dómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis, & à lingua dolôsa.

Oratio.

PRæsta quæsumus Dómine, sic nos ab épulis abstinêre carnálibus: vt à vítiis irruéntibus páriter ieiunémus. Per Dóminum.

Léctio Zachariæ Prophétæ.

Cap 8. IN diébus illis. Factum est verbum Dómini ad me, dicens. Hæc dicit Dóminus Deus exercítuum. Sicut cogitáui vt afflígerem vos, cùm ad iracúndiam prouocâssent me patres vestri, & non sum misértus: sic conuérsus cogitâui in diébus istis, vt benefáciam dómui Iuda & Ierúsalem: nolíte timêre. Hæc sunt ergo verba, quæ faciétis. Loquímini veritátem vnusquisq; cum próximo suo. Veritátem, & iudícium pacis iudicâte in portis vestris. Et vnusquísque malum contra amícum suum ne cogitétis in córdibus vestris: & iuraméntum mendax ne diligátis. Omnia enim hæc sunt, quæ odi: dicit Dóminus. Et factum est verbum Dómini exercítuũ ad me, dicens. Hæc dicit Dóminus exercítuum. Ieiúnium quarti, & ieiúnium quinti, & ieiúnium séptimi, & ieiúnium décimi, erit dómui Iudæ in gáudium & lætítiam, & in solennitátes pręclâras. Veritátem tantum, & pacem dilígite: dicit Dóminus exercítuum.

Psa. 140. Grad. Dirigátur orátio mea, sicut incénsum in conspéctu tuo Dómine. Ver. Eleuátio mánuum meârum sacrifícium vespertínum.

Orátio.

VT nobis Dómine tríbuis solénne tibi deférre ieiúnium: sic nobis quæsumus indulgéntiæ tuæ præsta subsídium. Per Dóminum.

Léctio Daniélis Prophétæ.

IN diébus illis. Angelus Dómini descéndit cum Azaria & sóciis eius

in for-

in fornácem. vt ſuprà in Aduentu fol. II. cum hymno. Benedíctus es Dómine. Hîc dicitur Dóminus vobíſcum.

Oratio.

DEus qui tribus púeris mitigâſti flammas ígnium: concéde propítius: vt nos fámulos tuos non exûret flamma vitiôrum. Per. Si non occurrat memoria de ſancto, dicatur ſecunda Oratio Cõcéde nos fámulos. tertia Deus ómnium fidélium paſtor. vt in Sabbatho Quatuor tempo. Quadrageſimæ, fol. 68.

Lectio Epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

Cap 9

FRatres. Tabernáculum factum eſt, primum in quo erant candelábra, & menſa, & propoſitio panũ; quæ dícitur Sancta. Poſt velaméntũ autem ſecúndum: tabernáculum, quod dícitur ſancta ſanctôrum, áureum habens thuríbulum: & arcam teſtaménti circumtéctã ex omni parte auro, in qua, vrna áurea habens manna, & virga Aaron quæ frondúerat, & tábulæ teſtaménti: ſuperque eam erant Cherubin glóriæ, obumbrántia propitiatórium: de quibus non eſt modò dicéndum per ſíngula. His verò ita compóſitis, in priôri quidem tabernáculo ſemper introíbant ſacerdótes, ſacrificiôrum offícia cõſuméntes: in ſecúndo autem, ſemel in anno ſolus póntifex: non ſine ſánguine, quem offérret pro ſua & pópuli ignorántia: hoc ſignificánte ſpíritu ſancto, nondum propalátam eſſe ſanctôrum viam, adhuc priôre tabernáculo habénte ſtatum: quæ parábola eſt témporis inſtántis: iuxta quam múnera & hóſtiæ offerúntur, quæ non poſſunt iuxta conſciéntiam perféctum fácere ſeruiéntem, ſolúmmodò in cibis & in pótibus, & in váriis baptiſmátibus, & iuſtítiis carnis vſque ad tempus correctiónis impóſitis. Chriſtus autem aſsíſtens póntifex futurôrum bonôrum, per ámplius & perféctius tabernáculum non manufáctum, id eſt, non huius creatiónis: neque per ſánguinem hircôrum, aut vitulôrum, ſed per própríum ſánguinem introíuit ſemel in Sancta, ætérna redemptióne inuénta.

Tractus. Laudâte Dóminũ omnes gentes: & collaudâte eum omnes pópuli. Pſa. 116.

Ver. Quóniam cõfirmáta eſt ſuper nos miſericórdia eius: & véritas Dómini manet in ætérnum.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Lucam.

Cap 13.

IN illo témpore. Dixit Ieſus turbis ſimilitúdinem hanc. Arborem fici habébat quidam plantátam in vinea ſua: & venit quærens fructum in illa, & non inuênit. Dixit autem ad cultôrem víneæ. Ecce, anni tres ſunt, ex quo veni quærens fructum in ficúlnea hac: & non inuénio. Succîde ergo illam: vt quid etiam terram óccupat? At ille reſpóndens, dicit illi. Dómine, dimítte illam & hoc anno, vſque dum fódiam circa illã, & mittam ſtércora. Et ſíquidem fécerit fructum: ſin autem, in futûrum ſuccîdes eam. Erat autem Ieſus docens in ſynagóga eôrum Sábbathis. Et ecce múlier, quæ habébat ſpíritum infirmitátis annis decem & octo: & erat inclináta, nec omninò póterat ſurſum reſpícere. Quam cùm vidêret Ieſus, vocáuit eam ad ſe, & ait illi. Múlier, dimíſſa es ab infirmitáte tua. Et impóſuit illi manus: & confeſtim

eréćta est,& glorificábat Deum. Respóndens autem archisynagôgus,indígnans quia Sábbatho curâsset Iesus, dicébat turbæ. Sex dies sunt, in quibus opórtet operâri. In his ergo venîte,& curámini:& non in die Sábbathi. Respóndens autem ad illum Dóminus, dixit. Hypócritæ, vnusquisque vestrûm Sábbatho non soluit bouem suum, aut ásinum à præsépio: & ducit adaquâre? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligáuit sáthanas; ecce, decem & octo annis non opórtuit solui à vínculo ísto die Sábbathi? Et cúm hæc díceret, erubescébant omnes aduersárii eius. Et ōnis pópulus gaudébat in vniuérsis quæ glorióse fiébant ab eo.

Pſa. 67. **Offert.** Dómine Deus salútis meæ, in die clamáui & nocte, coram te: intret orátio mea in conspéctu tuo Dómine.

Secreta.

COncéde quęsumus omnipotēs Deus: vt óculis tuæ maiestátis munus oblátum: & grátiam nobis deuotiónis obtíneat: & efféctū beátæ perennitátis acquîrat. Per. **Aliæ Secretæ, Tua Dñe propitiatióne. Oblátis quæsumus Dómine.** fol. 69.

Leu 23. **Communio.** Mense septimo festa celebrábitis, cùm in tabernáculis habitáre fécerim filios Israël, cùm edúcerem eos de terra Ægypti, ego Dóminus Deus vester.

Complenda.

PErfíciant in nobis Dómine quæsumus tua sacraménta quod cōtinent: vt quæ nunc spe gérimus: rerum veritâte capiámus. Per. **Aliæ Cōplen. Sumptis Dómine salútis. Hæc nos quæsumus Dómine.** fol. 69.

DOMINICA
Decimaoctaua post Trinitatis.

Ecc 36.  Apacē Dómine sustinéntib' te: vt prophétæ tui fidéles inueniántur: exáudi preces serui tui, & plebis tuæ Israël.

Pſal. 121. **Pſal.** Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. **Ver.** Glória. **Oratio.**

DA quæsumus Dómine pópulo tuo diabólica vitâre contágia: & te solum Deum pura mente sectâri. Per. **Aliæ Orationes, vt in Dominica secunda post Trinitatis, fol. 268.**

Léctio Epístolæ beati Pauli Apóstoli ad Corínthios

1. Cap 1. FRatres. Grátias ago Deo meo semper pro vobis, in grátia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu. Quia in ómnibus díuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni sciéntia: sicut testimónium Christi confirmátum est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla grátia, expectántibus reuelatiónem Dómini nostri Iesu Christi: qui & confirmábit vos vsque in finem sine crímine, in die aduéntus Dómini nostri Iesu Christi.

Pſa. 121. Pſa 129. **Gradu.** Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. **Ver.** Fiat pax in virtúte tua, & abundántia in túrribus tuis. **Allelúia. Ver.** De profúndis clamáui ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meam. Alleluia.

Sequéntia sancti euangélij secúndum Matthæum.

Cap 22. INillo témpore. Pharisæi audiéntes, quia Iesus siléntium imposuísset Sadducęis, conuenêrunt in vnum:

& interrogáuit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum. Magíster, quod est mandâtum magnum in lege? Ait illi Iesus. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex tota mente tua. Hoc est máximum, & primum mandátũ. Secúndum autem símile est huic. Díliges próximum tuum, sicut teípsum. In his duóbus mandátis vniuérsa lex pendet, & prophétæ. Congregátis autem Phariſæis, interrogáuit eos Iesus, dicens. Quid vobis vidétur de Christo? cuius fílius est? Dicunt ei; Dauid. Ait illis. Quómodo ergo Dauid in spíritu vocat eum Dóminum, dicẽs. Dixit Dóminus Dómino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimícos tuos scabéllum pedum tuôrum? Si ergo Dauid vocat eum Dóminum: quómodo fílius eius est? Et nemo póterat ei respondêre verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum ámplius interrogâre. Credo.

Offert. Sanctificáuit Moyses altâre Dómino, ófferens super illud holocáusta, & ímmolans víctimas: fecit sacrifícium vespertínum in odórem suauitátis Dño Deo, in cõspéctu filiôrũ Israël.

Secreta. MAiestátem tuam Dómine súppliciter deprecâmur: vt hæc sancta quæ gérimus: & à prætéritis nos delíctis éxuant, & futûris. Per. Aliæ Secretæ, fol. 269.

Communio. Tóllite hóstias, & intróite in átria eius: adorâte Dóminum in aula sancta eius.

Complenda. SAnctificatiónibus tuis omnípotens Deus: & vítia nostra curéntur: & remédia nobis ætérna prouéniant. Per. Aliæ Comple. vt in secunda Dominica post Trinitat. fol. 270.

DOMINICA Decimanona.

Pſa. 77.

SAlus pópuli ego sũ, dicit Dóminus: de quacúnque tribulatiône clamáuerint ad me, exáudiã eos: & ero illôrum Dóminus in perpétuum.

Pſal. Atténdite pópule meus legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei.

Ver. Glória.

Oratio.

DIrigat corda nostra quæsumus Dómine tuæ miseratiónis operátio: quia tibi sine te placére non póssumus. Per. Aliæ Orationes, vt in Dominica ij. post Trinit. fol. 268.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephésios.

Cap 4.

FRatres. Renouámini spíritu mẽtis vestræ: & indúite nouum hóminem, qui secúndùm Deum creátus est in iustítia, & sanctitáte veritátis. Propter quod deponéntes mendácium, loquímini veritátem vnusquisque cum próximo suo: quóniã sumus ínuicem membra. Irascímini, & nolíte peccâre. Sol non óccidat super iracúndiam vestram. Nolíte locum dare diábolo. Qui furabâtur: iã non furêtur: magis autem labôret, operándo mánibus suis quod bonũ est, vt hábeat vnde tríbuat necessitátem patiénti.

Grad. Dirigátur orátio mea, sicut incénsum in conspéctu tuo, Dómine.

Pſa. 104

Ver. Eleuátio manuum meârum, sacrificium vespertínum.

Allelúia. **Ver.** Lauda ánima mea Dóminum, laudábo Dóminum in vita mea: psallã Deo meo quàm diu fúero. Allelúia.

Pſa. 145

Sequéntia sancti Euangélii secúndùm Matthæum.

Cap 9. IN illo témpore. Ascéndens Iesus in nauículam, transfretáuit: & venit in ciuitátem suam. Et ecce, offerébãt ei paralyticum iacéntem in lecto. Videns autem Iesus fidem illôrum, dixit paralytico. Cónfide fili: remittúntur tibi peccâta tua. Et ecce, quidam de scribis dixêrunt intra se. Hic blasphémat. Et cùm vidîsset Iesus cogitatiónes eôrum, dixit. Vt quid cogitátis mala in córdibus vestris? Quid est facílius, dícere, Dimittúntur tibi peccâta tua: an dícere, Surge & ámbula? Vt autem sciátis, quia filius hóminis habet potestátem in terra dimitténdi peccâta: tunc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surréxit, & ábiit in domum suam. Vidéntes autẽ turbæ, timuêrunt: & glorificauêrunt Deum, qui dedit potestátem talem homínibus. Credo.

Ps 13 **Offert.** Si ambuláuero in médio tribulatiónis, viuificábis me Dómine: & super iram inimicôrum meôrum exténdes manum tuam: & saluum me fecit déxtera tua. **Secreta.**

DEus qui nos per huius sacrificij veneránda commércia: vnius summæque diuinitátis partícipes efficis: præsta quæsumus: vt sicut tuã cognóscimus veritátem: sic eándem dignis méntibus & móribus exequâmur. Per. Aliæ Secretæ, fol. 269.

Psa. 118. **Communio.** Tu mandâsti, mandâta tua custodîri nimis: vtinam dirigántur viæ meæ ad custodiéndas iustificatiónes tuas. **Complenda.**

GRátias tibi referímus Dómine sacro múnere vegetáti: tuam misericórdiam deprecántes: vt dignos nos eius participatióne perfícias. Per. Aliæ Complen. vt suprà.

DOMINICA Vigesima.



Dan 3. MNia quæ fecísti nobis Dómine, in vero iudício fecísti: quia peccáuimus tibi, & mandátis tuis nõ obedíuimus: sed da glóriam nómini tuo: & fac nobíscũ secúndùm multitúdinem misericórdiæ tuę. Psal. Magnus Dóminus, & laudábilis nimis: in ciuitáte Dei nostri. Ps. 47.

Ver. Gloria. **Oratio.**

OMnípotens & miséricors Deus: vniuérsa nobis aduersántia propitiátus exclúde: vt mente & córpore páriter expediti: quæ tua sunt líberis méntibus exequâmur. Per. Aliæ Orationes, sicut in Dominica secunda post Trinitatis, fol. 268.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephesios.

Cap 5. FRatres. Vidéte quómodo cautè ambulétis: non quasi insipiéntes, sed vt sapiéntes: rediméntes tempus: quóniam dies mali sunt. Propterea nolíte fíeri imprudéntes: sed intelligéntes, quæ sit volúntas Dei. Et nolíte inebriâri vino, in quo est luxúria: sed implémini spíritu sancto, loquéntes vobismetípsis in psalmis, & hymnis, & cánticis spirituâlibus, cantántes & psalléntes in córdibus vestris Dómino: grátias agéntes semper pro ómnibus, in nómine Dómini nostri Iesu Christi, Deo, & Patri. Subiécti ínuicem: in timôre Christi.

Ps 144 **Grad.** Oculi ómnium in te sperant Dómine:

mine: & tu das illis escam in témpore opportúno. Ver. Aperis tu manum tuam, & imples omne ánimal benedictióne. Allelúia. Ver. Qui confidunt in Dómino, sicut mons Sion: non commouébitur in ætérnum, qui hábitat in Ierúsalem. Allelúia.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Matthæum.

Cap 22. IN illo témpore. Loquebátur Iesus princípibus sacerdótum & Pharisæis in parábolis, dicens. Símile factum est regnum cælórum hómini regi, qui fecit núptias fílio suo. Et misit seruos suos vocáre inuitátos ad núptias: & nolébant venîre. Iterùm misit álios seruos, dicens. Dícite inuitátis: ecce prándium meum parâui: tauri mei, & altília occîsa sunt, & ómnia parâta: venîte ad núptias. Illi autem neglexêrunt: & abiêrunt, álius in villam suam, álius verò ad negotiatiónem suam: réliqui verò tenuêrunt seruos eius, & contuméliis afféctos, occidêrunt. Rex autē cùm audîsset, irátus est: & missis exercítibus suis, pérdidit homicídas illos, & ciuitátem illórum succéndit. Tunc ait seruis suis. Núptiæ quidem parátæ sunt: sed qui inuitáti erant, non fuêrunt digni. Ite ergo ad éxitus viârum: & quoscunque inuenéritis, vocâte ad núptias. Et egréssi serui eius in vias, congregauêrunt omnes quos inuenêrunt, malos & bonos: & implétæ sunt núptiæ discumbéntium. Intráuit autem rex, vt vidêret discúbéntes: & vidit ibi hóminem non vestîtum veste nuptiali. Et ait illi. Amíce, quómodo huc intrâsti non habēs vestem nuptiálem? At ille obmútuit. Tunc dixit rex minístris. Ligátis mánibus ac pédibus eius, míttite eum in ténebras exteriôres. Ibi erit fletus, & stridor déntium. Multi autem sunt vocâti, pauci verò elécti. Credo. Offert. Super flúmina Babylonis illic sédimus & fléuimus, dum recordarêmur tui Sion. Psa. 136

Secreta.

HAec múnera quæsumus Dómine, quæ óculis tuæ maiestátis offérimus: salutária nobis esse concéde. Per. Aliæ Secretæ, fol. 269.

Communio. Meménto verbi tui seruo tuo Dómine, in quo mihi spem dedîsti: hæc me consoláta est in humilitáte mea. Psa. 118.

Complenda.

TVa nos Dómine medicinális operátio: & à nostris peruersitátibus cleménter expédiat: & tuis sémper fáciat inhærêre mandátis. Per Dóminum. Aliæ Comple. vt suprà.

DOMINICA Vigesimaprima.



IN voluntáte tua Dómine, vniuérsa sunt pósita: & nō est qui possit resístere volũtáti tuæ: tu enim fecísti ómnia, cælum, & terram, & vniuérsa quæ cæli ámbitu continéntur: Dóminus vniuersórum tu es. Hest 13. Psal. Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Psa. 118.

Ver. Gloria.

Oratio.

LArgîre quæsumus Dómine fidélibus tuis indulgéntiam placâtus & pacem: vt páriter ab ómnibus mundéntur offénsis: & secúra tibi mente deséruiant. Per. Aliæ orationes vt in Dominica secunda post Trinitatis, fol. 268.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephésios.

Cap 6. FRatres. Confortámini in Dómino, & in poténtia virtútis eius. Indúite vos armatûram Dei: vt posítis stare aduérsus insídias diáboli. Quóniam non est nobis colluctátio aduérsus carnem & sánguinem: sed aduérsus príncipes & potestátes, aduérsus mundi rectôres tenebrârum harum, contra spirituália nequítiæ, in cæléstibus. Proptérea accípite armatûram Dei: vt posítis resístere in die malo, & in ómnibus perfécti stare. State ergo succíncti lumbos vestros in veritáte, & indúti lorîcam iustítiæ, & calciáti pedes in præparatiónem euangélij pacis. In ómnibus suméntes scutum fidei, in quo posítis ómnia tela nequíssimi ígnea extínguere. Et gáleam salútis assúmite: & gládium spíritus, quod est verbum Dei.

Psa. 89. Grad. Dómine refúgium factus es nobis à generatióne in generatiónē. Ver. Priusquàm montes fíerent, aut formarétur terra & orbis: à século & vsque in séculum tu es Deus.

Psa. 46 Allelúia. Ver. Qui sanat contrítos corde, & álligat contritiónes eôrum. Allelúia.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Ioánnem.

Cap 4. IN illo témpore. Erat quidam régulus, cuius filius infirmabâtur Caphárnaum. Hic cùm audíssset, quia Iesus venîret à Iudæa in Galilæā, ábiit ad eum, & rogábat eum: vt descénderet, & sanáret filium eius. Incipiébat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum. Nisi signa & prodígia vidéritis: non crêditis. Dicit ad eum régulus. Dómine, descénde priusquàm moriátur filius meus. Dicit ei Iesus. Vade, filius tuus viuit. Crédidit homo sermóni, quem dixit ei Iesus: & ibat. Iam autem eo descendénte, serui occurrérunt ei: & nunciauêrunt dicéntes, quia filius eius víueret. Interrogábat ergo horam ab eis, in qua mélius habúerit. Et dixêrunt ei: quia heri hora séptima relíquit eum febris. Cognóuit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: filius tuus viuit. Et crédidit ipse, & domus eius tota.

Credo.

Offert. Vir erat in terra Hus nómine Iob, simplex & rectus, ac timens Deum: quem Satan pétiit, vt tentâret: & data est ei potéstas à Dómino in facultáte, & in carne eius: perdiditque omnẽ substántiam ipsíus, & filios: carnem quoq; eius graui úlcere vulneráuit. Iob 1.

Secreta. CAeléstem nobis præbeant hæc mystéria quæsumus Dómine medicínam; & vítia nostri cordis expúrgent. Per. Aliæ Secretæ, fol. 269.

Commun. In salutâri tuo ánima mea, & in verbum tuum speráui: quando fácies de persequéntibus me iudícium? inîqui persecúti sunt me, adiúua me, Dómine Deus meus. Psa. 118

Complenda. VT sacris Dómine reddámur digni munéribus: fac nos quæsumus tuis semper obedîre mandátis. Per Dó. Aliæ Complen. vt suprà.

DOMINICA Vigesimasecunda.



PI iniquitátes obseruáueris Dómine: Dómine quis sustinébit? quia apud te propitiátio est, Deus Israël. Psal. De pro- Psa. 129.

fúndis

Cap 18.

fúndis clamáui ad te Dñe. Dómine exáudi vocem meã. Ver. Glória. Oratio.

FAmíliam tuam quæsumus Dómine contínua pietáte custódi: vt à cunctis aduersitátibus te protegénte sit líbera: & in bonis áctibus tuo nómini sit deuóta. Per. Aliæ Orationes, vt in Dominica secunda post Trinitatis, fol. 268.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Philippénses.

FRatres. Confídimus in Dómino Iesu: quia qui cœpit in vobis opus bonum, perfíciet vsque in diem Iesu Christi. Sicut est mihi iustũ, hoc sentíre pro ómnibus vobis: eò quòd hábeam vos in corde, & in vínculis meis, & in defensióne, & confirmatióne euangélij, sócios gáudii mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quómodo cúpiam omnes vos in viscéribus Iesu Christi. Et hoc oro: vt cháritas vestra magis ac magis abúndet in sciéntia, & in omni sensu: vt probétis potiôra: vt sitis syncéri, & sine offénsa in diem Christi, repléti fructu iustítiæ per Iesum Christum, in glóriam & laudem Dei.

Grad. Ecce quàm bonũ, & quàm iúcundum, habitâre fratres in vnũ. Ver. Sicut vnguéntum in cápite, quod descéndit in barbã, barbam Aaron. Ver. Mandáuit Dñus benedictiónẽ, & vitã vsq; in seculum. Allelúia. Ver. Lauda Ierúsalem Dñm: lauda Deum tuum Sion. Allelúia.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Matthæum.

INillo témpore. Dixit Iesus discípulis suis parábolam hanc. Símile est regnũ celôrum hómini regi, qui vóluit ratiónem pónere cum seruis suis. Et cùm cœpísset ratiónem pónere, oblátus est ei vnus, qui debébat ei decem míllia talénta. Cúm autem non habêret vnde rédderet: iussit eũ Dóminus eius venundâri, & vxôrẽ eius, & fílios, & ómnia quæ habébat; & reddi. Prócidens autem seruus ille, rogábat eum, dicens. Patiéntiam habe in me: & ómnia reddam tibi. Misértus autem dóminus serui illíus, dimísit eum: & débitum dimísit ei. Egréssus autem seruus ille, inuênit vnũ de consérvis suis, qui debébat ei centum denários: & tenens suffocábat eum, dicens. Redde, quod debes. Et prócidens consérvus eius, rogábat eum, dicens. Patiéntiam habe in me: & ómnia reddam tibi. Ille autem nóluit: sed ábiit, & misit eum in cárcerem, donec rédderet débitum. Vidéntes autem consérvi eius quæ fiébant, contristâti sunt valdè: & venêrunt, & narrauêrunt dómino suo ómnia, quæ facta fúerant. Tunc vocáuit illum dóminus suus: & ait illi. Serue nequam, omne débitum dimísi tibi, quóniam rogâsti me: nonné ergo opórtuit & te miserêri consérvi tui, sicut & ego tui misértus sum? Et irátus dóminus eius, trádidit eum tortóribus, quoâdusq; rédderet vniuérsum débitum. Sic & pater meus cæléstis fáciet vobis, si non remiséritis vnusquisq; fratri suo de córdibus vestris.

Credo.

Offert. Recordâre mei Dómine omni potentátui dóminans: & da sermónem rectum in os meum, vt pláceant verba mea in conspéctu príncipis. Secreta.

SVscipe Dómine propítius hóstias: quibus & te placâri voluísti: & nobis salútem poténti pietâte restítui. Per. Aliæ Secretæ, fol. 269.

Com-

Luc 15. **Communio.** Dico vobis: gáudium est ángelis Dei super vno peccatóre pœniténtiam agénte. **Complenda.**

IMmortalitátis alimóniam consecûti, quæsumus Dómine: vt quod ore percépimus, pura mente sectémur. Per. Aliæ Complen: vt suprà.

¶ Notandum, quòd post Trinitatis vsq; ad Aduentum, vt plurimùm sunt viginti septem Dominicæ: minimùm autem viginti duæ. Officia verò Dominicalia, quoad Orationes, Epistolas, & Euangelia, sunt viginti quinque.

Quando igitur tantùm viginti duæ fuerint Dominicæ, expleantur reliquæ tres Missæ Dominicales infrà hebdomadam xxij. in feriis vacantibus, ferialiter sine Credo: aut si tot feriæ non vacauerint, ipsis diebus festis: quibus tunc duæ Missæ dici debent, vna de festo, altera de Dominica: vbi id fieri poterit. Alioquin si fuerit festum ix. lectionum, vel maius, de eo fiet Missa, memoria autem de Dominica, cum euangelio Dominicali in fine. Si verò fuerit festum iij. lectionum, Missa fiet de Dominica, & memoria de festo. Post vigesimam secundam verò Dominicam in officio Dominicali semper eodem modo dicuntur Introitus, Graduale, Alleluia, Offertorium, Communio. Sed quando Officium de Dominica fit infrà hebdomadam, omittitur memoria S. Trinitatis. Secunda verò oratio, si non fuerit imponenda de sancto, erit A cunctis: tertia ad libitum, seruata orationum dignitate. Alioquin si secunda dicenda sit de sancto, tertio loco dicatur A cunctis.

Quando fuerint xxiij. Dominicæ; reliquæ duæ expleantur infra xxiij. hebdomadam, prædicto modo.

Quando fuerint xxiiij. In eiusdem hebdomada dicatur Missa Dominicæ vigesimæ quintæ, eodem modo.

Quando fuerint xxv. Singula officia singulis suis Dominicis complebuntur.

Si fuerint xxvi. Dominicæ, repetatur officium Dominicæ vigesimæ quintæ.

Si fuerint xxvij. In vigesima sexta repetatur Officium Dominicæ vigesimæ quartæ: & in vigesima septima, Officium Dominicæ vigesimæ quintæ.

Si autem in harum duarum excrescêtium Dominicarum aliquod festum occurrat, cui Dominica cedere consueuit: de Dominica semel peracta nihil fiet amplius.

DOMINICA Vigesimatertia.

Ier. 29. IEcit Dóminus, ego cógito cogitatiónes pacis, & non afflictiónis: inuocábitis me, & ego exáudiam vos: & reducam captiuitátem vestram de cũctis locis. Psal. Benedixîsti Dómine terram tuam: auertísti captiuitátem Iacob. Ver. Gloria. **Oratio.**

Psa. 84.

DEus refúgium nostrum & virtus: adésto piis eccléstiæ tuæ précibus auctor ipse pictátis, & præsta: vt quod fidéliter pétimus: efficáciter consequâmur. Per Dóm. Aliæ Orationes, vt in Dominica ij. post Trinitatis fol. 268.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Philippénses.

Cap 3. FRatres. Imitatôres mei estôte: & obseruáte eos, qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram. Multi enim ámbulant, quos sæpè dicébã vobis (nunc autem & flens dico) inimicos

mícos crucis Christi: quorum finis, intéritus: quorum Deus, venter est: & glória in confusióne ipsôrum, qui terréna sápiunt. Nostra autem conuersátio in cælis est: vnde etiam saluatôrem expectámus Dóminum nostrum Iesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ, configurátum córpori claritátis suæ secúndum operatiónem virtûtis suæ, qua posit etiam subiícere sibi ómnia. Itaque fratres mei charíssimi & desideratíssimi, gáudium meum, & coróna mea: sic state in Dómino, charíssimi. Euódiam rogo, & Syntychẽ deprecor, idípsum sápere in Dómino. Etiam rogo & te germâne compar, ádiuua illas, quæ mecum laborauêrunt in euangélio cum Cleménte, & cætéris adiutóribus meis: quorum nómina sunt in libro vitæ.

Cap 4.

Ier. 29.

Grad. Liberâsti nos Dómine ex affligéntibus nos: & eos qui nos odérunt, confudîsti. Ver. In Deo laudábimur tota die, & in nómine tuo confitébimur in sécula. Allelúia. Ver. Qui pósuit fines tuos pacem, & ádipe fruménti sátiat te Allelúia.

Pfa. 43.

Pfa. 84.

Pfa. 146

Sequéntia sancti Euangélii secúndum Matthæum.

In illo témpore. Abeúntes Pharisæi, consílium iniêrunt, vt cáperẽt Iesum in sermóne. Et mittunt ei discípulos suos cum Herodiánis, dicéntes. Magíster, scimus quia verax es, & viam Dei in veritáte doces, & non est tibi cura de áliquo. Non enim réspicis persónam hóminum. Dic ergo nobis: quid tibi vidêtur: licet censum dare Cæsari, an non? Cógnita autem Iesus nequítia eôrum, ait. Quid me tentátis hypócritæ? Osténdite mihi numísma census. At illi obtulêrunt ei denárium. Et ait illis Iesus. Cuius est imágo hæc, & superscríptio? Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait illis. Réddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Credo.

Cap 22.

Offert. De profúndis clamáui ad te Dómine: Dómine exáudi oratiónem meam.

Pfal 129.

Secreta.

Da misericors Deus: vt hæc salutâris oblátio: & à própriis nos reátibus indesinénter expédiat: & ab ómnibus tueâtur aduérsis. Per.

Aliæ Secretæ vt in Dominica ij post Trinitatis.

Comm. Amen dico vobis, quicquid oántes pétitis, crédite: quia accipiétis, & fiet vobis.

Ioã. 11.

Complenda.

Sumpsimus Dómine sacri dona mystérii, humíliter deprecántes: vt quæ in tui commemoratióne nos fácere præcepîsti: in nostræ proficiant infirmitátis auxílium. Qui viuis & regnas. Aliæ Complen: vt suprà.

DOMINICA vigesima quarta, & vigesima quinta, proximum officium.

Dicit Dóminus.

Repetatur per omnia: exceptis Orationibus, Epistolis, & Euangeliis: quæ habentur propria.

Oratio.

Absólue quæsumus Dómine tuôrum delícta populôrum: vt á peccatôrum nostrôrum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte contráximus: tua benignitáte liberémur. Per Dóminum. Aliæ Orationes vt suprà.

Léctio epistolæ beáti Pauli apóstoli ad Colossenses.

Fratres. Non cessámus pro vobis orántes & postulántes, vt imple

Cap 1.

ámini agnitióne voluntátis Dei, in omni sapiéntia & intelléctu spirituáli: vt ambulétis dignè, Deo per ómnia placéntes: in omni ópere bono fructificántes, & crescêntes in sciéntia Dei: in omni virtûte confortâti secúndùm poténtiam claritátis eius: in omni patiéntia & longaminitâte: cum gáudio grátias agéntes Deo & Patri, qui dignos nos fecit in pártem sortis sanctórum, in lúmine: qui eripuit nos de potestáte tenebrárum, & tránstulit in regnum filij dilectiónis suæ: in quo habémus redemptiónẽ, & remissiónem peccatórum. In Christo Iesu Dómino nostro.

Grad. L iberâsti nos. Allelúia. Qui posuit vt suprà.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Matthæum.

c.9. IN illo témpore. Loquénte Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accéssit, & adorábat eum, dicens. Dómine, filia mea modò defúncta est: sed veni, impône manum super eam, & viuet. Et surgens Iesus, sequebátur eum, & discípuli eius. Et ecce múlier, quę sánguinis fluxum patiebâtur annis duódecim, accéssit retrò, & tétigit fímbriã vestiménti eius. Dicébat enim intra se. Si tetígero tantùm vestiméntum eius; salua ero. At Iesus conuérsus, & videns eam, dixit. Confide filia: fides tua te saluam fecit. Et salua facta est múlier ex illa hora. Et cùm venísset Iesus in domum príncipis, & vidísset tibícines & turbam tumultuántem, dicébat. Recédite: non est enim puélla mórtua, sed dormit. Et deridébant eum. Et cùm eiécta essет turba: intráuit, & ténuit manum eius, & dixit. Puélla, surge. Et surréxit puélla. Et éxiit fama hæc in vniuérsam terram illã. C redo.

Offert. De profúndis clamáui.

Secreta.

PRo nostræ seruitûtis augménto sacrifícium tibi Dómine laudis offérimus: vt quod imméritis contulísti: propítius exequâris. Per.

Comm. Amen dico vobis.

Complenda.

SVméntes Dómine dona cæléstia, quæsumus: vt prouenîre nobis ad iudícium non patiâris: quod tuis fidélibus ad remédiũ prouidîsti. Per.

DOMINICA Vigesima quinta.

DIcit Dóminus.

Repetatur vt suprà. Oratio.

EXcita quæsumus Dómine tuórum fidélium voluntátes: vt diuíni óperis fructum propénsius exequéntes: pietátis tuæ remédia maiôra percípiant. Per.

Aliæ Orationes vt suprà.

Lectio Ierémiæ prophétæ.

ECce dies véniunt, dicit Dóminus: & suscitâbo Dauid germen iustum: & regnábit rex, & sápiens erit: & fáciet iudícium & iustíciam in terra. In diébus illis saluábitur Iuda, & Israël habitábit cõfidénter. Et hoc est nomen, quòd vocábunt eum, Dóminus iustus noster. Propter hoc ecce dies véniunt, dicit Dóminus: & nõ dicent vltrà, Viuit Dóminus qui edúxit filios Israël de terra Ægypti: sed viuit Dóminus, qui edúxit & addúxit semen domus Israël de terra aquilónis, & de cunctis terris, ad quas eiéceram eos illuc. Et habitábunt in terra sua: dicit Dóminus omnípotens. Cap 23.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Ioánnem.

c.6. IN illo témpore. Cùm ſubleuâſſet óculos Ieſus, & vidíſſet quia multitúdo máxima venit ad eum, dicit ad Philíppum. Vnde emémus panes, vt mandûcent hi? Hoc autem dicébat tentans eum: ipſe enim ſciébat, quid eſſet factûrus. Reſpóndit ei Philíppus. Ducentôrum denariôrum panes non ſuffíciunt eis, vt vnusquisq; módicum quid accípiat. Dicit ei vnus ex diſcípulis eius, Andréas frater Simônis Petri. Eſt puer vnus hîc, qui habet quinq; panes hordeáceos, & duos piſces: ſed hæc quid ſunt inter tantos? Dicit ergo Ieſus. Fácite hómines diſcúmbere. Erat autem fœnum multum in loco. Diſcubuêrunt ergo viri número quaſi quinq; míllia. Accépit ergo Ieſus panes: & cùm grátias egîſſet, diſtríbuit diſcumbéntibus. Simíliter & ex píſcibus, quantum volébat. Vt autem impléti ſunt, dixit diſcípulis ſuis. Collígite quæ ſuperauêrunt fragménta, ne péreant. Collegêrunt ergo, & impleuérunt duódecim cophínos fragmentôrũ, ex quinque pánibus hordeáceis, quę ſuperfuêrunt his, qui manducáuerant. Illi ergo hómines, cùm vidíſſent quod Ieſus fécerat ſignum, dicébant. Quia hic eſt verè prophéta, qui ventûrus eſt in mundum. C redo.

Cap 23.

Secreta.

PRopítius eſto Dômine ſupplicatiónibus noſtris: & pópuli tui óblatiónibus precibuſq; ſuſcéptis: ómnium noſtrôrum ad te corda conuérte: vt à terrénis cupiditátibus liberâti: ad cæléſtia deſidéria tranſeámus. Per.

Complenda.

COncéde nobis quæſumus Dómine: vt per hæc Sacraménta quæ ſúmpſimus: quicquid in noſtra mente vitiôſum eſt: ipſôrum medicatiónis dono curétur. Per.

IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS Eccleſiæ.

Quod per Diœceſim Varmieñ: ſimul vbique celebratur, ſicut totum duplex, in Calendis Octob. ſi dies ipſa Dominica fuerit: alioqui Dominica proximè ſequenti.



ERRIBILIS eſt locus iſte: hic domus Dei eſt, & porta cæli: & vocábitur aula Dei: Pſal. Quàm dilécta tabernácula tua Dómine virtútum: concupíſcit, & déficit ánima mea in átria Dómini. Ver. Glória. K yrie maius totum duplex. Oratio.

Gen 28.

Pſa. 83

DEus qui nobis per ſíngulos annos huius ſancti templi tui cõſecratiónis réparas diem: & ſacris ſem per myſtérijs repræſéntas incólumes: exáudi preces pópuli tui & præſta: vt quisquis hoc templum benefícia petitûrus ingréditur: cuncta ſe impetrâſſe lætêtur. Per Dominũ. Hac die fit commemo: de currenti Dominica.

Léctio libri Apocalypſis beáti Ioánnis Apóſtoli.

IN diébus illis. Vidi ciuitátem ſanctam Ierúſalem nouam deſcendẽtem de cælo, à Deo parátam, ſicut ſponſam ornátam viro ſuo. Et audí-

Cap 21.

ui vocem magnam de throno dicéntem. Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, & habitábit cum eis. Et ipſi pópulus eius erunt: & ipſe Deus cum eis erit eôrum Deus. Et abſtérget Deus omnem láchrymam ab óculis eôrum: & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quæ prima abiêrunt. Et dixit qui ſedébat in throno: Ecce noua fácio ómnia.

Grad. Locus iſte à Deo factus eſt, inæſtimábile ſacraméntum, irreprehenſibilis eſt. Ver. Deus, cui aſtant angelòrũ chori, exáudi preces ſeruôrum tuôrum. Allelúia. Ver. Vox exultatiónis & ſalútis, in tabernáculis iuſtôrum. Proſa.

PSallat eccléſia, mater illibâta, & virgo ſine ruga, honôrem huius eccléſiæ.

Hæc domus aulæ cæléſtis probâtur párticeps.

In laude regis cælôrum, & cæremóniis.

Et lúmine contínuo æmulans ciuitátẽ ſine ténebris.

Et córpora in grémio confóuens animârum, quæ in cælo viuunt.

Quam déxtera prótegat Dei.

Ad laudem ipsíus diu.

Hic nouam prolem grátia parturit, fœcúnda ſpíritu ſancto.

Angeli ciues vísitant hic ſuos; & corpus ſúmitur Ieſu.

Fúgiunt vniuérſa córporis nocua.

Péreunt peccatrícis ánimæ crímina.

Hîc vox lætítiæ perſonat.

Hîc pax, & gáudia redúndant.

Hac domo Trinitáti laus & glória ſemper reſúltent.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndum Lucam.

Cap 19. IN illo témpore. Ingréſsus Ieſus perambulábat Iericho. Et ecce vir nómine Zacchæus: & hic erat princeps publicanôrum, & ipſe diues. Et quærébat vidêre Ieſum quis eſſet: & non póterat præ turba, quia ſtatûra pusíllus erat. Et præcúrrens aſcéndit in árborem ſycomôrum, vt vidêret eum; quia inde erat tranſitûrus. Et cùm venîſset ad locum, ſuſpíciens Ieſus vidit illum, & dixit ad eum. Zacchæe, feſtínans deſcênde: quia hódie in domo tua opórtet me manêre. Et feſtínans deſcéndit: & excépit illum gaudens. Et cùm vidérent omnes, murmurábant, dicéntes, quód ad hóminem peccatôrem diuertîſſet. Stans autem Zacchæus, dixit ad Dóminum. Ecce dimídium bonôrum meôrum Dómine, do paupéribus: & ſi quid áliquem defraudâui, reddo quadrúplum. Ait Ieſus ad eum. Quia hódie ſalus dómui huic facta eſt: cò quòd & ipſe filius ſit Abrahæ. Venit enim filius hóminis quærere, & ſaluum facére quod perierat. Credo.

Offert. Dómine Deus in ſimplicitáte cordis mei lætus óbtuli vniuérſa: & pópulum tuũ qui repértus eſt, vidi cum ingénti gáudio: Deus Iſraël cuſtódi hanc voluntátem. 1. Par. 29.

Secreta.

ANnue quæſumus Dómine précibus noſtris: vt quicúnq; intra templi huius, cuius anniuerſáriũ dedicatiónis diem celebrámus, ámbitum continémur: plena tibi atque perfécta córporis & ánimæ deuotiône placeámus: vt dum hæc vota præſéntia réddimus: ad ætérna præmia te adiuuánte peruenîre mereámur. Per. Comm. Domus mea, domus oratiónis vocábitur, dicit Dóminus: in ea omnis qui petit, áccipit; & qui quærit Iſa. 56 Mat. 21.

quærit, inuénit: & pulſánti aperiétur.

Complenda.

DEus qui de viuis & eléctis lapídibus ætêrnum maieſtáti tuæ præparas habitáculum: auxiliáre pópulo tuo ſupplicánti: vt quod eccléſiæ tuæ proficit coporálibus ſpátijs: ſpirituálibus amplificétur augméntis. Per Dó.

Infrà Octauam anniuerſarii Dedicationis eccleſiæ, quotidie dicitur Miſſa vt ſuprà, cum Kyrieeleiſon. Semiduplici, & tribus Orationibus ab vna concluſione. Niſi occurrat memo. de ſancto: ſecunda Oratio erit, Concéde nos fámulos: tertia Ecclesiæ tuæ. Alioqui ſecunda dicetur de ſancto, tertia verò de Beata Maria. Proſa dicatur à principio, vel ab hoc ℣. Hic vox lætitiæ. Si occurrat feſtum ix. lect. Miſſa fit de eo vt Semiduplici, cum memo. Octauæ, & B. Mariæ. De feſto iij. lect. fit memor: tantùm. In Octaua die Kyrie vt ſuprà. Secunda Oratio erit de occurrenti Dominica tantùm: niſi etiam tertia dicenda fuerit pro memo: de ſancto. Proſa dicitur integra.

In ipſa die Dedicationis eccleſiæ & per Octauam Miſſa dicitur vt ſuprà in anniuerſario Dedicationis: exceptis Orationibus, quarum loco dicuntur ſequentes.

Oratio.

DEus qui inuiſibíliter ómnia cõtines: & tamen pro ſalûte géneris humáni ſigna tuæ poténtiæ viſibíliter oſténdis: templum hoc poténtiæ tuæ inhabitatiónis illúſtra: & concéde: vt omnes qui huc deprecatûri conuéniunt: ex quacunque tribulatióne clamáuerint: conſolatiónis tuæ benefícia conſequántur. Per Dóminum.

Secreta.

DEus qui ſacrandôrum tibi autor es múnerum: effúnde ſuper hanc oratiónis domum benedictiónem tuam: vt ab ómnibus in ea inuocántibus nomen tuum: defenſiónis tuæ ſentiâtur auxílium. Per Dó.

Complenda.

QVæſumus omnípotens Deus: vt in hoc loco ſancto nómini tuo dedicâto: cunctis peténtibus aures tuæ pietâtis accómodes. Per Dó.

In ipſa die Dedicationis altaris, totũ officium agitur vt ſuprà in anniuerſario Dedicationis Eccleſiæ; præter Orationes: quarum loco dicuntur ſequentes.

Oratio.

DEus qui ex omni coaptatióne ſanctôrum ætérnum tibi condis habitáculum: da ædificatiónis tuæ increménta cæléſtia: vt quorum hic relíquias pro amôre compléctimur: eórum ſemper méritis adiuuémur. Per Dóminum.

Secreta.

OMnípotens ſempitérne Deus: altâre hoc nómini tuo dedicátum, cæléſtis virtûtis benedictióne ſanctífica: & ómnibus in te ſperántibus auxílii tui munus oſténde: vt & hic ſacramentôrum virtus: & votôrum obtineâtur efféctus. Per Dñm.

Complenda.

QVæſumus omnípotens Deus: vt in hoc loco ſancto nómini tuo dedicáto: cunctis peténtibus aures tuæ pietátis accómmodes. Per.D.

FINIS.


Sancti Dei Omnes intercedere dignemini.
pro nrâ omniq. salute. Amen.

PROPRIVM MISSARVM DE SANCTIS.

IN VIGILIA SANCTI Andreæ Apostoli.

Introitus.

DOMInus secus mare Galileę vidit duos fratres, Petrũ & Andréã, & vocáuit eos: venîte post me: fáciã vos fiéri piscatôres hóminũ **Psal.** Cæli enárrant glóriã Dei: & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum. **Ver.** Glória Kyrie. Quadra.

Pfa. 18.

Oratio.

QVæsumus, omnípotens Deus: vt beátus Andréas apóstolus, tuum pro nobis ímploret auxílium: vt, à nostris reátibus absolúti, à cunctis etiam perículis eruâmur. Per D.

Pro commemoratione sancti Saturnini martyris. Oratio.

DEus, qui nos beáti Satúrnini mártyris tui concédis natalítio perfrúi: eius nos tribue méritis ad iuuâri. Per.

Si vigilia S. Andreæ venerit feria ij. aut iij. in Missa de vigilia, secunda Oratio erit de Aduentu, tertia de S. Saturnino. Sin occurrat feria iiij. v. aut vj. secunda Oratio dicetur de S. Saturnino, tertia de beata Maria. Concéde. Si festum S. Andreę venerit feria ij. & Sabbatho præcedẽti, dicantur duę Missę: prima Missa erit de vigilia, cum secunda Oratione de B. Maria: tertia Ecclesiæ. Summa verò fit principaliter de B. Maria, quia solennis commemoratio B. virginis. In qua secunda Oratio de Vigilia omitti poterit, & eius loco dici de S. spiritu, Deus qui corda. tertia Ecclesiæ. vel ad libitũ. Si verò prædicto Sabbatho vna tantùm Missa fiat, principaliter dicetur de B. Maria cum secunda Oratione de Vigilia, & tertia Deus qui corda. Et memoria S. Saturnini fit in Dominica. Sin autem festum S. Andreæ inciderit in Dominicam, transfertur in ij. feriam. Et tunc de eius Vigilia fit Sabbatho præcedenti. In quo si dicantur duæ Missæ; prima erit de Vigilia cum commemoratione B. Mariæ, & S. Saturnini. Summa verò semper fit de B. Maria. In qua dicitur secunda Oratio Deus qui corda. tertia Ecclesiæ. vel ad libitum. Alioqui si vna tantùm Missa, eaque de S. Maria dicatur, secunda Oratio erit de Vigilia, tertia de S. Saturnino.

Léctio libri Sapiéntiæ.

BEnedíctio Dómini super caput iusti. Ideò dedit illi Dóminus hęreditâtem: & diuísit ei partem in tribúbus duódecim: & inuênit grátiam in conspéctu omnis carnis. Magnificâuit eum in timóre inimicórum: & in verbis suis monstra placáuit. Glorificâuit eum in conspéctu regum, & Ecc 44. & 45.

osténdit illi glóriam suam. In fide & lenitâte ipsius, sanctum fecit illum: & elégit eum ex omni carne. Et dedit illi coràm præcépta, & legem vitæ & disciplínæ: & excélsum fecit illum. Státuit illi testaméntum ætérnum, & circũcínxit eum zona iustítiæ. Et índuit eum Dóminus corônã gloriæ.

Psa. 138. Grad. N imis honorâti sunt amíci tui Deus: nimis confortâtus est principâtus eôrum. Ver. Dinumerábo eos: & super arénam multiplicabúntur.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 1. IN illo témpore. Stabat Ioánnes, & ex discípulis eius duo. Et respíciens Iesum ambulántem, dicit. Ecce agnus Dei. Et audiêrunt eum duo discípuli loquéntem: & secúti sunt Iesum. Conuérsus autem Iesus, & videns eos sequéntes se, dicit eis. Quid quæritis? Qui dixêrunt ei. Rabbi (quod dícitur interpretátum magíster) vbi hábitas? Dicit eis. Venîte, & vidête. Venêrunt, & vidêrunt vbi manêret: & apud eum mansérunt die illo. Hora autem erat quasi décima. Erat autem Andréas frater Simônis Petri, vnus ex duóbus qui audíerant à Ioánne, & secûti fúerant eum. Inuénit hic, primum, fratrem suum Simônem; & dicit ei. Inuénimus Messíam, quod est interpretâtum Christus. Et addûxit eum ad Iesum. Intuítus autem eum Iesus dixit. Tu es Simon filius Iona: tu vocáberis Cephas, quod interpretátur Petrus. In crástinum vóluit exíre in Galilæam: & inuénit Philíppum. Et dicit ei Iesus. Séquere me. Erat autem Philíppus à Bethsáida, ciuitáte Andreæ & Petri. Inuénit Philippus Nathánaël: & dicit ei. Quem scripsit Moyses in lege, & Prophétæ: inuénimus Iesum filum Ioseph, á Názareth. Et dixit ei Nathánaël. A Názareth potest áliquid boni esse? Dicit ei Philíppus. Veni, & vide. Vidit Iesus Nathánaël veniéntem ad se: & dicit de eo. Ecce, verè Israëlita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathánaël. Vnde me nosti? Respóndit Iesus, & dixit ei. Priusquàm te Philíppus vocâret, cùm esses sub ficu, vidi te. Respóndit ei Nathánaël, & ait. Rabbi, tu es filius Dei: tu es rex Israël. Respóndit Iesus, & dixit ei. Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis: maius his vidébis. Et dicit ei. Amen amen dico vobis: vidébitis cælum apértum, & ángelos Dei ascendéntes & descendéntes supra fílium hóminis.

Offert. Glória & honôre coronâsti eũ: & constituísti eum super ópera mánuũ tuârum, Dómine.

Secreta.

SAcrándum tibi Dómine munus offérimus: quo beáti Andréæ solénnia recoléntes: purificatiónem quoque nostris méntibus implorámus. Per Dóminum.

Pro commemoratione S. Saturnini mártyris.

Secreta.

MVnera tibi Dómine, dicâta sanctífica: & intercedénte beáto Saturníno mártyre tuo: per hæc eadem nos placátus inténde. Per.

Præfatio communis.

Communio.

Dicit Andréas Simôni fratri suo: inuénimus Messíam, qui dícitur Christus: & addûxit eum ad Iesum.

Complenda.

PErcéptis Dómine sacraméntis supplíciter exorâmus: vt intercedénte beáto Andrea Apóstolo tuo: quæ pro illíus veneránda gérimus passiône: nobis proficiant ad me-

délam

délam. Per Dóminum.

Pro commemoratione S. Saturnini martyris. Complenda.

SAnctíficet nos quæsumus, Dómine, tui percéptio sacraménti: & intercessióne beáti Saturníni mártyris tui tibi reddat accéptos. Per Dó.

Sequens festum S. Andreæ, si venerit in Dominica, transfertur cum celebritate in ij. feriam.

IN FESTO S. ANDREÆ Apostoli. Introitus.

Die 30. Psa 138.

MIhi autem nimis honorâti sũt amíci tui Deus: nimis confortâtus est principàtus eôrum. Psal. Dómine probásti me, & cognouísti me: tu cognouísti sessiónem meam, & resurrectiónem meam. Ver. Glória patri. Kyrieeléison maius totumduplex. Oratio.

MAiestátem tuam, Dómine, súpplíciter exorámus: vt sicut eccléſiæ tuæ beátus Andréas Apóstolus éxtitit prædicátor & rector; ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dóminũ. Sola dicatur.

Léctio epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romános.

Cap 10.

FRatres. Corde créditur ad iustítiam: ore autem, conféssio fit ad salûtem. Dicit enim scriptûra. Omnis qui credit in illum, non confundétur. Non enim est distínctio Iudæi & Græci. Nam idem Dóminus ómnium, diues in omnes qui ínuocant illum. Omnis enim quicúnque inuocáuerit nomen Dómini: saluus erit. Quómodo ergo inuocábunt, in quẽ non credidérunt? Aut quómodo credent ei, quem non audiêrunt? Quómodo ergo áudient sine prædicánte? Quómodo verò prædicábunt, nisi mittántur? Sicut scriptum est. Quàm spécióſi pedes euangelizántium pacem, euangelizántium bona. Sed nõ omnes obédiunt euangélio. Isaías enim dicit. Dómine quis crédidit auditui nostro? Ergo fides, ex audítu: audítus autem, per verbum Christi. Sed dico. Nunquid non audiérunt? Et quidem in omnem terram exíuit sonus eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum.

Grad. Nimis honorâti sunt amíci tui Deus: nimis confortátus est principátus eôrum. Ver. Dinumerábo eos: & super arénam multiplicabúntur. Allelúia Ver. Diléxit Andréam Dóminus in odôrem suauitátis. Allelúia. Prosa. Psa. 38.

DEus in tua virtúte sanctus Andreas gaudet, & lætátur eádem comitátus.

Piscátio nati tui ipse primùm factus, piscátor populôrum.

Myrmídones idololâtras diu fluctíuagos, reti cepit fidei.

Hic légibus Acháiam tuis Deus, victor illíus subiugâuit.

Et trophæum Christi tui fixit ibi, bonũ se osténtans mílitem.

Miráculis, virtútibus, doctrínis, quæcúnque quæsita spólia tibi, o rex, áttulit.

Atque suo cruôre triúmphi inscrípsit títulos tui, regum Dómine.

Istum crucis sócium, & regni crédimus Christi filii tui, atque fratérculum.

Nos igi-

Nos ígitur peccátis nostris grauáti, te Deum póscimus,
Vt illius, qui tua semper sectátus præcépta, tibi placet,
Nos intercessióne tueâris in ætérnum.
Vel Prosa. Clare sanctorum. infrà in festo S. Thomæ Apostoli, fol. 316.

Sequéntia sancti cuangélii secúndùm Matthæum.

Cap 4. IN illo témpore. Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simônem qui vocátur Petrus, & Andrêam fratrem eius, mitténtes rete in mare (erant enim piscatôres) & ait illis. Venîte post me: & fáciam vos fíeri piscatôres hóminum. At illi contínuò relíctis rétibus, secûti sunt eum. Et procédens inde, vidit álios duos fratres, Iacóbum Zebedæi & Ioánnem fratrem eius in naui, cum Zebedæo patre eôrum, reficiéntes rétia sua: & vocáuit eos. Illi autem statim, relíctis rétibus & patre, secûti sunt eum. Credo.

Pſa. 138. Offert. Mihi autem nimis honorâti sunt amíci tui Deus: nimis confortâtus est principátus eôrum. Secreta.

SAcrifícium nostrum quæsumus, tibi Dómine, beáti Andréæ Apóstoli tui precatio sancta concíliet: vt, in cuius honôre solénniter exhibétur: eius méritis efficiâtur accéptum. Per.

Præfatio de Apostolis. fol. 199.

Mat 4 Communio. Veníte post me, fáciam vos fíeri piscatôres hóminum: at illi relíctis rétibus & naui secûti sunt Dóminũ

Complenda.

SVmpsimus Dómine diuína mystéria beáti Andréæ festiuitáte lætántes: quæ sicut tuis sánctis ad glóriam: ita nobis, quæsumus, ad véniam prodésse perfícias. Per Dñm.

Infrà Octauam S. Andreæ, quando venerit ante Aduentum, idem fit officium quod in die, cum Kyrieel. semiduplici, & tribus orationibus. Itaque secũdo die erit secũda Oratio de S. Heligio, tertia de B Maria: tertio die secunda Oratio Concede nos fámulos. tertia Ecclésiæ.

FESTA DECEMBRIS

Die 1.

Pro commemoratione S. Heligii Episcopi & Confessoris Oratio Da quæsumus omnipotens Deus. cum sua secreta & Complen. de communi vnius Confess. & Pontificis, fol. 18.

IN FESTO S. BARBARÆ virginis & martyris.

Introitus.



Audeâmus omnes in Dómino, diem festum celebrántes in honôre Bárbarę vírginis: de cuius passióne gaudent ángeli, & colláudant fílium Dei. Psal. Eructáuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. Ver. Gloria. Kyrie ix. lecti. Oratio.

COrdibus nostris, quæsumus, Dómine, benedictiónis tuæ rorem méritis & intercessióne beátæ Bárbaræ vírginis & mártyris tuæ, benígnus infúnde: vt qui eius implorámus auxílium: célerem tuæ propiciatiónis sentiámus efféctum. Per.

Lectio. Confitébor tibi Dómine. fol. 28. Grad. Audi filia, & vide, & inclína aurem tuam: quia concupîuit rex spéciem tuam. Ver. Spécie tua, & pulchri-

Pſa. 44

túdine tua : inténde,próſpere procêde, & regna. Allelúia. Ver. Egrégia ſponſa Chriſti, implóra pro nobis Dóminum Ieſum Chriſtum. Allelúia. Proſa. Exúltent filiiæ Sion. de commu. virg. fo. 30.

Euangel. Simile eſt regnum cælórum decem virginibus. ibid. fol. 31.

Offert. Afferéntur regi vírgines : próximæ eius afferéntur tibi, in lætítia & exultatióne : adducéntur in templum regi Dómino.

Secreta.

DOmine Ieſu Chriſte,qui pro ſalúte géneris humáni te Deo patri, hóſtiam obtulîſti : hanc oblatiónem quã in veneratiône beátæ Bárbaræ vírginis & mártyris tuæ offérimus: benedictiónis tuæ rore perfúnde : vt qui tua per eam benefícia póſcimus: te propitiánte ſalúbriter conſequâmur. Qui cum eódem Deo patre in vnitáte Spíritus ſancti viuis & regnas Deus, per ómnia ſ. ſ.

Communio. Quinque prudéntes vírgines accepêrunt óleum in vaſis ſuis cũ lampádibus:média autem nocte clamor factus eſt : ecce ſponſus venit,exîte óbuiam Chriſto Dómino.

Complenda.

SVmpta, quæſumus, Dómine, ſacraménta cæléſtia , ab omni nos aduerſitáte cuſtódiant: & beátæ Bárbaræ vírginis & mártyris tuæ méritis interueniéntibus: propitiatiônis tuæ nobis contínuum præſtent auxílium. Per.

Pro commemoratione S. Sabbæ Abbatis. Oratio.

INtercéſsio nos, quæſumus Dómine, beáti Sabbæ ábbatis commêndet: vt quod noſtris méritis non valémus : eius patrocínio aſſequâmur. Per.

Secreta.

SAcris altáribus, Dómine,hóſtias ſuperpóſitas,ſanctus Sabbas quę ſumus in ſalútem nobis prouenîre de póſcat. Per.

Complenda.

PRótegat nos, Dómine , cum tui perceptióne ſacraménti beátus Sabbas pro nobis intercedéndo : vt & conuerſatiónis eius experiâmur in ſignia : & interceſsiónis ipsíus percipiámus ſuffrágia. Per.

IN FESTO S. NICOLAI
Epiſcopi & Confeſſoris.

Introitus.



STátuit ei Dóminus teſtaméntum pacis: & príncipem fecit eum : vt ſit illi ſacerdótii dígnitas in ætérnum. Pſal. Miſeri córdias Dómini , in ætérnum cantábo. Ver. Gloria. Kyrie. ſemiduplex.

Oratio.

DEus qui beâtũ Nicolâum pontíficem tuum innúmeris decorâſti miráculis: tríbue quæſumns : vt eius méritis & précibus à gehénnæ incéndiis liberêmur. Per.

Lectio. Ecce ſacérdos magnus,qui in diébus ſuis. fol. 20.

Grad. Dómine præuenîſti eum in benedictiónibus dulcédinis : poſuîſti in cápite eius corónam de lápide pretiôſo. Ver. Vitam pétiit: & tribuîſti ei longitúdinem diêrum, in ſéculum ſéculi. Allelúia. Ver. Iuſtus vt palma florébit;& ſicut Cedrus Líbani multiplicábitur. Allelúia.

Proſa.

SAncte Dei póntifex,ſis reôrum ópifex, lux, & decus præſulum, Nicoláe.

Sanctus ab infántia refulsísti, grátia illustrándo sécula, Nicoláe.
Salus in periculis, tuis esto fámulis, gemma sacerdôtum, Nicoláe.
Perlustrándo æquôra, siste ratem ánchora, nostrum sumens votum, Nicoláe.
Subleuándo débiles, consolâre flébiles, Nicoláe.
Exorándo véniam, reis confer grátiam, Nicoláe.
Audi præsul ad te flentes, adiuuésque précibus, ô Nicoláe.
Per te Deus vt geméntes cæli iungat sédibus, ô Nicoláe.

Euange: Sint lumbi vestri præcíncti. De communi Con. fol. 24. Non dicitur Credo, nisi vbi patronus fuerit.

Pſa. 88. Offert. Véritas mea, & misericórdia mea cum ipso: & in nómine meo exaltábitur cornu eius. Secreta.

SAnctífica, quæsumus, Dómine Deus, hæc múnera: quæ in solennitáte sancti antístitis tui Nicolái offérimus: vt per ea, vita nostra inter aduérsa & próspera vbíq; dirigátur. Per. Communio.

Matt 24. Beátus seruus, quem cùm vénerit Dóminus, inuénerit vigilántem: amen dico vobis, super ómnia bona sua constítuet eum. Complenda.

Die 7. SAcrifícia quæ súmpsimus, Domine pro solennitâte sancti pontíficis tui Nicolái: sempitérna nos protectióne conséruent. Per.

IN OCTAVA S. ANDREAE

Dicuntur omnia sicut in die; excepta Oratione cum sua Secreta & Complen. quæ dicuntur vt infrà: & præterquàm quòd fit cum Kyrie de alternantibus sine Gloria in excel. Et dicuntur tres Orationes. Nec Prosa dicitur, nec Credo, nec Præfatio de Apostolis, sed communis sub nota iij lect. cętera ferialiter.

Oratio.

PRótegat nos Dómine beáti Andréæ apóstoli tui sæpius repetita solénnitas: vt cuius patrocínia sine intermissióne recólimus: perpétuam defensiónem sentiámus. Per. Secreta.

INdulgéntiam nobis præbeãt hæc múnera, quæsumus Dómine, largiôrem: quæ beáti Andréæ apóstoli tui suffrágiis offerúntur. Per.

Complenda.

ADiûuet famíliam tuam, tibi Dómine, supplicándo beátus Andreas apóstolus tuus: qui tui nóminis éxtitit prædicâtor & rector. Per.

IN FESTO CONCEPTIONIS
Beatæ Mariæ virginis.



Introitus.

GAudeâmus omnes in Dómino, diem festum celebrántes, in honôre Maríæ vírginis: de cuius conceptióne gaudent

Pſa. 44.

Pro s.

Die 8

dẽt ángeli, & colláudant filium Dei.
Psa. 44. Psal. Eructáuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. Ver. Gloria. Kyrie minus totumduplex.

Oratio.

FAmulis tuis, quæsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre: vt quibus beátæ vírginis partus éxtitit salútis exórdium: conceptiónis eius votîua solénnitas, pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.
Nulla fit commemoratio, nisi Dominica fuerit.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Pro s. DOminus possédit me ab inítio viârum suârũ, antequàm quicquam fáceret á princípio. Ab ætérno ordináta sum, & ex antíquis, antequam terra fíeret. Necdum erant abyssi: & ego iam concépta eram. Necdum fontes aquârum erúperant: necdum montes graui mole constíterant. Ante omnes colles ego parturiébar. Adhuc terram non fécerat, & flúmina, & cárdines orbis terræ. Quando præparâbat cælos, áderam. Quando certa lege, & gyro vallábat abyssos: Quãdo æthera firmábat sursum: & librábat fontes aquârum. Quando circumdábat mari términũ suum: & legem ponébat aquis; ne transírent fines suos. Quando appendébat fundaménta terræ, cum eo eram cuncta compónens. Et delectâbar per síngulos dies, ludens coram eo omni témpore, ludens in orbe terrârum: & delíciæ meæ, esse cum filiis hóminum. Nunc ergo filii audíte me. Beáti, qui custódiunt vias meas. Audîte disciplínam, & estôte sapiéntes: & nolîte abiícere eam. Beátus homo qui audit me: & qui vígilat ad fores meas quotídie: & obsérvat ad postes óstii mei. Qui me inuénerit, inuéniet vitam: & háuriet salûtem à Dómino.
Psa. 44. Gradu: Audi filia, & vide, & inclína aurem tuam: quia concupîuit rex spéciem tuam. Ver. Spécie tua, & pulchritúdine tua: inténde, prósperè, procêde, & regna. Allelúia. Conceptio gloriósæ vírginis Maríæ ex sémine Abrahæ, ortæ de tribu Iuda, clara ex stirpe Dauid. Allelúia.
Prosa. Stirpe Maria regia, vt in festo Natiuitatis Mariæ. fol.

Inítium sancti euangélii secúndum Matthæum.

LIber generatiónis Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham. Abraham génuit Isaac: Isaac autem génuit Iacob. Iacob autem génuit Iudam, & fratres eius. Iudas autem génuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem génuit Esrom. Esrom autem génuit Aram. Aram autem génuit Amínadab. Amínadab autem génuit Naáson. Naáson autem génuit Salmon. Salmon autem génuit Booz de Raab. Booz autem génuit Obeth ex Ruth. Obeth autem génuit Iesse. Iesse autem génuit Dauid regem. Dauid autem rex génuit Salomónem: ex ea quæ fuit Vríæ. Sálomon autem génuit Robóam. Robóam autem génuit Abiam. Abias autem génuit Asa. Asa autem génuit Iósaphat. Iósaphat autem génuit Ioram. Ioram autem génuit Ozíam. Ozías autem génuit Ióathan. Ióathan autem génuit Achaz. Achaz autem génuit Ezechíã. Ezechías autem génuit Manâssen. Manâsses autem génuit Amon. Amõ autem génuit Iosíam. Iosías autem

génuit Iechóniam, & fratres eius in transmigratióne Babylónis. Et post transmigratiónem Babylónis, Iechónias génuit Saláthiel. Saláthiel autē génuit Zorobâbel. Zorobâbel autē génuit Abiud. Abiud autem génuit Elíachim. Elíachim autem génuit Azor. Azor autem génuit Sadoc. Sadoc autem génuit Achim. Achim autem génuit Eliud. Eliud autem génuit Eleâzar. Eleâzar autem génuit Mathan. Mathan autem génuit Iacob. Iacob autem génuit Ioseph virum Maríæ; de qua natus est Iesus, qui vocâtur Christus. Credo. dicitur.

Offert. Felix namque es sacra virgo María, & omni laude digníssima: quia ex te ortus est Sol iustítiæ, Christus Deus noster. Secreta.

VNigéniti tui, Dómine, nobis succûrrat humánitas: vt, qui natus de vírgine, matris integritâtē non mínuit, sed sacráuit: in conceptiónis eius solénniis, nostris nos piáculis éxuens, oblatiónem nostram sibi fáciat accéptam, Iesus Christus Dóminus noster. Qui tecum.

Præfatio de beata virgine. Et te in conceptióne. fol. 184.

Communio. Beáta víscera Maríæ vírginis, quæ portauêrunt ætérni patris filium. Complenda.

SVmpsimus, Dómine, celebritâtis ánnuæ votíua sacraménta: præsta, quæsumus, vt temporális vitæ nobis remédia præbeant, & ætérnæ. Per Dóminum.

Pro commemoratione S. Damasi Oratio.

Die 11.

EXáudi Dómine preces nostras: & intercedénte beáto Damáso confessôre tuo atq; pontífice: indulgéntiam nobis tríbue placátus & pacem. Per. Secreta.

Accépta tibi sit, quæsumus Dómine, sacrátæ plebis oblátio, pro tuôrum honôre sanctôrū: quorum se méritis percepîsse de tribulatióne cognóscit auxílium. Per.

Complenda.

DA, quæsumus Dómine, fidélibus pópulis sanctórum tuôrū semper veneratióne lætâri: & eôrum perpétua supplicatióne muníri. Per.

S. LVCIÆ VIRGINIS & martyris. Introitus.



Die 13.

Dilexísti iustítiam, & odísti iniquitátem: proptérea vnxit te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ, præ consórtibus tuis. Psal. Eructáuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. Ver. Gloria. Psa. 44.

Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris noster: vt sicut de beátę Luciæ vírginis & mártyris tuæ festiuitáte gaudémus: ita piæ deuotiónis erudiâmur afféctu. Per.

Epistola. Qui gloriátur. fol. 29. In communi Virginum.

Gradu. Dilexísti iustítiam, & odísti iniquitátē. Ver. Proptérea vnxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ. Allelúia. Ver. Spécie tua, & pulchritúdine tua: inténde, prósperè, procêde, & regna. Allelúia. Prosa. Exúltēt filię Sion. fo. 30 Psa. 44.

Euang. Símile est regnum cælôrū thesáuro abscóndito. Ibidem.

Offert. Afferéntur regi vírgines: próximæ eius afferéntur tibi, in lætítia & exultatióne: adducéntur in templum Psa. 44.

regi Dómino. Secreta.

Pſa. 44. ACcépta tibi ſit, Dómine, ſacræ plebis oblátio pro tuôrum honôre ſanctôrum: quorum ſe méritis percepíſſe de tribulatióne cognóſcit, auxílium. Per.

Communio. Pſa. 44. Diffûſa eſt grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. Complenda.

Pſa. 44. SAtiâſti, Dómine, famíliam tuam munéribus ſacris: eius, quæſumus, ſemper interuentióne nos refóue: cuius ſolénnia cælebrâmus. Per.

S. LAZARI EPISCOPI.

Intr. Die 13. Pſa. 44. Die 17. itus.

STátuit ei Dóminus. De communi Confeſſorum. fol. 17. Oratio.

DEus, qui per vnigénitum tuum Dóminum noſtrum beátum Lázarum quadriduânum mórtuum de monuménto ſuſcitâſti: érige nos de túmulis peccatórum: vt mereâmur adipíſci conſórtium electôrum tuôrum. Per.

Epiſtola. Ecce ſacérdos. fol. 20.

Gradu. Dómine præueníſti. Allelúia. Iuſtus germinábit. Euang. Erat quidam languens. Require feria vj. poſt Lætáre. fol. 102.

Offert. Pſa. 44. Véritas mea, & miſericórdia mea cum ipſo, & in nómine meo exaltábitur cornu eius. Secreta.

INtercéſsio, quæſumus Dómine, beáti Lázari, noſtra tibi commendet ſacrifícia: & tua nobis multíplicet benefícia. Per.

Commu. Pſa. 44. Videns Dóminus flentes ſorôres Lázari ad monuméntum, lachrymátus eſt coram Iudæis: & clamábat: Lázare veni foras: & pródiit ligátis mánibus & pédibus: qui fúerat quadriduánus mórtuus. Complenda.

SVmpta, quæſumus Dómine ſacramẽta dulcédine ſupérna nos fóueant: & beáti Lázari interuéntu maieſtáti tuæ dignos efficiant. Per.

IN VIGILIA S. THOMÆ Apoſtoli. Introitus.

Die 20. EGo autem ſicut oliua. Omnia vt in vigilia vnius Apoſtoli. fol. 1. Kyrie quadrageſimale. Oratio.

COncéde nobis, quæſumus omnípotens Deus, ventûram beáti apóſtoli tui Thomæ ſolennitátẽ cóngruo præuenîre honôre: & veniéntẽ digna celebrâre deuotiónc. Per.

Secunda Oratio de Aduentu, tertia de B. Maria.

Lect. Benedíctio dñi ſuper caput iuſti. Gradu. Iuſtus vt palma.

Euang. Ego ſum vítis: vos pálmites. fol. 1. Secreta.

SVſcipe, quæſumus Dómine, fidélium preces, cum oblatiónibus hoſtiârum: & intercedénte beáto Thoma apóſtolo tuo: per hæc pię deuotiónis offícia, ad cæléſtem glóriam tranſeámus. Per.

Complenda.

PRæſta nobis ætérnæ felicitátis largîtor: eius nos vbíque prótegi oratióne: cuius natalítia per hæc ſancta quæ ſúmpſimus: votíuo præuénimus obſéquio. Per.

Si hæc Vigilia venerit in Quatuor temporibus, de ea fit tantùm cómemo.

IN FESTO S. THOMÆ Apoſtoli. Introitus.

Die 21. MIhi autẽ nimis honorâti ſunt amíci tui Deus: nimis confortâtus eſt principátus eôrũ. Pſal. Pſa. 138. Dómine

mine probâsti me, & cognouîsti me: tu cognouísti sessiónem meam, & resurrectiónem meam. Ver. Gloria. Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine, beáti apóstoli tui Thomæ solennitátibus gloriâri: vt eius semper & patrocíniis subleuêmur: & fidem cóngrua deuotióne sectémur. Per.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephésios.

Cap 2. FRatres. Iam non estis hóspites & áduenæ, sed estis ciues sanctôrũ & doméstici Dei, superædificáti supra fundaméntum Apostolôrum & prophetárum, ipso summo angulári lápide Christo Iesu. In quo omnis ædificátio constructa, crescit in templum sanctum in Dómino. In quo & vos coædificámini in habitáculum Dei, in Spíritu sancto.

Gradu. In omnem terram exíuit sonus Psa. 18. eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum. Ver. Cæli enárrant glóriam Dei: & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum. Allelúia. Ver. Nimis honorâti sunt amíci tui Deus: nimis confortâtus est principátus eôrum. Allelúia. Psa. 138.

Prosa.

CLare sanctôrum senátus Apostolôrum: princeps orbis terrârũ, rectórque regnôrum.

Ecclesiârum mores & vitam moderâre.

Quæ per doctrînam tuam fidéles sunt vbíque.

Antióchus & Remus concédunt, tibi Petre, regni sólium.

Tyránnidem tu Paule, Alexandrínam inuasísti, Græciam,

Acthíopes hórridos, Matthæe: agnélli véllere.

Qui máculas nésciat áliquas, vestísti cándido.

Thoma, Bartholomæe, Ioánnes, Philíppe, Simon, Iacobíque páriles.

Andrea, Thadęe, Deibellatôres inclyti.

En vos óriens & óccidens: imò totus mundi círculus se patres habêre gaudet & expéctat iúdices.

Et iccîrco mundus omnis laudes vobis, & honôrem sanctis débitum supplex impéndit.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 20. IN illo témpore. Thomas vnus de duódecim, qui dícitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixérunt ergo ei álii discípuli. Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis. Nisi vídero in mánibus eius fixùram clauôrum, & mittam dígitum meũ in locum clauôrum, & mittam manum meam in latus eius: non credã. Et post dies octo, ítersùm erant discípuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Iesus iánuis clausis, & stetit in médio, & dixit eis. Pax vobis. Deínde dicit Thomæ. Infer dígitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incrédulus, sed fidélis. Respóndit Thomas, & dixit ei. Dóminus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus. Quia vidîsti me Thoma, credidísti. Beáti qui non vidêrunt, & credidêrunt. Credo dicitur. Psa. 18.

Offert. In omnem terram exíuit sonus eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum.

Secreta.

DEbitum tibi, Dómine, nostræ réddimus seruitûtis, supplíciter exorántes: vt suffrágiis beáti Thomę apóstoli tui, in nobis tua múnera tueâris: cuius honoránda confessióne, laudis tibi hóstias immolámus. Per.

Præfatio de Apostolis. fol. 199.

Ioã. 20. Communio. M itte manum tuam, & cognosce loca clauôrum: & noli esse incrédulus, sed fidélis. Complenda.

COnsérua, Dómine, pópulum tuum: & quem sanctôrum tuórũ præsidiis nõ désinis adiuuâre: per pêtuis fácias gaudêre remédiis. Per.

FESTA IANVARII.

Die 10.

S. PAVLI EREMITÆ.

primi. Oratio.

DEus, qui nos beáti Pauli confessôris tui ánnua solennitáte lætíficas: concéde propítius: vt cuius natalítia cólimus, per eius ad te exémpla gradiâmur. Per Dóminum.

Secreta.

LAudis tibi, Dómine, hóstias immolâmus, in tuórum commemoratióne sanctôrum: quibus nos & præséntibus éxui malis cõfídimus, & futûris. Per Dóminum.

Complenda.

REfécti cibo potuque cæléSti, Dominus noster, te súpplices exorámus, vt in cuius hæc commemoratióne percépimus: eius muniâmur & précibus. Per Dóminum.

Die 13

SS. HILARII ET REMIGII

Confessorum.

SAcerdótes Dei. Oratio. Deus qui nos sanctôrum Confess. cum Secr. & Complen. de communi. Epistola Plures facti sunt sacer. Grad. Sacerdótes eius induant. Allelúia. Iusti epuléntur. Euang. Sint lumbi. Offert. Exultábunt sancti. Comm. Iustôrum ánimæ. Quære in communi Confessorum fol. 17.

S. FELICIS IN PINCIS

Confessoris.

OS iusti meditábitur. De communi Confessorum. fol. 19. Oratio. Die 4.

COncéde, quæsumus, omnípotens Deus: vt ad meliôrem vitam, sancti Felicis confessôris tui exémpla nos prouócent: quátenus cuius solénnia ágimus: étiam actus imitêmur. Per Dóminum.

Epistola. Doctrínis váriis. fol. 21. Gradu. Iuráuit Dñs. Allelúia. Inuéni Dauid. Euang. Qui vos audit. fo. 26. Offert. Glória & honôre. Secreta.

HOstias tibi, Dómine, beáti Felícis confessôris tui dicátas méritis benígnus assûme: & ad perpétuum nobis tríbue prouenîre subsídiũ. Per Dóminum: Communio. Posuîsti Dómine. Complenda.

QVæsumus Dómine, salutâribus repléti mystériis: vt cuius solénnia celebrámus: eius oratiónibus adiuuêmur. Per.

Die 15.

S. MAVRI ABBATIS.

Missa sicut in communi Cofessoris Abbatis. fol. 19.

Die 16.

S. MARCELLI

Episcopi & martyris.

Introitus.



STátuit ei Dóminus testaméntum pacis, & príncipem fecit eum, vt sit illi sacerdótii dígnitas in ætérnum. Psal. Miséricórdias Dómini in ætérnum cantábo. Ver. Gloria. Oratio.

PRæces pópuli tui, quęsumus Dómine, cleménter exáudi: vt beáti

Marcélli mártyris tui atque pontíficis méritis adiuuémur: cuius passióne lætâmur. Per.

Epistola. Benedíctus Deus. In communi martyris & pontificis. fol. 5.

Gradu. Inuéni Dauid seruum meum: óleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & bráchium meum confortábit eum. Ver. Nihil proficiet inimícus in eo: & filius iniquitátis non nocébit ei. Allelúia. Iuráuit Dóminus & non pœnitébit eum, tu es sacérdos in ætérnum secúndùm órdinem Melchísedech. Euang. Si quis vult venîre post me. In eodem cómuni. fol. 7.

Offert. Véritas mea. Secreta.

SVscipe, quæsumus Dómine, múnera dignánter oblàta: & beáti Marcélli suffragántibus méritis: ad nostræ salútis auxílium prouenîre cõcéde. Per.

Communio. Dómine quinq. talenta.

Complenda.

SAtiâsti Dómine famíliam tuam munéribus sacris: eius quæsumus interuentióne nos refóue: cuius solénnia celebrâmus. Per Dóminũ.

Die 17.

IN FESTO S. ANTONII Abbatis. Introitus.

Os iusti. Sicut in communi Confessoris Abbatis. fol. 19.

Die 18.

S. PRISCÆ VIRGINIS & martyris. Introitus.

Loquébar de testimóniis.

In communi virginum & martyrum. fol. 27. Oratio.

DA, quæsumus, omnipotens Deus: vt, qui beátæ Priscæ vírginis & mártyris tuę natalítia cólimus: & ánnua solennitáte lætémur: & tãtæ fídei proficiámus exémplo. Per.

Epistola. Qui gloriátur in Dómino.

Gradu. Spécie tua. Allelúia. Spécie tua. Euang. Símile est regnum cælorum thesáuro. Offert. Fíliæ regum.

Secreta.

HOstia, quæsumus Dómine, quã sanctæ Priscæ mártyris tuæ natalítia recenséntes offérimus: & vincula nostræ prauitátis absóluat: & tuæ nobis misericórdiæ dona concíliet. Per. Comm. Feci iudícium & iustítiam.

Complenda.

QVæsumus Dómine, salutáribus repléti mystériis: vt cuius solénnia celebrámus: eius oratiónibus adiuuémur. Per.

IN FESTO SANCTORVM martyrum Fabiani & Sebastiani. Introitus.

Die 20.



Ntret in conspectu tuo, Dómine, gémitus compeditórũ: redde vicínis nostris séptuplum, in sinu eôrum: víndica sánguinem sanctôrum tuôrum, qui effúsus est. Psal. Deus venêrunt gentes in hæreditatem tuam: polluêrunt templum sanctum tuum, posuêrunt Ierúsalem in pomorum custódiam. Ver. Glória. Oratio.

INfirmitátem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiónis grauat: beatôrum mártyrum tuôrum Fabiáni & Sebastiáni intercessio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Epistola. Sancti per fidem. fol. 12.

Gradu. Glorióstus Deus in sanctis suis; mirábilis in maiestáte, fáciens prodígia.

Ver.

Pſa. 67. Ver. Déxtera tua Dómine glorificáta eſt in virtúte: déxtera manus tua confregit inimícum. Allelúia. Ver. Mirábilis Dóminus noſter in ſanctis ſuis. Allelúia. Proſa. O beáta beatórum. fol. 13. Si poſt Lxx. venerit, Tractus Qui ſeminant in lachrymis, in exultatióne metent. Ver. Eúntes ibant, & flebant, mitténtes ſémina ſua. Ver. Veniéntes autẽ véniẽt cũ exultatióne, portãtes manípulos ſuos. Euang. Deſcéndens Ieſus de monte. fol. 14.

Pſa. 31. Offert. Lætámini in Dómino, & exultáte iuſti: & gloriámini omnes recti corde.

Secreta.

HOſtias tibi, Dómine, beatôrũ mártyrum tuôrum Fabiáni & Sebaſtiáni dicâtas méritis benígnus aſſúme: & ad perpétuum nobis tríbue prouenire ſubsídium.

Lu. 6. Communio. Multitûdo languéntium, & qui vexabántur à ſpirítibus immúndis, veniébant ad eum: quia virtus de illo exîbat, & ſanábat omnes.

Complenda.

REfecti participatióne muneris ſacri, quæſumus Dómine Deus noſter: vt beatôrum mártyrum tuôrum Fabiáni & Sebaſtiáni, quorum exéquimur cultum: ſentiámus effectum. Per.

Die 21.

IN FESTO S. AGNETIS virginis & martyris. Introitus.

Pſa. 118.  E expectauërũt peccatôres, vt pérderent me: teſtimónia tua Domine intellexi: omnis conſummatiónis vidi finẽ: latum mandátum tuum nimis. Pſal. Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Ver. Gloria. Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui infírma mundi éligis, vt fórtia quæque confúndas: concéde propítius: vt qui beátæ Agnétis vírginis & mártyris tuæ ſolénnia cólimus: eius apud te patrocínia ſentiâmus. Per.

Lectio. Confitébor tibi Dómine. In communi virginum. fol. 28.

Pſa. 44. Gradu. Diffûſa eſt grátia in lábiis tuis: propterea benedíxit te Deus in ætérnũ. Ver. Propter veritátem, & manſuetûdinem, & iuſtítiam: & dedûcet te mirabíliter déxtera tua. Allelú. Ver. Diffûſa eſt grátia in lábiis tuis: propterea benedíxit te Deus in ætérnũ. Allelúia

Pſa. 44. Proſa. Exúltent filiæ. Poſt Septuageſimam Tractus. Audi filia. fol. 30.

Euang. Símile eſt regnum cælorum decem virgínibus. In eodem comm. ibid.

Pſa. 44. Offert. Afferéntur regi vírgines: próximè eius afferẽtur tibi, in lętítia & exultatióne: adducéntur in templum regi Dómino.

Secreta.

HOſtias Dómine, quas tibi offérimus, propítius ſúſcipe: & intercedénte beáta Agnete vírgine & mártyre tua, víncula peccatôrũ noſtrôrum abſólue. Per Dóminum.

Mat 25. Communio. Quinque prudéntes vírgines accepêrunt óleum in vaſis ſuis cũ lampádibus: média autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exîte óbuiam Chriſto Dómino.

Complenda.

REfécti cibo potuq; cæléſti, Deus noſter te ſúpplices exorámus: vt in cuius hæc commemoratióne percépimus, eius muniámur & précibus. Per Dóminum.

Die 22.

IN FESTO S. VINCENTII martyris. Introitus.



Lætábitur iustus in Dómino, & sperábit in eo: & laudabúntur omnes recti corde. Psal. Exáudi Deus oratiónem meam cùm deprécor: à timóre inimíci, éripe ánimam meam. Ver. Gloria.

Psa. 63.

Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris: vt, qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus: beáti Vincéntii mártyris tui intercessiône liberémur. Per.

Epistola. Beátus vir, qui in sapiéntia morábitur. De cõmuni martyris. fol. 4.

Psa. 20.

Grad. Posuísti, Dómine, super caput eius corónam de lápide pretióso. Ver. Desidérium ánimæ eius tribuísti ei: & voluntáte labiórum eius non fraudásti eum. Allelúia. Ver. Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

Psa. 111.

Prosa. Spe mercédis. Post Lxx. Tractus. Desidérium ánimæ. fol. 6. Euang. Nisi granum fruménti. fol. 7. Offert. Gloria & honóre coronásti eũ: & cõstituísti eum super ópera mánuum tuárum Dómine.

Secreta.

MVnéribus nostris, quæsumus Dómine, precibusque suscéptis: & cæléstibus nos munda mystériis: & cleménter exáudi. Per.

Psa. 8.

Communio. Qui vult venire post me, abnéget semetípsum, & tollat crucem suam, & sequátur me.

Complenda.

QVæsumus, omnípotens Deus: vt, qui cæléstia aliménta percépimus: intercedénte beáto Vincéntio mártyre tuo: per hæc contra ómnia aduérsa muniámur. Per.

S. EMERENTIANAE virginis & martyris. Introitus.

Die 23.

ME expectauérunt. Oratio. Indulgentiam. cum sua Secr. & Comp. Epistola. Dómine Deus meus. Grad. Adiuuábit eam. Allelúia. Hæc est virgo. Post Septuagesimam Tractus Audi filia, & vide. Euang. Símile est regnũ cælórũ thesauro abscóndito, fol. 31. Offert. Diffúsa est. Comm. Dilexísti iustítiam: vt in communi virginum, fol. 26. & sequent.

SANCTI TIMOTHEI Episcopi & martyris. Introitus.

LætábitUr iustus. Oratio. Deus qui nos beáti Timothei. cum sua Secr. & Compl. fol. 3. Epistola. Testíficor coram. De Confess. fol. 21. Grad. Posuísti Dómine. Allelúia. Iustus vt palma. Post Septuagesimã Tractus. Desidérium ánimæ. In communi vnius mart. pont. fol. 7. Euang. Si qs venit ad me. Offert. In virtúte tua. Commu. Qui mihi minístrat.

Die 24.

IN CONVERSIONE S. Pauli Apostoli. Introitus.



Scio cui crédidi: & certus sum, quia potẽs est depósitum meum seruâre in illum diem, iustus iudex. Psal. Cæli enárrant glóriam Dei: & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum. Ver. Gloria.

Oratio.

DEus, qui vniuérsum mundum beáti Pauli apóstoli prædicatióne docuísti: da nobis, quæsumus: vt cuius hódie conuersiónem coli-

mus:

mus: per eius ad te exémpla gradiâmur. Per.

Léctio Actuum Apostolôrum.

Cap 8. IN diébus illis. Saulus adhuc spirans minârum, & cædis in discípulos Dómini, accésit ad príncipem Sacerdôtum, & pétiit ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas: vt si quos inuenísset huius viæ viros ac mulíeres, vinctos perdúceret in Ierúsalem. Et cùm iter fáceret: cóntigit, vt appropinquâret Damásco: & súbitò circumfúlsit eum lux de cælo: & cadens in terram, audíuit vocem dicéntem sibi. Saule, Saule, quid me perséqueris? Qui dixit. Quis es Dómine? Et ille. Ego sum Iesus, quem tu perséqueris. Durum est tibi contra stímulum calcitrâre. Et tremens ac stupens, dixit. Dómine quid me vis fácere? Et Dóminus ad eum. Surge, & ingrédere ciuitâtem: & dicêtur tibi, quid te opórteat fácere. Viri autem illi, qui comitabántur cum eo, stabant stupefácti, audiéntes quidẽ vocem, néminem autem vidéntes. Surréxit autem Saulus de terra, apertisque óculis nihil vidébat. Ad manus autem illum traléntes: introduxérunt Damáscum. Et erat ibi tribus diébus non videns: & non manducáuit, neque bibit. Erat autem quidam discípulus Damásci, nómine Anánias: & dixit ad illum in visu Dóminus. Anánia. At ille ait. Ecce ego Dómine. Et Dóminus ad illum. Surge, & vade in vicum, qui vocátur Rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nómine, Tharsénsẽ. Ecce enim orat. (Et vidit virum Anániam nómine, introeúntem, & imponéntem sibi manus, vt visum recípiat.) Respóndit autem Anánias. Dómine, audíui à multis de viro hoc, quanta mala sanctis tuis fécerit in Ierúsalem. Et hic, habet potestátem à princípibus sacerdótum, alligándi omnes qui ínuocãt nomen tuum. Dixit autem ad eum Dóminus. Vade, quóniam vas eléctiónis mihi est iste: vt portet nomẽ meum coram géntibus & régibus, & fíliis Israël. Ego enim osténdam illi, quanta opórteat eum pro nómine meo pati. Et ábiit Anánias: & introíuit in domum: & impónens ei manus, dixit. Saule frater, Dóminus Iesus misit me, qui appáruit tibi in via qua veniébas: vt vídeas, & impleâris Spíritu sancto. Et conféstim cecidêrunt ab óculis eius tanquam squamę: & visum recépit. Et surgens baptizâtus est. Et cùm accepísset cibum, cõfortátus est: Fuit autem cum discípulis qui erãt Damásci, per dies áliquot. Et contínuò ingréssus in synagógas, prædicâbat Iesum: quóniam hic est fílius Dei. Stupébant autem omnes, qui eũ audiébant, & dicébant. Nonné hic est, qui expugnábat in Ierúsalem eos, qui inuocâbant nomen istud? & huc ad hoc venit, vt vinctos illos dúceret ad príncipes sacerdôtũ? Saulus autem multò magis conualescébat, & confundébat Iudæos, qui habitábant Damásci, affírmans quóniam hic est Christus.

Grad. Qui operâtus est Petro in Apostolatu, operâtus est & mihi inter gentes: & cognouêrunt grátiam Dei, quæ data est mihi. **Ver.** Grátia Dei in me vácua non fuit: sed grátia eius semper in me manet. **Allelúia. Ver.** Tu es vas eléctiónis, sancte Paule Apóstole, géntium doctor: pro ómnibus nobis ora Deum, Gal. 8.

qui

qui te elégit. Allelúia. Prosa.

DIxit Dóminus: ex Basan conuértam, conuértam in profúndum maris.

QUod dixit & fecit: Saulum vt strauit, Paulum & státuit.

PEr verbum suum incarnâtũ, per quod fecit & sécula.

QUod dum impúgnat, audíuit: Saule, Saule, quid me perséqueris?

EGo sum Iesus: durum est tibi, vt recalcítres stímulo.

A fácie Dómini mota est terra: contremuitque, mox & quiéuit.

DUm cógnito crédidit Dómino Paulus, pérsequi cessat Christiános.

HInc lingua tuôrum est canum, ex inimícis rédiens ad te Deus.

DUm Paulus in ore ómnium sacerdôtum, iura dat præceptórum.

DOcens crucifixum non esse álium, præter Christum Deum.

CUm Patre qui regnat, & Sancto Spíritu: cuius testis Paulus.

HIc linguas sacerdótum more canis dum perlínxit, legis & euangélii duos molâres in his contríuit.

CorráSit vniuérsas spécies medicinârũ, quibus curántur saucii, reficiúntur enutriéndi.

QUo docénte Deum, mare vidit, & fugit: Iordánis conuérsus est retrórsũ.

QUia turba géntium relícto vitiôrum profúndo, Og rege Basan confûso.

TE solum adôrat, Christe, creatôrem, téque cognóscit in carne venísse redemptôrem.

Post Septuagesimam Tractus. TU es vas electiónis sancte Paule Apóstole: verè dignè es glorificándus. Ver. Prædicátor veritátis, & doctor géntium, in fide & veritáte. Ver. Per te omnes gentes cognouêrunt grátiam Dei. Ver. Intercéde pro nobis ad Dóminum, qui te elégit.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Matthæum.

IN illo témpore. Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce, nos relíquimus ómnia, & secûti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autẽ dixit illis. Amen dico vobis, quòd vos qui secûti estis me, in generatióne cùm séderit filius hóminis in sede maiestâtis suæ, sedébitis & vos super sedes duódecim, iudicántes duódecim tribus Isra ël. Et omnis qui relíquerit domum, vel fratres, vel soróres, aut patrem, aut matrem, aut vxôrem, aut fílios, aut agros, propter nomen meum: céntuplum accípiet, & vitam ætérnã posídébit. Cap 19. dicitur Credo.

Offert. MIhi autem nimis honorâti sũt amíci tui Deus: nimis confortátus est principátus eôrum. Secreta.

APóstoli tui Pauli précibus, Dómine, plebis tuæ dona sanctífica: vt, quæ tibi tuo grata sunt institúto: gratiôra fiant patrocínio supplicántis. Per.

Præfatio. De Apostolis. fol. 199.

Communio. Amen dico vobis: quòd vos qui reliquístis ómnia, & secûti estis me, céntuplum accipiétis, & vitam ætérnam posídébitis. Matt 19. Complenda.

SAnctificáti, Dómine, salutâri mystério, quæsumus: vt pro nobis eius non desit oratio: cuius nos donâsti patrocínio gubernâri. Per.

S. POLICARPI EPISCOPI & martyris. Oratio.

PRæces pópuli tui. cum sua Secr. & Complen. In communi. fol. 3.

IN FE-

Die 27.

IN FESTO S. IOANNIS Chrysostomi Episcopi & Confessoris. Introitus.



IN médio eccléſiæ apéruit os eius, & impléuit eum Dóminus ſpíritu ſapiéntiæ & intelléctus: ſtolam gloriæ índuit eum. Pſal. Bonum eſt confitéri Dómino, & pſállere nómini tuo altíſsimè. Ver. Gloria.

Oratio.

ECcléſiam tuam quæſumus Dómine, grátia cæléſtis āplificet: quam beáti Ioánnis Chryſóſtomi cō feſſôris tui atque pontíficis illuſtráre voluíſti glorióſis méritis & doctrínis. Per Dóminum.

Epiſtola. Teſtíficor. De cōmuni Confeſs. fol. 21.

Grad. Ecce ſacérdos magnus, qui in diébus ſuis plácuit Deo. Ver. Non eſt inuéntus símilis illi, qui conſeruâret legem excélſi. Allelúia. Iſte eſt qui ante Deum magnas virtútes operátus eſt: & omnis terra doctrína eius repléta eſt. Allelúia. Poſt Septuageſimā Tractus. Beátus vir quí timet. fol. 23. Euāg. Vos eſtis ſal terræ. De eodem commu. fol. 25. dicitur Credo.

Offert. Véritas mea & miſericórdia mea cum ipſo, & in nómine meo exaltábitur cornu eius.

Secreta.

SAncti pontíficis tui Ioáñis Chryſóſtomi nobis Dómine pia non deſit orátio: quæ & múnera noſtra concíliet, & tuam nobis indulgéntiam ſemper obtíneat. Per Dóminum.

Communio. Fidélis ſeruus & prudēs, quem conſtítuit Dóminus ſuper famíliam ſuam: vt det illis in témpore trítici menſûram.

Complenda.

VT nobis Dómine tua ſacrifícia dent ſalûtem: beátus Ioánnes Chryſóſtomus póntifex tuus, doctor egrégius, quæſumus, precâtor accédat. Per Dóminum.

Die 28.

S. AGNETIS ſecundò.

VUltum tuum deprecabúntur. De communi Virginum. fol. 27.

DEus, qui nos ánnua beatę Agnétis vírginis & mártyris tuæ ſolēnitâte lætíficas: da quæſumꝰ, vt quā venerâmur offício: etiam piæ conuerſatiónis ſequámur exémplo. Per.

Lectio. Sapiéntia vincit malítiam. De communi Virginum. fol. 29. Gradua. Dilexíſti iuſtítiam. Allelúia. Spécie tua. Tractus. Audi filia & vide. ibidē in communi. fol. 30. Euang. Símile eſt regnum cælôrum theſáuro. Ibidē in communi. fol. 31. Offert. Afferéntur regi vírgines poſt eam: próximæ eius afferéntur tibi.

Secreta.

SVper has, quæſumus Dómine, hóſtias benedíctio copióſa deſcéndat: quæ & ſanctificatiónem nobis cleménter operêtur: & de mártyrum nos ſolennitáte lætíficet. Per.

Communio. Símile eſt regnum cælôrum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: inuénta vna pretióſa margaríta, dedit ómnia ſua, & comparáuit eam.

Complenda.

SVmpſimus, Dómine, celebritátis ánnuæ votíua ſacraménta: præſta quæſumus: vt & temporális vitæ nobis remédia præbeant & ætérnæ. Per.

Et ſit

Et fit commemoratio S. Iuliani Episcopi & Confess. Oratio. Exáudi quęsumus Dómine. cum sua Secr. & Complen. fol. 18.

S. MATHIÆ EPISCOPI & Confessoris. Oratio.

DA quæsumus omnípotens. cum sua Secr. & Complen. fol. 18.

FESTA FEBRVARII.

S. IGNATII EPISCOPI & martyris. Introitus.

Iustus vt palma. In communi vnius martyris pont. &c. fol. 2.

Oratio.



EUs, qui nos beáti Ignátii mártyris tui atque pontíficis méritis & intercessiône lætíficas: concéde propítius: vt, qui eius beneficia póscimus: dono tuæ grátiæ consequámur. Per D.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

FRatres. Quis nos separábit à charitáte Christi? Tribulátio? an angústia? an fames? an núditas? an periculum? an persecútio? an gládius? (sicut scriptum est: quia propter te mortificámur tota die, æstimâti sumus sicut oues occisiónis) Sed in his ómnibus superámus propter eũ qui diléxit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque ángeli, neque principátus, neque virtútes, neque instántia, neq; futúra, neque fortitúdo, neq; altitúdo, neque profúndum, neq; creatûra alia póterit nos separâre à charitáte Dei, quæ est in Christo Iesu Dómino nostro.

Gradu. Iustus non conturbabitur. In communi mart. fol. 6. Alelúia. Posuisti Domine. Post Septuagesimam Tractus. Desideriũ animæ eius fol. 7. Euãgc. Nisi granum frumenti. fol. 7. Offert. Gloria & honore. Ibidem in commu. mart. Secreta.

HAEc hóstia, quæsumus Dómine, emúndet nostra delícta: & ad sacrifícium celebrándum súbditórum tibi córpora mentesque sanctíficet. Per D.

Comm. Magna est glória. Compl.

REfécti participatióne múneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster: vt cuius exéquimur cultũ: sentiâmus efféctum. Per.

IN FESTO PVRIFICATIONIS beátæ Mariæ virginis.



Si hoc festum venerit in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, aut Quinquagesimæ, celebratur ipso die cum benedictione candelarum & officiũ Missæ. Sacerdos igitur (post aspersionem consuetam, si Dominica fuerit) omnibus sacris vestibus sacerdotalibus (præter casulam cuius loco vtitur pluuiali) vel superpel-

liceo

liceo, stola & pluuiali tantùm indutus, stans ante altare in cornu Epistolæ, facie versa ad populum incipit benedictionem hoc modo: Adiutórium nostrum in nómine Dómini. Resp. qui fecit cælũ & terram. Orémus.

Omine sancte, pater omnípotens, ætérne Deus: qui ómnia ex níhilo creâsti: & iussu tuo per ópera apum hũc liquôrẽ ad perfectiónẽ cerei euenîre fecîsti: quiq; hodiérna die petitiónem iusti Simeônis adimplésti: maiestátẽ tuã humíliter implorámus: vt has candélas ad vsus hóminum, & sanitâtem corporum, & animârum, siue in terra, siue in aquis: per inuocatiónem tui sanctíssimi nominis: & per intercessiónem beátæ Maríæ semper vírginis, cuius hódie festa celebrántur: & per preces omnium sanctôrum tuôrum, bene ✠ dícere, & sanctifi ✠ câre dignéris: vt hæc plebs tua illas deuóte mánibus gestándo teque laudándo, à te exaudiátur: quátenus sancti spíritus splendôre illustrâta, ómnium vitiôrum cáreat cæcitáte: ac purgáto mentis óculo, quæ tibi sunt plácita vidêre possit & ágere: vt post huius séculi caliginósa discrímina, ad te lucem indeficiéntem mereâtur peruenîre. Per Dóminum nostrum Iesũ Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitâte eiúsdem Spíritus sancti Deus. Oremus.

OMnípotens sempitérne Deus: qui per vnigénitum tuum ante témpora de te génitum: sed temporáliter de María vírgine incarnâtum: lumen verum & indefíciens: ad depelléndas humáni géneris ténebras: & incendéndum lumen fídei ac veritátis, in mundum misísti: concéde propítius: vt sicut extérius corporáli: ita intérius étiam luce spiritâli mereâmur irradiâri. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum fíliũ tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sécula seculôrũ. Resp. Amen. Dóminus vobíscum. Resp. Et cum Spíritu tuo. Sursum corda. Resp. Habémus ad Dóminum. Grátias agámus Dómino Deo nostro. Resp. Dignum & iustũ est.

Verè dignum & iustum est, equũ & salutâre. Nos tibi Deo patri omnipoténti, rerumq; ómnium creatôri, laudes assíduas personâre: & munificéntiæ tuæ indeféssas semper grátias persóluere. Qui inter cæteras mundánæ conditiónis creatûras, de liquôre aëreo apum efficácia ceræ pretiósam fieri voluísti substántiam: vt inde tibi débiti honóris famulâtus exísteret: & nobis, vsus necessárius prouenîret. Proínde imménsam cleméntiam tuã supplíciter exorâmus: vt super has candélas benedi ✠ ctiónis tuæ lumen infúndas: vt omnes eas in mánibus Christi vice portâtes: sacri tui spiráminis grátia qua beátus Símeon replétus fuit, ímbui mereâmur. Qui hodiérna die vnigénitũ tuum Dóminum nostrũ Iesum Christum lumen ætérnum, à paréntibus in templo præsentátum, in vlnas accépit: ac reuelánte Spíritu sancto íta prophetándo benedíxit. Nunc dimíttis seruum tuum Dómine: secúndùm verbum tuum in pace. Quia vidêrũt ôculi mei, salutâre tuum. Quod tibi ætérno patri, eidemque sancto Spirí-

tui cõætérnum & cõæquale, viuit & regnat in sécula seculôrum. Amen. Completa benedictione, celebrans aspergat candelas aqua benedicta, & adolet incenso: & accensæ distribuuntur. Ac statim per ordinẽ cantentur sequentes antiphonæ. Lumen ad reuelatiónem géntium: & glóriam plebis tuæ Israël. Canticum. Nunc dimíttis. Post cuius versum quemlibet, & Post Gloria patri. & Sicut erat. repetitur tota antiphona. Lumen ad reuelationẽ. Antiph. Aue grátia plena Dei genítrix virgo: ex te enim ortus est sol iustítiæ, illúminans quæ in ténebris sunt: lætâre & tu sénior iuste, suscípiens Iesum in vlnas, liberatórem animârum nostrârum, donántem nobis & resurrectiónem.

Ad precessionem. Antiphona.

ADórna thálamum tuum Sion, & súscipe regem Christum: ampléctere Maríam, quæ est cæléstis porta: ipsa enim portat regem glóriæ noui lúminis: subsístit virgo, addúcens mánibus fílium, ante lucíferum génitum: quẽ accípiens Símeon in vlnas suas, prædicáuit pópulis, Dóminum eum esse vitæ & mortis, & saluatôrem mundi.

Antiph. Respónsum accépit Símeon à Spíritu sancto, non visûrum se mortem, nisi vidêret Christum Dómini: & cùm indúcerent púerum in templum, accépit eum in vlnas suas: & benedíxit Deum, & dixit: Nunc dimíttis seruum tuum Dómine, secúndùm verbum tuum in pace.

In Statione. Antiphona.

HOdie beáta virgo María púerum Iesum præsentáuit in templum: & Símeon replétus Spíritu sancto, accépit eum in vlnas suas: & benedíxit Deum in ætérnum. Ver. Post partum virgo.

Oremus. Oratio.

EXáudi, quæsumus Dómine, plebem tuam: & quæ extrínsecus tríbuis ánnua deuotióne venerâri: intérius ássequi grátiæ tuæ luce concéde. Per Christum Dóminum nostrũ.

In introitu Chori Antiph. Cùm indúcerent púerum Iesum paréntes eius.

IN FESTO PVRIFICATIONIS beátæ Maríæ ad Missam.

Die 2.



VScépimus Deus misericórdiam tuam, in médio tẽpli tui: secúndùm nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ: iustítia plena est déxtera tua. Psa. Magnus Dóminus & laudábilis nimis: in ciuitáte Dei nostri in monte sancto eius. Ver. Gloria Kyrie. maius totũ duplex.

Psa. 47.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: maiestátem tuam súpplices exorâmus: vt, sicut vnigénitus fílius tuus hodiérna die cum nostræ carnis substántia in templo est præsentátus: ita nos fácias purificátis tibi méntibus præsentâri. Per eúndem.

Lectio Malachiæ Prophétæ.

HAEc dicit Dóminus Deus. Ecce ego mitto ángelum meum: & præparâbit viam ante fáciem meam. Et statim véniet ad templum suũ dominátor, quem vos quæritis: & ángelus testaménti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dóminus exercítuum. Et quis póterit cogitâre diem aduéntus eius? Et quis stabit ad vidéndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullônum. Et sedébit conflans, & emúndans argéntum:

Cap 3.

géntum: & purgâbit fílios Leui: & colábit eos quasi aurum, & quasi argéntum: & erunt Dómino offeréntes sacrifícia in iustítia. Et placébit Dómino sacrifícium Iuda & Ierúsalem, sicut dies séculi, & sicut anni antíqui. Dicit Dóminus omnípotens.

Psa. 47. **Grad.** Suscépimus Deus misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndũ nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ. **Ver.** Sicut audíuimus, ita & vídimus in ciuitáte Dei nostri, in monte sancto eius. **Allelúia.** **Ver.** Post partũ virgo inuiolâta permansísti: Dei genítrix intercéde pro nobis. Allelúia.

Prosa.

Lætabúndus exúltet fidélis chorus, Allelúia.

Regem regum intáctæ profúdit thorus: res miránda.

Angelus consílii natus est de vírgine: sol de stella.

Sol occásum nésciens: stella semper rútilans, semper clara.

Sicut sydus rádium, profert virgo filiũ, pari forma.

Neque sydus rádio, neque mater filio fit corrúpta.

Cedrus alta Líbani conformátur hyssopo, valle nostra.

Verbum ens altíssimi, corporáli passũ est carne sumpta.

Isaías cécinit, synagóga méminit, nunquam tamen désinit esse cœca.

Si non suis vátibus credat, vel gentílibus, Sibyllínis vérsibus hęc prędícta.

Infelix própera, crede vel vétera: cur damnáberis gens mísera?

Natum consídera, quem docet lítera: ipsum génuit puérpera.

Si hoc festum venerit post Dominicam Septuagesimæ, dicitur Tractus.

Gaude María virgo: cunctas hæréses sola interemísti. **Ver.** Quæ Gabriélis archángeli dictis credidísti. **Ver.** Dum virgo Deum & hóminẽ genuísti, & post partũ virgo inuioláta permãsísti. **Ver.** Dei genítrix intercéde pro nobis.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Lucam.

Cap 2. In illo témpore. Postquàm impléti sunt dies purgatiónis Maríæ secundùm legem Moysi: tulêrunt Iesum in Ierúsalem, vt sísterent eum Dómino, (sicut scriptum est in lege Dómini, Quia omne masculínum adapériens vuluam, sanctum Dómino vocábitur.) Et vt darent hóstiam, secúndùm quod dictum est in lege Dómini, par túrturum, aut duos pullos columbárum. Et ecce, homo erat in Ierúsalem, cui nomen Simeon: & homo iste iustus & timorâtus, expéctãs consolatiónem Israël: & Spiritus sanctus erat in eo. Et respónsum accéperat à Spíritu sancto, non visúrum se mortem, nisi prius vidéret Christum Dómini. Et venit in spíritu in templũ. Et cùm indúcerent púerum Iesum paréntes eius, vt fácerent secúndum consuetúdinem legis pro eo: & ipse accépit eum in vlnas suas: & benedíxit Deum, & dixit. Nunc dimíttis seruum tuum Dómine, secúndùm verbum tuum, in pace. Quia vidêrunt óculi mei salutâre tuum. Quod parâsti ante fáciem ómnium populôrum. Lumen ad reuelatiónẽ géntiũ, & glóriam plebis tuæ Israël. **Credo.**

Offert. Diffûsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnũ, & in séculum seculi. Psa. 44.

Secreta.

Exáudi, Dómine, preces nostras: & vt digna sint múnera quæ

óculis tuæ maiestátis offérimus: subsídium nobis tuæ pietâtis impénde. Per. Præfa. Quia per incarnáti. f. 172.

Communio. Respónsum accépit Síme on à Spíritu sancto, non visûrũ se mortem, nisi vidéret Christum Dómini.

Complenda.

QVæsumus, Dómine Deus noster: vt sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munímine contulísti: intercedénte beáta semper vírgine María: & præsens nobis remédiũ esse fácias & futûrũ. Per.

Die 3.

S. BLASII EPISCOPI & martyris. Introitus.

Iustus vt palma. vt in communi vnius mart. pont. fol. 2. Oratio. Deus qui nos beáti. cum sua Secr. & Compl. fol. 3. Lectio. Beátus homo qui inuenit. fol. 4. Gradu. Gloria & honôre. Allelúia Ver. Posuísti. Post Lxx. Tractus. Desidérium ánimæ. fol. 7. Euãge. Nisi granum fruménti. fol. 7. Offert. Desidérium. Commun. Magna est glória.

Die 5.

S. AGATHÆ VIRGINIS & martyris. Introitus.



Audeámus omnes in Dómino, diem festum celebrántes in honôre Agathę vírginis: de cuius passióne gaudent ánge li, & collaudant filium Dei. Psal. Eructáuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. Ver. Gloria.

Pſa. 44.

Oratio.

DEus, qui inter cætera potentię tuæ mirácula: étiã in sexu frágili victóriam martyrii contulísti: cõcéde propítius: vt qui beátæ Agathæ vírginis & mártyris tuæ natalítia cólimus: per eius ad te exémpla gradiâmur. Per..

Epistola. Confitébor tibi Dómine. De communi Virginum. fol. 28.

Gradu. Adiuuábit eam Deus vultu suo: Deus in médio eius non commouébitur. Ver. Flúminis ímpetus lætíficat ciuitátem Dei: sanctificáuit tabernáculum suum altíssimus. Allelúia. Ver. Diffûsa est grátia in lábiis tuis: propterea benedíxit te Deus in ætérnum. Allelúia.

Pſa. 45. Pſa. 44.

Prosa. Exúltent filiæ. Post Septuagesimam Tractus Audi filia. fol. 30. Euãge. Símile est regnum cælórum thesauro. fol. 31. Offert. Fíliæ regum in honôre tuo, ástitit regína à dextris tuis in vestítu deauráto, circumdáta varietáte.

Pſa. 44.

Secreta.

SVscipe, quæsumus Dómine, múnera quæ in beátæ Agathæ vírginis & mártyris tuæ solennitáte deférimus; cuius nos confídimus patrocínio liberâri. Per.

Communio. Qui me dignátus est ab omni plaga curáre, & mammîllas meas meo pectóri restitúere: ipsum ínuoco Deum viuum.

Pſa. 44.

Complenda.

AVxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: & intercedénte beáta Agatha vírgine & mártyre tua: sempitérna nos protectióne confírment. Per.

Die 6.

S. DOROTHEÆ VIRG. & marty. Introitus.



Audeámus omnes in Dómino, diem festum celebrántes in honôre Dorothéæ vírginis: de cuius passione gaudẽt

Mat. 25.

ángeli

ángeli, & colláudant filiũ Dei. Psal. Pſa. 44. Eructáuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. Ver. Gloria.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus: in cuius nómine glorióſa virgo & martyr Dorothéa multôrum tormentôrum génera ſuperáuit: te ſupplíciter exorámus: vt eius interuéntu cuncta perícula vincámus: ipſamque in noſtris neceſsitátibus célerem adiutrícem ſentiámus. Per.

Lectio. Dómine Deus meus. In communi Virginum. fol. 29. Grad. Propter veritátem, & manſuetúdinem, & iuſtítiam: & dedûcet te mirabíliter déxtera tua. Ver. Audi filia, & vide, & inclína aurem tuam: quia concupíuit rex ſpéciem tuam. Allelúia. Ver. Egrégia ſpõſa Chriſti, implóra pro nobis Dóminum Ieſum Chriſtum. Allelúia. Proſa. Exúltent filiæ. Tractus. Audi filia. Euangc. Simile eſt regnum cælôrum decem virgínibus. fol. 30. Offert. Afferẽtur regi vírgines poſt eam, próximę eius afferéntur tibi, in lætítia & exultatióne: ádducéntur in templum regi Dómino.

Pſa. 44.

Secreta.

PRæſéntia múnera, quæſumus Dómine, ita ſeréna pietáte intuére: & ſancti ſpíritus perfundántur benedictióne; vt noſtris córdibus eam dilectiónem valídius infúndant: per quam ſancta Dorothéa ómnia córporis torménta deuícit. Per. eiúſdem.

Communio. Quinque prudéntes vírgines accepêrunt óleum in vaſis ſuis cũ lampádibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exîte óbuiã Chriſto Dómino. Complenda.

SVmpſimus, Dómine, in ſanctæ Dorothéæ vírginis & mártyris tuæ ſolennitáte cæléſtia ſacraménta: cuius ſuffrágiis largiâris: vt quod corporáliter gérimus: ætérnis gáudiis conſequâmur. Per.

Mat. 25.

Die 6.

VEDASTI ET AMANDI Epiſcoporum Confeſs.

Die 6.

Oratio.

CConcéde quæſumus omnípotens Deus. Cum ſua Secr. & Complen. vt in communi plurimorum Confeſſorũ. fol. 19.

S. APOLLONIAE virginis & martyris. Oratio.

Die 9.



DEus qui nos ánnua beâtæ Apollóniæ vírginis & mártyris tuæ ſolennitáte lætíficas: da quæſumus: vt quã venerâmur offício: étiam piæ conuerſatiónis ſequámur exémplo. Per. Secreta.

SVper has queſumus Dómine hóſtias benedíctio copiôſa deſcéndat: quæ & ſanctificatiónem nobis cleménter operêtur: & de mártyrum nos ſolennitate lætificet.

Complenda.

SVmpſimus Dómine celebritátis ánnuæ votíua ſacraménta: præſta quæſumus: vt, & temporális vitæ nobis remédia præbeant & ætérnæ. Per.

S. SCOLASTICÆ virginis commemoratio.

Die 10.

Oratio.

EXáudi nos Deus ſalutáris noſter. Cum ſua Secr. & Complen. In communi Virginum. fol. 28.

S. VALENTINI martyris.

Die 14.

In virtûte tua. fol. 2. Oratio. Præsta quæsumus omnípotens Deus: vt qui beáti. Cum sua Secre. & Complen. In communi martyris. fol. 3. Lectio. Beátus vir qui inuéntus est. fol. 4. Gradu. Beátus vir qui. Allelúia. Iustus vt palma. Tractus. Desidérium. In communi. Euang. Nolite arbitrâri fol. 8. Offert. In virtúte tua. Commun. Magna est glória.

S. IVLIANÆ VIRGINIS & martyris. Introitus.

Die 16.

Vultum tuum deprecabúntur. In communi Virginum. fol. 27. Oratio. Omnípotens sempitérne Deus qui. cũ sua Secre. & Complen. fol. 27. Léctio. Confitébor tibi. fol. 28. Gradu. Dilexísti. Allelúia. Æmulor. Tractus. Audi filia & vide. Euange. Símile est regnum cælôrum decem virgínibus. 30. Offert. Diffûsa. Comm. Príncipes.

S. SIMEONIS EPISCOPI & marty.

Die 18.

Iustus vt palma. In communi vnius martyris. fol. 2. Oratio. Preces pópuli tui. Cum sua Secre. & Complen. fol. 3. Epistola. Benedíctus Deus & pater. Grad. Glória & honôre. Allelúia. Posuísti. Tractus. Beátus vir.

Pſa. 20.

Euãg. Si quis venit ad me. fol. 7. Offer. Desidérium ánimæ eius tribuísti ei Dómine, & voluntáte labiôrum eius non fraudásti eum: posuísti in cápite eius corónam de lápide pretióso. Commun. Magna est glória.

IN FESTO CATHEDRÆ S. Petri.



Tatuit ei Dóminus testaméntum pacis: & príncipem fecit eum: vt sit illi sacerdótii dignitas in ætérnum. Psal. Misericórdias Dómini: in ætérnum cantábo. Ver. Glória. Oratio.

Die 22. Ecc. 45.

Pſa. 88.

DEus qui beáto Petro apóstolo tuo collátis cláuibus regni cæléstis: ánimas ligándi atque soluéndi pontifícium tradidísti: concéde: vt intercessiónis eius auxílio á peccatórum nostrôrum néxibus liberêmur. Per.

Léctio Epistolæ beáti Petri Apostoli.

1.C.1

PEtrus apóstolus Iesu Christi: eléctis áduenis dispersiónis Ponti, Galátiæ, Cappadóciæ, Asiæ, & Bithyniæ, secúndùm præsciéntiam Dei patris, in sanctificatiónem spíritus, in obediéntiam & aspersiónem sánguinis Iesu Christi: grátia vobis, & pax multiplicétur. Benedíctus Deus & pater Dómini nostri Iesu Christi, qui secúndùm magnam misericórdiam suam regenerâuit nos in spem viuã, per resurrectiônem Iesu Christi ex mórtuis, in hæreditâtem incorruptíbilem, & incontaminâtam, & immarcessíbilem, conseruâtam in cælis in vobis, qui in virtûte Dei custodímini per fidem, in salûtem, parâtam reuelâri in témpore nouíssimo, in quo exultábitis: módicum nunc si opórtet, contristâri in váriis tentatiónibus: vt probátio vestræ fidei multò pretiósior auro (quod per ignem probâtur) inueniátur in laudem, & glóriã, & honôrem, in reuelatiônem Iesu Christi Dómini nostri.

Mat 16.

Pſa. 88.

Grad.

Pſa. 106. Grad. Exáltent eum in Eccléſia plebis: & in cáthedra ſeniórum laudent eum. Ver. Confiteántur Dómino miſericórdiæ eius, & mirabília eius filiis hóminũ. Tractus. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificábo eccléſiam meã. Ver. Et portæ ínferi non præualébunt aduérſus eam: & tibi dabo claues regni cælórum. Ver. Et quodcúnque ligáueris ſuper terram, erit ligátum & in cælis. Ver. Et quodcúnque ſólueris ſuper terram, erit ſolútum & in cælis.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

Cap 16. IN illo témpore. Venit Ieſus in partes Cæſareæ Philíppi: & interrogábat diſcípulos ſuos dicens. Quem dicunt hómines eſſe fílium hóminis? At illi dixérunt. Alii Ioánnem Baptíſtã: álii autem Elíam: álii verò Ieremíam: aut vnum ex prophétis. Dicit illis Ieſus. Vos autem quem me eſſe dícitis? Reſpóndens Simon Petrus, dixit. Tu es Chriſtus fílius Dei viui. Reſpóndens autem Ieſus, dixit ei. Béatus es Simon Bar-Jóna: quia caro & ſanguis non reuelâuit tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & ſuper hanc Petram ædificábo eccléſiam meam. Et portæ ínferi non præualébunt aduérſus eam. Et tibi dabo claues regni cælórum. Et quodcúnque ligáueris ſuper terram, erit ligâtum & in cælis. Et quodcúnq; ſólueris ſuper terram, erit ſolûtũ & in cælis. dicitur Credo.

Mat 16. Offert. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificábo eccléſiam meã: & portæ ínferi non præualébunt aduérſus eã: & tibi dabo claues regni cælórum.

Pſa. 88. vel Offert. Véritas mea, & miſericórdia mea cum ipſo: & in nómine meo exaltábitur cornu eius.

Secreta. ECcléſiæ tuæ, quæſumus Dómine, preces & hóſtias beáti apóſtoli tui Petri comméndet orátio: vt quod pro illíus glória celebrâmus: nobis proſit ad véniam. Per.

Præfatio de Apoſtolis. fol. 199.

Communio. Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificábo eccléſiam meam. Mat 19.

Complenda.

LAEtíficet nos, Dómine, munus oblátum: vt ſicut in apóſtolo tuo Petro te mirábilem prædicámus: ſic per illum tuæ ſumâmus indulgéntiæ largitâtem. Per.

IN FESTO S. MATHIÆ Apoſtoli.

Die 24. vel 25.  Ihi autem nimis honorâti ſunt amíci tui Deus: nimis cõfortátus eſt principátus eôrum. Pſal. Dómine probáſti me & cognouíſti me: tu cognouíſti ſeſsiónem meam, & reſurrectiónem meam. Ver. Gloria. Pſa. 138.

Oratio

DEus, qui beátum Mathíam apoſtolôrum tuôrum collégio ſociâſti: tríbue quæſumus: vt eius interuẽtiône tuæ circa nos pietâtis ſemper víſcera ſentiámus. Per Dóminũ.

Léctio Actuum Apoſtolôrum.

Cap 1. IN diébus illis. Exúrgens Petrus in médio fratrum, dixit. (Erat autem turba hóminum ſimul, ferè centum vigínti) Viri fratres, opórtet implêri ſcriptûram, quam prædíxit Spíritus ſanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eôrum, qui comprehendêrunt Ieſum: qui connumerátus erat in nobis, & ſortítus eſt ſortem miniſtérii huius

huius.Et hic quidem posſêdit agrum de mercéde iniquitátis: & ſuſpénſus crépuit médius: & diffúſa ſunt ómnia víſcera eius.Et notum factum eſt ómnibus habitántibus Ierúſalem:ita vt appellarêtur ager ille lingua eôrũ, Haceldéma, hoc eſt, ager ſánguinis. Scriptum eſt enim in libro Pſalmôrum. Fiat commorátio eius deſérta: & non ſit qui hábitet in ea: & epiſcopâtum eius accípiat alter.Opórtet ergo ex his viris, qui nobíſcum ſunt congregâti, in omni témpore, quo intráuit & exíuit inter nos Dominus Ieſus, incípiens à baptíſmate Ioánnis vſq; in diem qua aſsûmptus eſt à nobis,teſtem reſurrectiónis eius nobíſcum fíeri vnum ex iſtis. Et ſtatuêrunt duos, Ioſeph, qui vocâtur Barſabas, qui cognominâtus eſt iuſtus: & Mathíam. Et orántes dixêrunt. Tu Dómine, qui noſti corda ómnium, oſténde quem elégeris ex his duóbus vnum, accípere locum miniſtérij huius & apoſtolâtus, de quo præuaricâtus eſt Iudas:vt abîret in locum ſuum. Et dedêrunt ſortes eis: & cécidit ſors ſuper Mathíam. Et annumerâtus eſt cum úndecim apóſtolis.

Grad. Nimis honorâti ſunt amíci tui Deus: nimis confortâtus eſt principâtus eôrum. **Ver.** Dinumerábo eos: & ſuper arénam multiplicabûntur. Pſa. 138.

Tractus. Cæli enárrant glóriam Dei: & ópera manuum eius annúnciat firmaméntum. **Ver.** Dies diei erúctat verbũ: & nox nocti índicat ſciéntiã. **Ver.** Non ſunt loquélæ,neque ſermónes; quorum non audiántur voces eôrum. **Ver.** In omnem terram exîuit ſonus eôrum, & in fines orbis terræ verba eôrum.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

IN illo témpore. Reſpóndens Ieſus dixit. Confíteor tibi pater, Dómine cæli & terræ:quia abſcondîſti hæc à ſapiéntibus & prudéntibus: & reuelâſti ea páruulis. Ita pater: quóniam ſic plácitum fuit ante te. Omnia mihi trádita ſunt à patre meo. Et nemo nouit filium, niſi pater: neq; patrem quis nouit, niſi filius: & cui volúerit filius reueláre. Venîte ad me ómnes qui laborâtis,& onerâti eſtis: & ego refíciam vos. Tóllite iugum meum ſuper vos: & díſcite à me, quia mitis ſum & húmilis corde: & inueniétis réquiem animâbus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Cap 11.

Credo.

Offert. In omnem terram exîuit ſonus eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum. Pſa. 18.

Secreta.

HOſtias tibi Dómine, quas nómini tuo ſacrandas offérimus, ſancti Mathíæ proſequátur orátio, per quam nos expiâri fácias & deféndi. Per Dom.

Præfatio. De Apoſtolis. fol. 199.

Communio. Vos qui ſecûti eſtis me, ſedébitis ſuper ſedes, iudicántes duódecim tribus Iſraël, dicit Dóminus. Mat 19.

Complenda.

PRæſta, quæſumus, omnípotens & miſéricors Deus: vt per hæc ſancta quæ ſúmpſimus: interueniénte beáto Mathía apóſtolo tuo, véniam conſequamur & pacem. Per.

FESTA MARTII.

S. ALBINI EPISCOPI & Confeſſoris.

Die 1. Oratio. Da quæsumus omnípotens Deus. Cum sua Secr. & Compl. fol. 18.

IN FESTO S. THOMÆ De Aquino. Oratio.

Die 7.

DEus, qui eccléſiam tuam beáti Thomę confeſsóris tui mira eruditióne claríficas:, & ſancta operatiône fœcũdas: da nobis quæſumus: & quæ dócuit intelléćta conſpícere: & quæ egit imitatióne com lére. Per D.

Secreta.

SAncti Thomæ cõfeſſôris tui atque doctóris nobis Dómine pia non deſit orátio: quæ & múnera noſtra concíliet: & tuam nobis indulgéntiam ſemper obtíneat. Per.

Complenda.

VT nobis Dómine tua ſacrifícia dent ſalûtem: beátus Thomas confeſſor tuus & doctor egrégius, quæſumus, precátor accédat. Per D.

Pro commemoratione. SS. PERPETVÆ ET FELICITATIS martyrum. Oratio.

Die 6.



A nobis, quæſumus, Dómine Deus noſter: ſanctârũ mártyrum tuârum Perpétuæ & Felicitátis, palmas inceſsabili deuotióne venerâri: vt quas digna mente celebrâre non póſſumus: humílibus ſaltem frequentémus obſéquiis. Per Dóminum. Secreta.

INténde, quæſumus Dómine, intercedéntibus ſanctis martyribus tuis, pro ſanctârum mártyrum tuârum Perpetuæ & Felicitátis, feſtiuitáte propófita: vt ſicut per hæc beáta myſtéria illis glóriam contulíſti: ita nobis indulgéntiam largiáris: Per.

Complenda.

PRæſta nobis, quæſumus Dómine, intercedéntibus ſanctis martyribus tuis Perpétua & Felicitáte: vt quod ore contingimus: pura mente capiámus. Per Dóminum.

SS. QVADRAGINTA militum marty: Oratio.

Die 9.



DRæſta, quæſumus omnípotens Deus: vt, qui glorióſos martyres fortes in ſua confeſsióne cognóuimus: pios apud te in noſtra interceſsióne ſentiámus. Per. Secreta.

SAcrifíciis præſéntibus, quæſumus Dómine, inténde placâtus: vt intercedéntibus ſanctis martyribus tuis, & deuotiôni noſtræ proficiant & ſalûti. Per. Complenda.

OVæſumus omnípotens Deus: vt intercedéntibus ſanctis tuis, illius ſalutârem capiâmus effectũ: cuius per hæc myſtéria pignus accépimus. Per.

S. GREGORII PAPÆ.

Die 12.



SAcerdótes Dei benedícite Dóminum: ſancti & húmiles corde, laudáte Deum. Pſal. Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino: laudâte & ſuperexaltâte eum in ſécula. Ver. Gloria.

Dan 3.

Oratio.

Oratio.

DEus, qui ánimæ fámuli tui Gregórii ætérnæ beatitúdinis præmia contulísti: concéde propítius: vt qui peccatôrum nostrôrum póndere prémimur: eius apud te précibus subleuêmur. Per.

Epistola. Testíficor corã Deo. In communi Confessorum. fol. 21.

Pſa 109. Gradu. Iuráuit Dóminus, & non pœnitébit eum: tu es sacérdos in ætérnum secúndùm órdinem Melchísedech.

Pſa. 111. Tractus. Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandâtis eius cupit nimis. Ver. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicêtur. Ver. Glória & diuítiæ in domo eius: & iustítia eius manet in séculum séculi. Euange. Vos estis sal terræ. fol. 25. dicitur Credo.

Pſa. 88. Offert. Véritas mea, & misericórdia mea cum ipso: & in nómine meo exaltábitur cornu eius. Secreta.

ANnue nobis, quæsumus Dómine: vt intercessiône beâti Gregórii, hæc nobis prosit oblátio: quã immolándo totiùs mundi tribuísti relaxâri delícta. Per.

Mat 25. Communio. Fidélis seruus & prudẽs, quem constítuit Dóminus super famíliam suam: vt det illis in témpore trítici mensûram. Complenda.

DEVS qui beâtum Gregórium pontíficem tuum sanctôrũ tuôrum méritis coæquâsti: concéde propítius: vt qui commemoratiônis eius festa recólimus: vitæ quoq; imitémur exémpla. Per.

S. GERTRVDIS VIRGINIS.

Oratio.

Die 17 EXáudi nos Deus salutáris noster. sicut de vna virgine non mart. fol. 28.

S. ALEXANDRI EPISCOPI & marty. Oratio.

Die 18. PReces pópuli tui. cum sua Secre. & Complen. De comm. martyris fol. 3.

IN FESTO S. IOSEPH Confessoris. Introitus.



Die 19. Pſa. 91. VStus vt palma florébit: sicut Cedrus Líbani, multiplicábitur: plantátus in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri. Psal. Bonum est confitéri Dómino: & psállere nómini tuo altíssimè. Ver. Glória Patri. Oratio.

BEáti Patriárchæ Ioseph, sanctíssimæ genitrícis tuæ sponsi, quęsumus Dómine, méritis adiuuêmur: vt, quod possibílitas nostra non óbtinet, eius nobis intercessiône donêtur. Qui viuis & regnas.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Ecc. 45. DIléctus Deo & homínibus, cuius memória in benedictiône est. Símilem illum fecit in glória sanctôrum, & magnificáuit eum in timôre inimicôrum: & in verbis suis monstra placâuit. Glorificáuit eum in conspéctu regum, & iussit illi coram pópulo suo, & osténdit illi glóriam suam. In fide & lenitâte ipsíus sanctum fecit illum, & elégit eum ex omni carne. Audíuit enim vocem ipsius, & indûxit illum in nubem. Et dedit illi coràm præcépta, & legem vitæ & disciplínæ.

Pſa. 20. Grad. Dómine præuenîsti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite eius corónã de lápide pretióso. Ver. Vitam pétiit à te, & tribuísti ei longitúdinem diérum, in séculum séculi.

Tractus. B eátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. Ver. Potẽs in terra erit semẽ eius: generátio rectórũ benedicêtur. Ver. Glória & diuítiæ in domo eius: & iustítia eius manet in séculum secúli. Post Pascha A lleluia allelúia. Ver. Amáuit eum Dóminus, & ornáuit eum: stolam glóriæ índuit eum. A lleluia. Ver. Iustus germinábit sicut lílium: & florébit in ætérnum ante Dóminum, allelúia.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Matthæum.

IN illo témpore. Cúm esset desponsáta mater Iesu María, Ioseph: antequàm conuenírent, inuénta est in vtero habẽs de spíritu sancto. Ioseph autem vir eius cùm esset iustus, & nollet eam tradúcere: vóluit occúltè dimíttere eam. Hæc autem eo cogitánte, ecce ángelus Dómini in somnis appáruit ei, dicens. Ioseph fili Dauid, noli timére accípere maríam cóniugem tuam. Quòd enim in ea natum est, de spíritu sancto est. Páriet autem fílium, & vocábis nomen eius Iesum, ipse enim saluum fáciet pópulum suum à peccâtis eôrum.

Offert. V éritas mea & misericórdia mea cum ipso: & in nómine meo exaltábitur cornu eius. Secreta.

DEbitum tibi, Dómine, nostræ réddimus seruitûtis, supplíciter exorántes: vt suffrágiis beáti Ioseph sponsi genitrícis filii tui Iesu Christi Dómini nostri, in nobis tua múnera tueâris: ob cuius venerándam festiuitátem, laudis tibi hóstias immolámus. Per eúndem Dóminum.

Communio. I oseph fili Dauid, noli timére accípere maríam cóniugem tuã: quod enim in ea natum est, de Spíritu sancto est. Complenda.

ADésto nobis, quæsumus, misericors Deus: & intercedénte pro nobis beáto Ioseph confessôre tuo, tua circa nos propitiâtus dona custodi. Per Dóminum.

S. BENEDICTI ABBATIS.

Introitus.



S iusti meditábitur sapiéntiã, & lingua eius loquétur iudícium: lex Dei eius, in corde ipsius. Psa. Noli æmulâri in malignántibus: neque zeláueris faciéntes iniquitâtem. Ver. Glória. Oratio.

INtercéssio nos, quæsumus Dómine, beáti Benedícti abbatis comméndet: vt quod nostris méritis non valémus: eius patrocínio assequámur. Per.

Lectio. D iléctus Deo & hominibus. De communi Confessorum. fol. 21.

Grad. D ómine præuenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite eius corónam de lápide pretióso. Ver. Vitam petiit; & tribuísti ei longitúdinem diêrum in séculum séculi.

Tractus. B eátus vir. vt suprà in festo. S. Ioseph. Tempore Paschali A lleluia. Ver. O s iusti meditábitur sapiéntiam, & lingua eius loquétur iudícium. Allelúia. Ver. N ónne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum nobis loquerétur in via? Allelúia. Euang. N emo accendit lucernam. fol. 26.

Offert. D esidérium ánimæ eius tribuísti ei Dómine, & voluntâte labiôrum eius non fraudâsti eum: posuísti in cápite eius corônam de lápide pretióso.

Secreta.

Secreta.

SAcris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas, sanctus Benedíctus abbas, quæsumus in salútem nobis prouenîre depóscat. Per.

Mat. 19. Communio. Amen dico vobis: quòd vos qui reliquîstis ómnia, & secûti estis me, cèntuplum accipiétis, & vitam ætérnam posidébitis. Complenda.

PRótegat nos, Dómine, cum tui perceptióne sacraménti beátus Benedíctus abbas pro nobis intercedéndo: vt & conuersatiônis eius experiámur insígnia: & intercessiône ipsíus percipiámus suffrágia. Per.

Die 25.

IN FESTO ANNVNCIATIONIS beatæ Mariæ virginis.



Introitus.

Psa. 18. 

Oráte cæli désuper, & nubes pluant iustum: aperiátur terra, & gérminet saluatórem. Psal. Cæli enárrant glóriã Dei: & ópera mánuum eius annúnciat firma méntum. Ver. Glória. Kyrie maius totumduplex. Oratio.

DEus qui de beátæ Maríæ vírginis vtero verbum tuum, ángelo nunciánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis: vt qui verè eam Dei genitrícem crédimus: eius apud te intercessiónibus adiuuêmur. Per eúndem.

Léctio Isaiæ prophétæ.

HAEc dicit Dóminus Deus. Egredíetur virga de radíce Iesse: & flos de radíce eius ascéndet. Et requiéscet super eum spíritus Dómini: spíritus sapiéntiæ & intelléctus: spíritus consílii & fortitúdinis: & replébit eum spíritus timôris Dómini. Nõ secúndùm visiónem oculôrum iudicábit: neq; secúndùm audîtum aurium árguet: sed iudicábit in iustítia páuperes: & árguet in æquitâte pro mansuétis terræ. Et percútiet terram virga oris sui: & spíritu labiôrum suórum interficiet ímpium. Et erit iustítia cíngulum lumbôrum eius: & fides cinctórium renum eius. Cap 11.

Gradu. Tóllite portas príncipes vestras: & eleuámini portæ æternáles: & introíbit rex glóriæ. Ver. Quis ascéndet in montem Dómini: aut quis stabit in loco sancto eius? ínnocens mánibus, & mundo corde. Psa. 23.

Tractus. Aue María grátia plena: Dóminus tecum. Ver. Benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui. Ver. Spíritus sanctus superuéniet in te, & virtus altíssimi obumbrâbit tibi. Ver. Ideóque & quod nascêtur ex te sanctum, vocâbitur filius Dei.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

INillo témpore. Missus est ángelus Gábriel à Deo in ciuitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen Cap 1.

Isa. 7.

men virginis María. Et ingréſſus ángelus ad eam, dixit. Aue grátia plena: Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Quæ cúm audîſſet, turbâta eſt in ſermóne eius: & cogitábat qualis eſſet iſta ſalutátio. Et ait ángelus ei. Ne tímeas María: inueníſti enim grátiam apud Deum. Ecce concípies in vtero, & páries fílium: & vocábis nomẽ eius Ieſum. Hic erit magnus: & fílius altíſsimi vocábitur. Et dabit illi Dóminus Deus ſedem Dauid patris eius: & regnábit in domo Iacob in ætérnum: & regni eius non erit finis. Dixit autẽ María ad ángelum. Quómodo fiet iſtud, quóniam virum nõ cognóſco? Et reſpóndens ángelus dixit ei. Spíritus ſanctus ſuperuéniet in te: & virtus altíſsimi obumbrâbit tibi. ideoq; & quod naſcêtur ex te ſanctum: vocábitur fílius Dei. Et ecce Elízabeth cognâta tua: & ipſa concépit fílium in ſenectúte ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi, quę vocátur ſtérilis: quia non erit impoſsíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María. Ecce ancílla Dómini: fiat mihi ſecúndùm verbum tuum.

Luc. 1.

Offer. Aue María grátia plena Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui.

Secreta.

IN méntibus noſtris, quęſumus Dómine, veræ fidei ſacraménta confírma: vt qui concéptum de vírgine Deum verum & hóminem confitémur: per eiúſdem ſalutíferæ reſurrectiônis poténtiam, ad ætérnam mereâmur peruenîre lætítiã. Per eúnd.

Præfat. Et te in annũciatióne. fol. 184.

Communio. Ecce virgo concípiet, & páriet filium: & vocábitur nomen eius Emmánuel.

Isa. 7.

Complenda.

GRátiam tuam, quæſumus Dómine, méntibus noſtris infúnde: vt qui ángelo nunciánte Chriſti filii tui incarnatiónem cognóuimus: per paſsiónem eius & crucem, ad reſurrectiónis glóriam perducâmur. Per eúndem Dóminum.

De feſtis ix. lectionum & maioribus, quæ veniunt à Dominica Palmarũ vſq; ad Octauam Paſchæ, nihil fit: ſed poſt Octauam celebrantur: & tunc in fine cuiuſlibet Introitus ante pſalmum, & in fine Offertorii & Communionis dicitur **alleluia.** Poſt Epiſtolam non dicitur Graduale, ſed tantum **Alleluia** cum ſuis verſibus. Et hoc idem obſeruatur in omnibus feſtis, ac Miſsis Votiuis Sanctorum, ac feſtorum Domini, quæ celebrari contingit inter Paſcha, & Pentecoſtẽ. Excipitur feſtum Annũciationis, quod veniẽs hebdomada maiore aut Paſchę, ſemper anticipatur in Sabbathum ante Palmas.

FESTA APRILIS.

IN FESTO S. AMBROSII Epiſcopi. Introitus.

Die 4.



TÁtuit ei Dóminus teſtaméntum pacis: & príncipem fecit eum: vt ſit illi ſacerdótii dignitas in ætérnum. **Pſal.** Miſeri córdias Dómini: in ætérnum cantâbo.

Eccl. 45.

Pſa. 88.

Ver. Glória. **Kyrie duplex. Tempore verò paſchali, paſchale. Oratio.**

DEus qui pópulo tuo ætérnæ ſalútis beâtum Ambróſium miníſtrum tribuíſti: præſta quæſumus: vt quem doctôrem vitæ habuímus

in terris: interceſſôrem habêre mereâmur in cælis. Per.

Eccl 44. Lectio. Ecce ſacérdos magnus. fo. 20

Grad. Ecce ſacérdos magnus qui in diébus ſuis plácuit Deo. Ver. Non eſt inuéntus símilis illi, qui conſeruâret legem excélſi.

Pſa. 111. Tractus. Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. Ver. Potens in terra erit ſemen eius: generátio rectôrum benedicêtur. Ver. Glória, & diuítiæ in domo eius: & iuſtítia eius manet in ſéculum ſéculi. Tempore Paſchali. Alleúlia. Ver. Inuéni Dauid ſeruum meum: óleo ſancto meo vnxi eum. Alleluia. Ver. Nónné cor noſtrum ardens erat in nobis de Ieſu, dum nobis loquerêtur in via. Allelúia. Euāg. Vigilâte quia néſcitis. In cómuni Confeſſorum. fol. 24.

Pſa 88. Offert. Véritas mea, & miſericórdia mea cum ipſo: & in nómine meo exaltábitur cornu eius.

Secreta.

OMnipotens ſempitérne Deus: múnera quæ tuæ maieſtâti offérimus, per beáti Ambróſii confeſſôris tui atque pontíficis interceſsiónem: fac nobis, quæſumus, ad ætérnam profícere ſalûtem. Per Dó.

Mat 25. Communio. Fidélis ſeruus & prudens, quem conſtítuit Dóminus ſuper famíliam ſuam: vt det illis in témpore trítici mensûram.

Complenda.

SAcraménta ſalûtis noſtræ ſuſcipiéntes: concéde miſéricors Deus: vt beáti Ambróſii confeſſôris tui atque pontíficis nos vbiq; orátio ádiuuet: in cuius veneratiône hæc tuæ obtúlimus maieſtâti. Per.

SS. TYBVRTII, VALERIANI, & Maximi martyrum. Die 14.

Introitus.



Ancti tui Dómine, benedícent te: glóriã regni tui dicent; alleluia, alleluia. Pſal. Exaltâbo te, Deus meus rex, & benedícam nómini tuo in ſéculum, & in ſéculum ſéculi. Pſa. 144. Ver. Glória. Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus: vt, qui ſanctôrum mártyrum tuôrum Tybúrtii, Valeriáni, & Máximi ſollénnia cólimus, eôrum étiam virtútes imitêmur. Per Dñm.

Lectio. Iuſti autem in perpétuum viuent. fol. 11. Allelúia. Ver. Gaudéte iuſti in Dómino, rectos decet collaudátio. Allelúia. Ver. Nónne cor noſtrũ ardens erat. vide ſuprà.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Ecce ego mitto vos, ſicut oues in médio lupôrum. Eſtôte ergo prudéntes, ſicut ſerpéntes: & ſímplices ſicut colúmbæ. Cauéte autẽ ab homínibus. Tradent enim vos in cõciliis: & in ſynagógis ſuis flagellábũt vos: & ad præſides & reges ducémini propter me, in teſtimónium illis & géntibus. Cùm autem tradent vos: nolíte cogitâre, quómodo, aut quid loquámini: dábitur enim vobis in illa hora, quid loquámini. Non enim vos eſtis qui loquímini: ſed ſpíritus patris veſtri, qui lóquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem: & pater fílium. Et inſúrgent filii in paréntes, & morte eos affíciẽt. Et éritis ódio ómnibus homínibus,

propter

propter nomen meum. Qui autem perseueráuerit vsque in finem : hic saluus erit.

Offert. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti: & gloriámini omnes recti corde. Allelúia.

Secreta.

HAEc hóstia, quæsumus, Dómine, quam in sanctôrum tuôrũ natalítiis recenséntes offérimus, & víncula nostræ prauitátis absóluat: & tuæ nobis misericórdiæ dona concíliet. Per Dóminum.

Communio. Gaudéte iusti in Dómino Allelúia: rectos decet collaudátio Allelúia.

Complenda.

SAcro múnere satiáti, súpplices te, Dómine, deprecâmur: vt quod débitę seruitûtis celebrámus officio, saluatiônis tuæ sentiámus augméntum. Per Dóminum.

¶ Nota secundùm Diœcesim Varmien, primò tenetur de S. Adalberto: & sequenti die de S. Georgio.

IN FESTO S. GEORGII martyris.

Die 23.



Rotexísti me Deus, à cõuéntu malignántium, allelúia: à multitúdine operántiũ iniquitátẽ, allelúia, allelúia. Psal. Exáudi Deus oratiónem meam, cùm déprecor: à timôre inimíci éripe ánimam meam. Ver. Glória. Kyrie paschale.

Psa. 63.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Geórgii mártyris tui méritis & intercessiône lætíficas: concéde propítius: vt, qui tua per eum benefícia póscimus, dono tuæ grátiæ consequámur. Per.

Lectio. Beátus vir, qui inuéntus est. fol. 4. Allelúia. Ver. Iustus vt palma florébit, & sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Allelúia. Ver. Christus resúrgens ex mórtuis, iã non móritur: mors illi vltra non dominábitur. Allelúia.

Psa. 91. Rõ. 9.

Prosa. Victimæ. Euang. Si quis vult venîre post me. fol. 7.

Offert. Confitebúntur cæli mirabília tua Dómine: & veritátem tuam in eccléfia sanctôrum, allelúia, allelúia.

Secreta.

MVnera Dómine obláta sanctífica: & intercedénte beáto Geórgio mártyre tuo; nos per hæc à peccatôrum nostrôrum máculis emúnda. Per.

Præfatio paschalis. Comm. Lætábitur iustus in Dómino, & sperábit in eo: & laudabûtur omnes recti corde. Allelúia.

Psa. 63.

Complenda.

SVpplices te rogámus omnípotẽs Deus: vt, quos tuis réficis sacraméntis: intercedénte beáto Geórgio mártyre tuo: tibi étiam plácitis móribus dignánter tríbuas deseruíre. Per Dóminum.

IN FESTO S. ADALBERTI Episcopi & marty.

Die 24.



Rotexísti me Deus à cõuéntu malignántium, allelúia; à multitúdine operántium iniquitâtẽ, allelúia, allelúia. Psal. Exáudi Deus oratiónem meam, cùm déprecor: à timôre inimíci éripe ánimam meam. Ver. Glória. Kyrie paschale.

Psa. 63.

Oratio.

DA nobis, quæsumus, Dómine Deus noster: intercedénte pro nobis beáto & glorióso mártyre tuo atque pontífice Adalbérto: illíus orâculo profícere: vt terréna conte-

mnéntes: ſempitérnā valeâmus poſſidêre lætítiam. Per.

Léctio Epiſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

Cap 5. FRatres. Omnis póntifex ex homínibus aſſúmptus, pro homínibus conſtitúitur in his quæ ſunt ad Deum, vt ófferat dona & ſacrifícia pro peccátis. Qui condolêre poſsit his qui ignôrant & errant: quóniam & ipſe circumdâtus eſt infirmitáte. Et proptérea debet, quemádmodum pro pópulo, ita étiam pro ſemetípſo offérre pro peccátis. Nec quiſquam ſumat ſibi honórem: ſed qui vocâtur à Deo tanquàm Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetípſum clarificáuit, vt póntifex fieret: ſed qui locútus eſt ad eum: filius meus es tu: ego hódie génui te. Quemádmodum & in álio loco dicit. Tu es ſacérdos in ætérnum, ſecúndùm órdinem Melchíſedech.

Pſa. 111. Allelúia. Ver. Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. Allelúia. Ver. Chriſtus reſúrgēs

Rō. 9. ex mórtuis, iam non móritur: mors illi vltrà non dominábitur. Allelúia.

Proſa. Víctimæ.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Ioánnem.

Cap 10. IN illo témpore. Díxit Ieſus diſcípulis ſuis. Ego ſum paſtor bonus; bonus paſtor ánimam ſuam dat pro óuibus ſuis. Mercenárius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues própriæ, videt lupum veniéntem, & dimíttit oues, & fugit: & lupus rapit, & diſpérgit oues. Mercenárius autem fugit, quia mercenárius eſt, & non pértinet ad eum de óuibus. Ego ſum paſtor bonus, & cognóſco oues meas, & cognóſcunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnóſco patrem: & ánimam meam pono pro óuibus meis. Et álias oues hábeo quæ non ſunt ex hoc ouîli: & illas opórtet me addúcere, & vocem meam áudient: & fiet vnum ouîle, & vnus paſtor.

Offert. Confitebúntur cæli mirabília tua Dómine: & veritátem tuam in eccléſia ſanctôrum, Allelúia, Allelúia.

Secreta.

SAcrifícium, Dómine, exhíbitum benígnus aſſûme: vt, quod nómini tuo mártyris tui atque pontíficis Adalbérti ſolennitáte deférimus: nobis proſit ad véniam. Per.

Præfatio paſchalis. Communio. Ego ſum paſtor bonus. Allelúia: & cognóſco oues meas, & cognóſcunt me meæ. Allelúia, Allelúia. Ioā. 10.

Complenda.

REfécti munéribus ſacris, ſúpplices, te Dómine, deprecâmur: vt indulgéntiam tuam nobis intercéſſio beáti Adalbérti mártyris tui atque pontíficis ſemper implóret. Per.

IN FESTO S. MARCI Euangeliſtæ.

Die 25.

Introitus.



Pſa. 63. ROtexíſti me Deus à conuéntu malignántium, allelúia: à multitúdine operántium iniquitátē, allelúia, allelúia.

Pſal. Exáudi Deus oratiónem meam, cùm déprecor: à timôre inimíci éripe ánimam meam. Ver. Glória. Kyrie paſchale.

Oratio.

DEus, qui beátum Marcum euangelíſtam tuū, euangélicæ prædicatiónis grátia ſublimâſti: tríbue, quæſumus: eius nos ſemper & eru-

ditíone

ditióne proficere,& oratiône defén-
di. Per Do.

Léctio Ezechiélis prophétæ.

Cap. 1. SImilitúdo vultus quatuor animá
lium,fácies hóminis: & fácies le-
ónis à dextris ipsôrum quátuor:fáci-
es autem bouis, à siniſtris ipsôrum
quátuor: & fácies áquilæ désuper i-
psôrum quátuor. Et fácies eôrum,&
pennæ eôrum exténtæ désuper: duæ
pennæ singulôrum iungebántur, &
duæ tegébant córpora eôrum. Et v-
numquodq; eôrum coram fácie sua
ambulábat. Vbi erat ímpetus spíri-
tus, illuc gradiebántur: nec reuerte-
bântur cum ambulârent.Et similitû-
do animálium, & aspéctus eôrum,
quasi carbónum ignis ardéntium, &
quasi aspéctus lampadârum. Hæc e-
rat vísio discûrrens in medio animá-
lium: splendor ignis, & de igne fúl-
gur egrédiẽs.Et animália ibant;& re-
uertebántur in similitúdinem fúlgu-
ris corruscántis. Allelúia. Ver. Pri-
mus ad Sion dicet: ecce adsum,& Ierú-
salem euangelístã dabo. Allelúia. Ver.
Mat 28. In die resurrectiónis meæ, dicit Dómi-
nus, præcèdam vos in Galilæam. Alle-
Pſa. 63. lúia. Prosa. Victimæ.

Sequéntia sancti euangélii secún-
dum Lucam.

Cap 10. IN illo témpore. Designáuit Dómi
nus & alios septuagínta duos, &
misit illos binos ante fáciem suam
in omnem ciuitátem & locum, quò
erat ipse ventûrus. Et dicébat illis.
Messis quidem multa: operárii autẽ
pauci. Rogáte ergo Dóminum mes-
sis, vt mittat operários in messem su-
am. Ite. Ecce ego mitto vos sicut a-
gnos inter lupos. Nolîte portâre sác-
culum, neque peram, neque calcea-
ménta,& néminẽ per viam salutauéritis. In quamcúnque domum intrauéritis, primùm dícite: pax huic dómui. Et si ibi fúerit filius pacis,requiêscet super illum pax vestra: sin autẽ, ad vos reuertétur. In eadem domo manéte edéntes & bibéntes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operárius mercéde sua. Nolîte transíre de domo in domum. Et in quamcúnque ciuitátem intrauéritis, & susceperint vos: manducáte quæ apponúntur vobis: & curâte infírmos qui in illa sunt: & dícite illis. Appropinquâuit in vos regnum Dei.

Credo dicitur.

Offert. Confitebúntur cæli mirabília tua Dómine, & veritátem tuam in eccléſia sanctôrum. Allelúia, Allelúia.

Secreta.

BEáti Marci euangelístæ tui solen nitâte, tibi múnera deferéntes, quæsumus Dómine: vt sicut illum prædicátio euangélica fecit gloriôsum: ita nos eius intercéssio & verbo & ópere tibi reddat accéptos. Per.

Præfatio de Apostolis. fol. 199.

Communio. Lætábitur iustus in Dómino, & sperábit in eo, & laudabúntur omnes recti corde. Allelúia, Allelúia.

Complenda.

TRíbuant nobis, quæsumus Dómine, contínuum tua sancta præsídium: quo beáti Marci euange lístæ tuí précibus, nos ab ómnibus semper tueántur aduérsis. Per Dóminum.

SANCTI CLETI PAPÆ & martyris. Oratio.

Die 26. DEus, qui nos beáti Cleti martyris tui atque pontíficis. cum sua Secr. & Com

plen. de communi vnius martyris & pontificis. fol. 3.

Die 28.

SANCTI VITALIS martyris. Introitus.

Protexîsti me Deus. vt suprà.

Oratio.



Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt intercedénte beáto Vitále mártyre tuo: & à cunctis aduersitátibus liberêmur in córpore: & à prauis cogitatiónibus mundêmur in mente. Per.

Léctio. Beátus vir qui in sapiéntia. In communi vnius martyris. fol. 4. Allelúia. Ver. Iustus non conturbábitur.

Euang. Ego sum vitis vera. vide in vigilia vnius apostoli. fol. 1.

Offert. Repléti sumus manè misericórdia tua: & exultáuimus, & delectâti sumus. Allelúia.

Secreta.

Accépta sit in conspéctu tuo, Dómine, nostra deuótio: & eius nobis fiat supplicatióne salutâris: pro cuius solennitáte defértur. Per.

Communio. Ego sum vitis, & vos pálmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Allelúia, Allelúia.

Complenda.

Refécti participatióne múneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster: vt cuius exéquimur cultum: sentiámus effectum. Per.

FESTA MAII.

Die 1.

IN FESTO SS. APOSTOLORVM Philippi & Iacobi.



Lamauêrunt ad te, Dómine, in témpore afflictiônis suæ: & tu de cælo exaudîsti eos, allelùia, allelúia. Psal. Exultáte iusti in Dómino, rectos decet collaudátio. Ver. Glória. Kyrie paschale. Psa. 33.

Oratio.

Deus, qui nos annua apostolôrum tuôrum Philippi & Iacóbi solennitâte lætíficas: præsta quæsumus: vt quorum gaudémus méritis: instruâmur exémplis. Per.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Stabunt iusti in magna constántia aduérsus eos, qui se angustiauêrunt: & qui abstulêrunt labôres eôrum. Vidéntes turbabúntur timôre horríbili, & mirabúntur in subitatióne insperátę salûtis, dicéntes intra se, pœniténtiam agéntes, & præ angústia spíritus geméntes. Hi sunt, quos aliquándo habúimus in derísum, & in similitúdinem impropérii. Nos insensáti, vitam illôrum æstimabámus insániam: & finem illôrum sine honôre. Ecce, quómodo computâti sunt inter filios Dei: & inter sanctos sors illôrũ est. Allelúia. Ver. Per manus Apostolôrum fiébant signa & prodígia multa in plebe. Allelúia. Ver. In die resurrectiónis meæ, dicit Dóminus, præcédam vos in Galilæam Allelúia. Prosa paschalis. Cap 5. Mat 28.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

In illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Non turbétur cor vestrum. Créditis in Deum: & in me crédite. In domo patris mei, mansiónes multæ sunt. Si quominùs: dixíssem vo- Cap 14.

bis

bis, quia vado parâre vobis locum. Et si abíero, & præparáuero vobis locum: íterum véniam, & accípiam vos ad meípsum: vt vbi ego sum, & vos sitis. Et quó ego vado scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas. Dómine, néscimus quò vadis: & quómodo póssumus viam scire? Dicit ei Iesus. Ego sum via, véritas, & vita: nemo venit ad patrem, nisi per me. Si cognouissétis me, & patrem meum vtique cognouissétis: & ámodo cognoscétis eum, & vidístis eum. Dicit ei Philíppus. Dómine, osténde nobis patrem: & súfficit nobis. Dicit ei Iesus. Tanto témpore vobíscum sum: & non cognouístis me? Philíppe, qui videt me, videt & patrem. Et quómodo tu dicis: osténde nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à meípso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit ópera. Non créditis quia ego in patre: & pater in me est? Alioquin propter ópera ipsa crédite. Amen amen dico vobis: qui credit in me, ópera quæ ego fácio, & ipse fáciet: & maiôra horũ fáciet, quia ego ad patrem vado. Et quodcúnq; petiéritis patrem in nómine meo: hoc fáciã. dicitur Credo.

Offert. Confitebúntur cæli mirabília tua Dómine: & veritátem tuam in eccléſia sanctôrum. Allelúia, allelúia.

Secreta.

MVnera, Dómine, quæ pro apostolôrum tuôrum Philíppi & Iacôbi solennitáte deférimus, propítius súscipe: & mala ómnia quæ merémur auérte. Per.

Præfatio. De Apostolis. fol. 199.

Communio. Tanto témpore vobíscũ sum, & non cognouístis me? Philíppe qui videt me, videt & patrem, allelúia: non credís quia ego in patre, & pater ín me est? allelúia, allelúia.

Complenda.

QVæsumus, Dómine, salutáribus repléti mystériis: vt, quorum solénnia celebrámus: eôrum oratiónibus adiuuêmur. Per.

SANCTI ATHANASII Epiſcopi & Confeſſoris. Die 2.

Oratio.

EXáudi, quæsumus Dómine, preces. cum sua Secr. & Complen. In communi Confessorum pontifi. fol. 18.

IN FESTO INVENTIONIS Sanctæ Crucis. Die 3.

MISSA DE MARTYRIBVS Alexandro, Euentio, & Theodolo. Introitus.

Clamauêrunt iusti. Kyrie paschale.

Oratio.

PRæsta, quęsumus omnípotens Deus: vt qui beatôrum mártyrum tuorũ Alexándri, Euẽtii, Theodoli, atque Iuuenâlis natalítia cólimus: à cunctis malis imminéntibus, eorum intercessiónibus liberêmur. Per.

Epistola. Stabunt iusti in magna. Require suprà in festo Apostolorum Philíppi & Iacobi. fol. 342. Allelúia. Ver. Gaudête iusti. Allelúia. Ver. Surréxit pastor bonus, qui pósuit ánimam suam pro óuibus suis: & pro suo grege mori dignátus est. Allelúia. Prosa. Victimę. Vel si post Ascensionem fuerit. O beáta beatôrum. Euãg. Cùm audiéritis prę lia.

Pſa. 33. Cap 5. Mat 28. Pſa. 82. Ioã. 14. Ioã. 10.

lia. In communi plurium martyrum. fo. 14. Non dicitur C redo, nisi Dominica fuerit. Offert. R epléti sumus manè mi sericórdia tua: & exultáuimus, & delectáti sumus. Allelúia. Secreta.

SVper has hóstias, quæsumus Dómine, benedíctio copiósa descéndat: quæ & sanctificatiónem nobis cleménter operétur: & de sanctôrum nos solennitâte lætíficet. Per.

Sanctus, & Agnus, ix. lect. I te missa est, sub nota C hristeeleison.

Commu. Iustôrum ánimę in manu Dei sunt, & non tanget illos torméntum malítiæ: visi sunt óculis insipiéntium mori, illi autem sunt in pace.

Complenda.

REfécti participatióne múneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster: vt quorum exéquimur cultum: sentiámus effectum. Per.

AD SVMMAM MISSAM.



Introitus.

Gal. 6. NOs autem gloriâri oportet in cruce Dómini nostri Iesu Christi; in quo est salus, vita, & resurréctio nostra: per quem saluáti & liberáti sumus. Psal. Deus Psa. 66. misereátur nostri, & benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos, & misereâtur nostri. Ver. Glória. Oratio.

DEus, qui in præclára salutíferæ Crucis inuẽtióne, passiónis tuę mirácula susscitâsti, concéde: vt vitâlis ligni prétio, ætérnæ vitæ suffrágia consequâmur. Qui viuis & regnas.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Galatas.

FRatres: Confído de vobis in Dómino Iesu, quòd nihil aliud sapiátis. Qui autem contúrbat vos; portâbit iudícium, quicúnq; est ille. Ego autem fratres, si circumcisiónem adhuc prædico: quid adhuc persecutiônem pátior? Ergo evacuâtum est scándalum crucis. Vtinam & abscindántur, qui vos contúrbant. Quicúnq; enim volunt placêre in carne: hi cogunt vos circumcídi, tantùm vt crucis Christi persecutiônem non patiántur. Neque enim qui circumcidúntur, legem custódiunt: sed volunt vos circumcídi, vt in carne vestra gloriéntur. Mihi autem absit gloriâri, nisi in cruce Dómini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifíxus est, & ego mundo. Allelúia. Ver. Dulce lignum, dulces clauos, dúlcia ferens póndera: quæ sola fuísti digna sustinêre regem cælôrum, & Dóminum. Allelúia. Ver. Surréxit Dóminus de sepúlchro, qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúia. Prosa. Cap. 5. & 6.

LAudes crucis attollámus, nos qui crucis exultámus speciâli glória.

Dulce melos tangat cælos; dulce lignũ dulci dignum crédimus melódia.

Voci vita non discórdet: dum vox vitã non remórdet, dulcis est symphónia.

Serui crucis crucem laudent: qui per

crucem sibi gaudent vitæ dari múnera, dicant omnes, & dicant síngúli: aue salus totíus séculi, arbor salutífera.

O quàm felix, quàm præclára fuit hæc salútis ara, rubens agni sánguine: agni sine mácula, qui mundáuit sécula ab antíquo crímine.

Hæc est scala peccatôrũ, per quam Christus rex cælôrum ad se traxit ómnia.

Forma cuius hoc osténdit, quæ terrârũ comprehéndit quátuor confínia.

Non sunt noua sacraménta: nec recénter est inuénta crucis hæc relígio.

Ista dulces aquas fecit: per hanc silex aquas iecit Moysi offício.

Nulla salus est in domo, nisi cruce munit homo superliminária.

Neque sensit gládium, nec amísit fíliũ, quisquis egit tália.

Ligna legens in Saréptha, spem salútis est adépta, pauper muliércula.

Sine lignis fidei, nec lecythus ólei valet, nec farínula.

In scriptûris sub figuris ista latent, sed iam patent crucis benefícia.

Reges credunt, hostes cedunt: sola cruce Christo duce, vnus fugat míllia.

Ista suos fortióres semper facit, & victôres: morbos sanat, & languóres: réprimit dæmónia.

Dat captíuis libertátem, vitæ confert nouitátem: ad antíquam dignitátẽ, crux redûxit ómnia.

O crux, lignum triumphâle: mundi vera salus vale: inter ligna nullum tale, fronde, flore, gérmine.

Medicína Christiána, salua sanos, ægros sana: quod non valet vis humâna, fit in tuo nómine.

Assisténtes crucis laudi, consecrátor crucis audi: atque seruos tuæ crucis, post hanc vitam veræ lucis transfer ad palátia.

Quos torménto vis seruíre, fac tormén ta non sentîre: sed cùm dies venit iræ, nobis confer & largîre sempitérna gaudia.

Euangel. Erat homo ex Pharisæis Nicodé. Require de S. Trinitate, fol. 263

Credo dicitur.

Offert. Prótege Dómine plebem tuã per signum sanctæ crucis ab ómnibus insídiis inimicôrum ómnium: vt, tibi gratam exhibeámus seruitûtem, & acceptábile tibi fiat sacrifícium nostrum.

Secreta.

SAcrifícium, Dómine, quod tibi immolâmus, placátus inténde: vt ab omni nos éruat bellôrum nequítia: & per vexíllum sanctæ Crucis filii tui, ad conteréndas aduersariôrum insídias: nos in tuæ protectiónis securitáte constítuat. Per eund.

Præfatio de S. Cruce. fol. 191.

Communio. Nos autem gloriâri opórtet in cruce Dómini nostri Iesu Christi, Allelúia.

Complenda.

REpléti alimónia cæléfti & spirituáli póculo recreáti: quæsumus, omnípotens Deus: vt ab hoste malígno nos defénd as: quos per lignum sanctæ Crucis, filii tui armis iustítiæ, pro salúte mundi triumphâre iussîsti. Per eúndem.

S. CYRIACI EPISCOPI & martyris. Oratio.

Die 4.

DEus qui nos beáti. cum Secre. & Complen. De communi vnius martyris fol. 3.

Die 6.

IN FESTO S. IOANNIS ANTE portam Latinam Introitus.

Eccl 15.



IN médio eccléſiæ apéruit os eius, & impléuit eum Dóminus ſpíritu ſapiéntię;& intelléctus: ſtola glóriæ índuit eum. Pſal. Iocunditátem & exultatiónem : theſaurizáuit ſuper eum. Ver. Glória. Kyrie paſchale.

Oratio.

DEus, qui cónſpicis quia nos vndique mala noſtra pertúrbant: præſta quæſumus : vt beáti Ioánnis apóſtoli tui & euangelíſtæ intercéſſio gloriôſa nos prótegat. Per.

Lectio. Qui timet Deum. Require in feſto eiuſdem. fol. 22. Allelúia. Ver. Hic eſt diſcípulus ille, qui teſtimónium pérhibet de his: & ſcimus quia verum eſt teſtimónium eius. Allelúia. Ver. In die reſurrectiónis meæ, dicit Dóminus,præcédam vos in Galilæã. Allelúia.

Mar 28.

Poſt Aſcenſiónem ſecundum Allelúia. Ver. Aſcéndit Deus in iubilatióne, & Dóminus in voce tubæ. Allelúia. Proſa omni tẽpore dicitur. Ioánnes Ieſu Chriſto. fol. 31. Euang. Dixit Ieſus Petro. fol. 22. Dicitur Credo. Offert. Repléti ſumus manè miſericórdia tua : & exultáuimus, & delectáti ſumus,allelúia.

Pſa. 46.

Secreta.

MVnéribus ſacris, quæſumus Dómine, precibusque ſuſcéptis : & cæléſtibus nos munda myſtériis : & cleménter exáudi. Per.

Præfatio De Apoſtolis. fol. 194.

Commun. Ego ſum vitis vera, & vos pálmites : qui manet in me,& ego in eo: hic fert fructum multum,allelúia,alle.

Complenda.

REfécti, Dómine, pane cæléſti: intercedénte beáto Ioánne Apóſtolo tuo : ad vitam quæſumus, nutriâmur ætérnam. Per.

IN FESTO S. STANISLAI Epiſcopi & marty.

Die 8.

Pſa. 63.



ROtexíſti me Deus à conuéntu malignántium, allelúia; a multitúdine operántium iniquitãtẽ, allelúia, allelúia.

Pſal. Exáudi Deus oratiónem meam, cùm déprecor : à timóre inimíci éripe ánimam meam. Ver. Glória. Kyrie paſchale.

Oratio.

POpulum tuum, Dómine, intercedénte beáto Staniſláo mártyre tuo atque pontífice, déxtera tuæ virtútis poténter defénde: & ſolem tuæ maieſtátis irreuerberâto mentis rádio gloriánter intuêri concéde. Per Dóminum.

Léctio Epiſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

FRatres. Omnis póntifex ex homínibus aſſúmptus pro homínibus conſtitúitur in his quæ ſunt ad Deum : vt ófferat dona & ſacrifícia pro peccátis. Qui condólere poſsit his qui ignórant & errant : quóniam & ipſe circumdâtus eſt infirmitâte. Et proptérea debet, quemádmodũ pro pópulo, ita étiam pro ſemetípſo offérre pro peccátis. Nec quiſquàm ſumit ſibi honôrem : ſed qui vocâtur à Deo, tanquàm Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetípſum clarificáuit vt póntifex fíeret. Sed qui locûtus eſt ad eum, Fílius meus es tu: ego hódie

Cap 5.

génui

Die 10.

génui te. Quemádmodum & in álio loco dicit. Tu es ſacérdos in ætérnũ ſecúndùm órdinem Melchiſedech. Pſa. 63. Allelúia. Ver. Lætábitur iuſtus in Dómino, & ſperábit in eo: & laudabúntur omnes recti corde. Allelú. Ver. Chriſtus reſúrgens ex mórtuis, iam non móritur: mors illi vltrà non dominábitur. Allelúia. Proſa. Victimæ. Poſt Aſcenſionem ſecundum Allelúia. Ver. Aſcẽdit Deus in iubilatióne, & Dóminus in voce tubæ. Allelúia. Proſa. Spe mercedis. fol. 6. Euang. Ego ſum paſtor bonus. vt in feſto S. Adalberti. fol. 340. Offert. Confitebúntur cæli mirabília tua, Dómine: & veritátem tuam in eccléſia ſanctôrum. allelúia, allelúia.

Præfatio de tempore

Secreta.

OBlátis, Dómine, placâre munéribus: & interueniéntibus méritis beáti Staniſlái mártyris tui atq; pontíficis: adhíbito circa nos pio correptiónis remédio: præſéntibus hóſtiis à nobis hoſtes quibus impugnâmur poténter repélle. Per.

Communio. Pſa. 63. Lætábitur iuſtus in Dómino, & ſperábit in eo: & laudabúntur omnes recti corde, allelúia.

Complenda.

FIdéles tuos, Dómine, tui percéptio ſacraménti mundet ſemper & múniat: & interuéntu precum beáti Staniſlái mártyris tui atque pontíficis: piis increpatiónibus corréptos, tibi fáciat complacére. Per.

SS. GORDIANI ET EPIMACHI martyrum. Die 10.

SAncti tui Dómine. In cõmuni martyrum. fol. 9. Oratio. Da quæſumꝰ, omnípotens Deus. cum ſua Secr. & Cõplenda fol. 10. Epiſtola. Sancti per fidem. fol. 12. Allelúia. Ver. Sancti & iuſti. Euang. Cùm audiéritis prælia. fol. 14. Offert. Mirábilis Deus. Cõm Iuſtôrum ánimæ.

SS. NEREI, ARCHILLEI, & PANCRATII martyrum. Die 12.

Introitus.

ECce óculi Dómini. In cõmuni martyrum. fol. 9.

Oratio.

SEmper nos Dñe mártyrum tuôrum Nerei, & Archillei, atque Pancrátii fóueat, quæſumus, beáta ſolénnitas: & tuo dignos reddat obſéquio. Per.

Lectio. Iuſti autem in perpétuũ. fol. 11. Allelúia. Ver. Gaudête iuſti. Euãge. Deſcéndens Ieſus de monte. fol. 14 Offert. Confitebúntur cæli. fol. 16.

Secreta.

SAnctôrum mártyrum tuôrum, quæſumus Dómine, Nerei, & Archíllei, atque Pancrátii, ſit tibi grata confeſsio: quæ & múnera noſtra cõméndet: & tuam nobis indulgéntiam ſemper implôret. Per.

Commun. Gaudête iuſti. fol. 17.

Complenda.

QVæſumus Dómine: vt beatôrum mártyrum tuôrum Nérei, & Archíllei, atque Pancrátii deprecatiónibus ſacramẽta quæ ſúmpſimus, ad tuæ nobis proficiant placatiônis augméntum. Per.

S. POTENTIANÆ virginis. Oratio. Die 19

EXáudi nos Deus. cum Secr. & Complen. de communi virg: non mart. fol. 28.

S. VR-

Die 25.

S. VRBANI PAPÆ ET martyris. Introitus.

SAcerdótes tui Dñe. sicut vnius Cófeſso. & Ponti. fol. 17. Oratio.



A, quæſumus, omní potens Deus: vt qui beáti Vrbáni mártyris tui atque pontíficis ſolénnia cólimus: eius apud te interceſsiónibus adiuuêmur. Per.

Lectio. Beátus homo qui inuénit ſapiéntiam. In communi vnius martyris. fol. 4. Grad. Inuéni Dauid ſeruũ meum. De Confeſso. fol. 22 Allelúia. Ver. Poſuíſti Dómine in cápite eius corónam de lápide pretióſo. Allelúia.

Euang Homo quidam peregrè. De Confeſso. fol. 24. Offert. Véritas mea. fol. 26. Secreta.

HAEc hóſtia, quæſumus Dómine, emúndet noſtra delícta: & ad ſacrifícium celebrándum ſubditórum tibi córpora mentesque ſanctíficet. Per.

Comm. Fidélis ſeruus. De Confeſso. fol. 26. Complenda.

REfécti participatióne múneris ſacri, quæſumus Dómine Deus noſter: vt cuius exéquimur cultum: ſentiámus effféctum. Per.

Die 31.

S. PETRONELLÆ virginis. Oratio.

Exáudi nos Deus. cum ſua Secre. & Complen. ſicut de vna virgine non marty. fol. 28.

FESTA IVNII.

Die 2.

SS. MARCELLINI ET PETRI martyrum. Introitus.

CLamauêrunt iuſti. fol. 8. In communi mart. Oratio.



Eus, qui nos ánnua beatórum mártyrũ tuórum Marcellíni & Petri ſolennitáte lętíficas: pręſta quę ſumus: vt quorum gaudémus méritis: prouocémur exémplis. Per.

Epiſtola. Reſpóndens vnus de ſeniòribus. fol. 12. Graḋua. Glorióſus Deus. Allelúia. Fulgébunt iuſti. Euangel. Cùm audiéritis prælia. fol. 14. Offer. Mirábilis Deus in ſanctis. fol. 16.

Secreta.

HOſtia hæc, quæſumus, Dómine: quam in ſanctórum mártyrum tuórum natalítiis recenſéntes offérimus: & vincula noſtræ prauitátis abſóluat: & tuæ nobis miſericórdiæ dona concíliet. Per.

Comm. Iuſtórum ánimæ. fol. 17.

Complenda.

SAcro múnere ſatiáti, ſúpplices te, Dómine, deprecámur: vt quod débitę ſeruitútis celebrámus offício: ſaluatiónis tuæ ſentiámus augméntum. Per Dóminum.

Die 8.

SANCTI MEDARDI Epiſcopi Commemoratio.

DA, quæſumus omnípotens Deus. cum ſua Secre. & Complenda de vno Confeſsore & Pontifice. fol. 18.

Die 9.

SS. PRIMI ET FELICIANI martyrum. Introitus.

SApiéntiam ſanctórum. In communi martyrum. fol. 9.

Oratio.

Oratio.



Ac nos, quæsumus Dómine, sanctôrũ mártyrum tuôrum Primi, & Felicíani, semper festa sectâri: quorum suffragiis protectiónis tuæ dona sentiamus. P.

Lectio. Expectátio iustôrum. fo. 10.

Grad. Exultábunt sancti. Alleluia. Mirábilis Dóminus. Euange. Videns Iesus turbas. fol. 14.

Offerto. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti, & gloriámini omnes recti corde.

Secreta.

Fiat tibi, quæsumus Domine, hæc hóstia sacránda placábilis, preciósi celebritáte martyrii: quæ & peccáta nostra purificet: & tuôrum tibi vota concíliet famulôrum. Per.

Ioã 15. Communio. Ego vos elégi de mundo vt eátis & fructum afferatis, & fructus vester máneat.

Cõplenda.

Quæsumus omnípotẽs Deus: vt sanctôrũ mártyrum tuôrũ Primi & Feliciáni cæléstibus mystériis celebrâta solénnitas: indulgéntiã nobis tuæ propitiatiónis acquirat. Per.

Die 22.

IN FESTO S. BARNABÆ apostoli. Introitus.



Mihi autem nimis honorâti sũt amíci tui Deus: nimis confortâtus est principâtus eôrũ. Psalm.

Psa. 138. Dómine probásti me & cognouísti me: tu cognouísti sessiónem meam. Ver. Glória.

Oratio.

Quæsumus omnípotens Deus: vt beátus Bárnabas apóstolus tuum pro nobis imploret auxílium: vt á nostris reátibus absolúti: à cunctis étiam periculis eruâmur. Per.

Lectio Actuum Apostolôrum.

Cap 11. In diébus illis. Multus númerus credéntium Antióchiæ conuersus est ad Dóminum. Peruenit autem sermo ad aures ecclésiæ, quæ erat Ierosólymis, super istis: & misérunt Bárnabam vsque ad Antióchiam. Qui cùm peruenísset, & vidísset grátiam Dei, gauísus est. Et hortabátur omnes in propósito cordis manêre in Dómino: quia erat vir bonus, & plenus Spíritu sancto, & fide. Et appósita est multa turba Dómino. Profectus est autem Tharsum, vt quæreret Saulum: quẽ cúm inuenísset, perdúxit Antióchiam. Et annum totum conuersáti sunt ibi in ecclésia: & docuêrunt turbam multam, ita vt cognominaréntur primúm Antióchiæ discípuli Christiáni. Erant autem in ecclésia quæ erat Antióchiæ, prophétæ & doctôres: in quibus Bárnabas, & Simon, qui vocabâtur Niger, & Lúcius Cyrenénsis, & Manahen, qui erat Heródis tetrárchæ collactáneus, & Saulus. Ministrántibus autem illis Dómino, & ieiunántibus: dixit Spíritus sanctus. Segregâte mihi Saulum & Bárnabam in opus ad quod assúmpsi eos. Tunc ieiunántes & oránte, imponentesqúe eis manus, dimisérunt illos.

Gradu. In omnem terram exîuit sonus eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum. Ver. Cæli enárrant glóriam Dei: & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum. Allelúia. Ver. Nimis honorâti sunt amíci tui Deus, nimis confortâtus est principátus eôrum. Allelúia

Psa. 18.

Si venerit ante Pentecostẽ, secundũ Al-

lelúia, Dóminus in Sina. fo. 244. Pro fa. Clare sanctórum. quęre in festo sancti Thomæ. fo. 316.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Ioánnem.

Cap 15. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Hoc est præcéptum meum: vt diligátis ínuicem, sicut diléxi vos. Maiórem hac dilectiónem nemo habet, vt ánimam suam ponat quis pro amícis suis. Vos amíci mei estis, si fecéritis quæ ego præcípio vobis. Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid fáciat dóminus eius. Vos autem dixi amícos, quia ómnia quæcúnq; audíui à patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegístis: sed ego elégi vos: & pósui vos: vt eátis, & fructum afferâtis: & fructus vester máneat: vt quodcunque petiéritis patrem in nómine meo, det vobis. Credo dicitur.

Pſa 18. Offert. In omnem terram exîuit sonus eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum. Secreta.

SAcrándum tibi Dómine munus offérimus: quo beáti Bárnabæ Apóstoli tui solénnia recoléntes: purificatiónem quoque nostris méntibus implorámus. Per.

Præfatio, De Apostolis. fo. 199.

Communio. Vos qui secûti estis me, sedébitis super sedes iudicántes duódecim tribus Israël: dicit Dóminus.

Complenda.

Mat 19. PErcéptis, Dómine, sacraméntis supplíciter exorâmus: vt intercedénte beáto Bárnaba Apóstolo tuo: quæ pro illíus veneránda gérimus passiône: nobis proficiant ad medélam. Per.

SS. BASILIDIS, CYRINI, NABORIS, & NAZARII, martyrum. Introitus.

Die 12.

Intret in conspéctu. De communi plurium martyrum. fo. 8. Oratio.

SAnctórum martyrum tuórum Basílidis, Cyríni, Nabóris, & Nazárii: quæsumus Dómine natalítia nobis votíua respléndeant: & quod illis cóntulit excelléntia sempitérna: fructibus nostræ deuotiónis accréscat. Per.

Lectio. Lingua sapiéntum. fol. 10.

Gradua. Víndica Dómine. Allelúia.

Ver. Te mártyrum candidátus. Euange. Atténdite à ferménto. fo. 14.

Offerto. Exultábunt sancti in gloria. fol. 17. Secreta.

PRo sanctórum tuórum Basílidis, Cyríni, Naboris, & Nazárii sanguine veneránde: hóstias tibi Dómine solénniter immolámus: tua mirabília pertractántes: per quæ talis est perfécta victória. Per.

Comm. Posuêrunt mortália. fol. 17.

Complenda.

SEmper, Dómine, sanctórum martyrum tuórum Basílidis, Cyríni, Nabóris atque Nazárii solénnia celebrántes: præsta quæsumus: vt eôrum patrocínia iúgiter sentiámus. P.

IN FESTO S. BASILII Episcopi & Confessoris. Introitus.

Die 14.

IN médio eccléſiæ apéruit os eius, & impléuit eum Dóminus spíritu sapiéntię & intelléctus: stolā glóriæ índuit eū.

Psalm.

Psa. Bonum est confitéri Dómino, & psállere nómini tuo altíssimè. Ver. Glória. Oratio.

EXáudi, quæsumus, Dómine, preces nostras: quas in beáti Basílii Confessóris tui atque pontíficis solennitâte deférimus: &, qui tibi méruit famulâri, eius intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólue peccátis. Per Dóminum.

Epistola. Testíficor coram Deo. De communi Doctorum. fol. 21.

Gradu. Os iusti meditábitur sapiéntiã: & lingua eius loquêtur iudîcium. Ver. Lex Dei in corde ipsius: & non supplãtabúntur gressus eius. Allelúia. Ver. Inuéni Dauid seruum meum, óleo sancto meo vnxi eum, Allelúia. Prosa. Ad laudes saluatôris. fol. 23.

Sequéntia sancti euangélij secúndùm Lucam.

Cap. 14. IN illo témpore. Dixit Iesus turbis. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxôrem, & filios, & fratres, & sorôres, adhuc autem & ánimam suam: non potest meus esse discípulus. Et qui non báiulat crucem suam, & venit post mei, non potest meus esse discípulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificâre, non prius sedens, cómputat sumptus, qui necessárii sunt: si hábeat ad perficiéndum: ne, postquàm posúerit fundaméntum & non potúerit perfícere, omnes qui vident, incípiant illúdere ei, dicéntes: quia hic homo cœpit ædificâre, & non pótuit cõ summâre? Aut quis rex itûrus commíttere bellum aduérsus álium regẽ, non sedens prius cógitat, si possit cũ decem míllibus occúrrere ei, qui cũ vigínti míllibus venit ad se? Alióquin adhuc illo longè agénte, legatiónem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo, omnis ex vobis, qui non renúnciat ómnibus quæ pósidet: non potest meus esse discípulus. Bonum est sal. Si autem sal quoq; euanúerit: in quo condiétur? Neque in terram, neque in sterquilínium vtile est; sed foras mittétur. Qui habet aures audiéndi, áudiat. Credo dicitur.

Offert. Véritas mea, & misericórdia mea cum ipso, & in nómine meo exaltábitur cornu eius, Secreta.

SAncti Basílii Confessôris tui atq; pontíficis, quæsumus, Dómine, ánnua solénnitas pietáti tuæ nos reddat accéptos: vt per hæc piæ placatiónis offícia, & illum beáta retribútio comitétur, & nobis grátiæ tuæ dona concíliet. Per Dóminum.

Communio. Fidélis seruus, & prudẽs, quem constítuit Dóminus super famíliam suam, vt det illis in témpore trítici mensûram. Complenda.

DEus fidélium ómnium remunerâtor animârum, præsta: vt beáti Basílii confessôris tui atque pontíficis, cuius venerándã celebrâmus festiuitátem, précibus indulgéntiam consequâmur. Per Dóminum.

SS. VITI, MODESTI, ET CRESCENTIÆ martyrum. Die 15.

Introitus.

Sapiéntiam sanctôrum. fol. 9.

Oratio.



EUs, qui nos ánnua sanctôrũ mártyrũ tuôrum Viti, Modesti, atq; Crescẽtię solennitâte lætíficas: concéde propítius:

vt quorum gaudémus méritis: instru âmur exémplis. Per. cum sua Secre. & Complen. sicut de communi plurium martyrum. fol. 9. Epistola. Iustôrum ánimæ. Grad. Glorióſus Deus. Allelúia. Te mártyrum candidâtus. Euang. Videns Iesus turbas. fol. 14. Offerto. Mirábilis Deus. fol. 16. Communio. Iustôrum ánimæ. fol. 17.

Die 16.

SS. CYRICI ET IVLITÆ martyrum Commemoratio.

Deus, qui nos concédis. cum sua Secre. & Complen. De communi plurium mart. fol. 10.

Die 18.

SS. MARCI ET MARCELLIANI martyrum. Introitus.

Salus autem iustôrum. fol. 9.

Oratio.



Ræsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt qui sanctôrum mártyrum tuôrum Marci & Marcelliáni natalítia cólimus à cunctis malis imminéntibus eôrũ intercessiónibus liberêmur. Per.

Epistola. Sancti per fidem. fol. 12.

Gradu. Anima nostra. Allelúia. Sancti & iusti. Euang. Cùm audiéritis prę lia. fol. 14. Offerto. Exultábunt sancti in glória. fol. 17.

Secreta.

MVnera tibi, Dómine, dicâta, sanctífica: & intercedéntibus sanctis martyribus tuis Marco & Marcelliáno, per eádem nos placátus inténde. Per.

Communio. Amen dico vobis, quod vni ex mínimis meis fecístis, mihi fecístis: venîte benedícti patris mei, possidête parátum vobis regnũ ab inítio séculi.

Complenda.

SAlutâris tui, Dómine, múnere satiâti, súpplices exorâmus: vt quorum lætámur gustu, renouêmur effectu. Per.

Die 19.

SS. GERVASII ET PROTASII martyrum. Introitus.

Loquêtur Dñs pacẽ. fo. 9. Oratio.



Deus, qui nos ánnua sanctôrum mártyrũ tuôrum Geruásii & Protásii solennitáte lætíficas: concéde propítius: vt quorũ gaudémus méritis: accendámur exémplis. Per.

Epistola. Iustôrum ánimæ. fol. 11.

Grad. Glorióſus Deus. Allelúia. Iusti æpuléntur. Euang. Egrediénte Iesu de templo. fol. 15. Offert: Anima nostra. Secre. & Complen. vt suprà de sanctis Marco & Marcelliano. Comm. Posuêrunt mortalia.

Die 22.

SS. DECEM MILLIVM martyrum. Introitus.

INtret in conspéctu. fo. 8. Oratio.



Deus, qui ad imitándum passiónis tuæ exémplum decem míllia mílitum mártyrum subîre fecîsti: tríbue nobis quæsumus: vt qui eôrum passiónem venerâmur: passiónis tuæ remédia cónsequi mereâmur. Qui viuis & regnas.

Epistola. Sancti per fidem. fol. 12.

Grad. Glorióſus Deus. Allelúia. Lætámini. Euange. Descéndens Iesus de monte. fol. 14. Offert. Mirábilis Deus.

Die 23.

Luc 1.

us. fol. 16. Secreta.

MVnera nostra, quæsumus, omnípotens Deus: cleménter áccipe: quæ tibi in honôrem beatôrum mílitum mártyrum offérimus: vt ea quæ à te meruêrunt impetrâre: nobis propítius largiâris. Per.

Comm. P osuêrunt mortália. fol. 17.

Complenda.

SVmpsimus, Dómine, pignus salútis ætérnæ sanctôrum decem míllium mártyrum tuôrum solénnia recenséntes: quod sicut illis ad glóriam: ita nobis ad véniam prodésse concédas. Per.

S. PAVLINI EPISCOPI ET confessoris commemo.

Die 22.

DA quæsumus omnípotens Deus. cum sua Secre & Complen. de communi Episcopi & Confessoris. fol. 18.

IN VIGILIA S. IOANNIS baptistæ. Introitus.

Die 23.

Luc 1.

NE tímeas Zacharía: exaudita est orátio tua, & Elízabeth vxor tua páriet tibi fílium: & vocábis nomen eius Ioánnē: & erit mágnus coram Dómino: & Spíritu Sancto replébitur, adhuc ex útero matris suæ: & multi in natiuitáte eius gaudébunt. Psal. Appáruit ángelus Dómini Zachariæ: stans à dextris altáris incénsi. Ver. Glória.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt família tua per viam salûtis incédat: & beáti Ioánnis præcursóris hortaménta sectándo: ad eum quē prædíxit secûra peruéniat: Dómi nostrū Iesum Christū. Secunda Oratio de S. Maria. Concéde. tertia Eccléſiæ.

Léctio Ieremíæ prophétæ.

IN diébus illis. Factum est verbum Dómini ad me, dicens. Priusquàm te formârem in útero, noui te: & antequàm exîres de vulua, sanctificáui te: & prophétam in géntibus dedi te. Et dixi. A, a, a, Dómine Deus, ecce, néscio loqui: quia puer ego sum. Et dixit Dóminus ad me. Noli dícere, puer sum: quóniam ad ómnia, quæ mittam te, ibis: & vniuérsa quæ mandáuero tibi, lóqueris. Ne tímeas à fácie eôrum: quia ego tecum sum, vt éruam te, dicit Dóminus. Et misit Dóminus manum suam, & tétigit os meum: & dixit Dóminus ad me. Ecce, dedi verba mea in ore tuo: Ecce, cōstítui te hódie super gentes, & super regna: vt euéllas, & déstruas, & dispérdas, & dissípes, & ædífices, & plātes. Dicit Dóminus omnípotens. Cap 1.

Gradu. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioánnes. Ver. Hic venit, vt testimónium perhibêret de lúmine, parâre Dómino plebem perféctam. Ioā. 1.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Lucam.

FVit in diébus Heródis regis Iudææ, sacérdos quidam nómine Zacharías, de vice Abia: & vxor illíus de filiâbus Aaron, & nomen eius Elízabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedéntes in ómnibus mādatis, & iustificatiónibus Dómini sine quérela. Et non erat illis fílius: eò quòd Elízabeth esset stérilis: & ambo processíssent in diébus suis. Factū est autem: cùm sacerdótio fungerêtur Zacharías in órdine vicis suæ an- Cap 1.

te Deum, secúndùm consuetúdinem sacerdótii, sorte éxiit, vt incénsum póneret, ingréssus in templum Dómini. Et omnis multitúdo pópuli erat orãs foris, hora incénsi. Appáruit autem illi ángelus Dómini, stans à dextris altâris incénsi. Et Zacharías turbâtus est, videns: & timor irruit super eum. Ait autem ad illum ángelus. Ne tímeas Zacharía: quóniam exaudîta est deprecátio tua. Et vxor tua Elízabeth páriet tibi filium: & vocábis nomen eius Ioánnem. Et erit tibi gáudium & exultátio: & multi in natiuitâte eius gaudébunt. Erit enim magnus coram Dómino: vinum & síceram non bibet. Et Spíritu sancto replébitur, adhuc ex vtero matris suę: & multos filiôrum Israël conuértet ad Dóminum Deum ipsôrum. Et ipse præcédet ante illum in spíritu & virtúte Elíæ: vt conuértat corda patrũ in fílios: & incrédulos ad prudéntiã iustôrum, parâre Dómino plebem perféctam.

Pſa. 8. **Offert.** Glória & honôre coronâsti eũ: & constituisti eum super ópera mánuum tuârum Dómine. **Secreta.**

MVnera, Dómine, oblâta sanctífica: & intercedénte beáto Ioánne Baptísta: nos per hæc à peccatôrũ nostrôrum máculis emũda. Per.

Pſa. 20. **Communio.** Magna est glória eius in salutâri tuo: glóriam & magnum decôrem impónes super eum Dómine.

Complenda.

BEáti Ioánnis Baptístæ nos, Dómine, præclâra comitêtur orátio: & quem ventûrum esse prædíxit: poscat nobis fore placátum: Dóminum nostrum Iesum Christum filiũ tuum. Qui.

IN NATIVITATE S. IOANNIS BAPTISTÆ ad primam Missam.

Die 24.

Introitus.

Iustus vt palma. In communi vnius martyris. fol. 2

Oratio.



Oncéde quæsumus omnípotens Deus: vt qui beáti Ioánnis Baptístæ solénnia cólimus: eius apud te intercessiône adiuuêmur. Per.

Léctio Isaíæ prophétæ.

HAEc dicit Dóminus Deus: Ecce seruus meus, suscípiam eum: eléctus meus, complácuit sibi in illo ánima mea. Dedi spíritum meum super eum: iudícium gêntibus prófferet. In veritáte edúcet iudícium. Nõ erit tristis, neque turbuléntus: donec ponat in terra iudícium: & legem eius ínsulæ expectábunt. Ego Dóminus creans cælos, & exténdens eos: firmans terram, & quæ gérminant ex ea: dans flatum pópulo qui est super terram, & spíritum calcántibus eam. Ego Dóminus vocáui te in iustítia, & apprehéndi manum tuam, & seruáui te. Et dedi te in fœdus pópuli, in lucem géntium. Cap 42.

Contabuêrunt, & contríti sunt simul: non potuêrunt saluâre portántem: & ánima eôrum in captiuitátem ibit. Audíte me domus Iacob, & omne resíduũ domus Israël: qui portámini à meo vtero, & gestámini à mea vulua. Vsque ad senéctam ego ipse, & vsque ad canos ego portábo. Ego feci, & ego feram: ego portábo, & saluábo. Cui assimilâstis me, & adæquâstis, & fecístis símilem? Cap 46.

Redémptor noster, nomẽ illius, Cap 47.

illius, sanctus Israël.

Grad. Iustus vt palma. Allelúia. Ver. Fuit homo missus a Deo, cui nomen Ioánnes erat. Allelúia,

Sequéntia sancti euangélii secúndum Lucam.

Cap 1. IN illo témpore. Dixit Zacharías ad ángelum. Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex: & vxor mea procéssit in diébus suis. Et respóndens ángelus, dixit ei. Ego sum Gábriel, qui ásto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizâre. Et ecce, eris tacens, & non póteris loqui vsque in diem quo hæc fiant: pro eò quod non credidísti verbis meis, quæ implebúntur in témpore suo. Et erat plebs expéctans Zachariam: & mirabántur, quod tardâret ipse in templo. Egréssus autem, non póterat loqui ad illos. Et cognouêrunt quod vidísset visiónem in templo. Et ipse erat ínnuens illis: & permánsit mutus. Et factum est: vt impléti sunt dies officii eius, ábiit in domum suam. Post hos autem dies concépit Elízabeth vxor eius: Et occultábat se ménsibus quinque, dicens. Quia sic fecit mihi Dóminus in diébus, quibus respéxit auférre oppróbriū meū inter hómines.

Offert. In virtúte tua. Secreta. Múnera, Dómine obláta sanctífica. vt suprà in vigilia eiusdem.

Communio. Posuísti Dómine.

Complenda.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt qui cæléstia aliménta percépimus: intercedénte beáto Ioánne Baptísta: per hæc contra ómnia aduérsa muniâmur. Per Dóminum.

AD SVMMAM MISSAM

Introitus.

Isa. 49. DE vẽtre matris meę vocáuit me Dñs nómine meo: & pósuit os meum, vt gládium acútum: sub teguménto manus suæ protexit me: & pósuit me quasi sagíttam eléctam. Psal. Bonũ est confitéri Dómino: & psállere nómini tuo altíssimè. Ver. Glória. Oratio.

DEus, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Ioánnis natiuitáte fecísti: da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum: & ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ. Per Dóminum.

Léctio Isaíæ prophétæ

Cap 49. HAEc dicit Dóminus. Audíte ínsulæ: & atténdite pópuli de lõge. Dóminus ab vtero vocáuit me: de ventre matris meæ recordâtus est nóminis mei. Et pósuit os meũ quasi gládium acútum. In vmbra manus suæ protéxit me: & pósuit me quasi sagíttam eléctam. In pharétra sua abscóndit me: & dixit mihi. Seruus meus es tu Israël: quia in te gloriábor. Et nunc hæc dicit Dóminus, formãs me ex vtero seruum sibi. Dedite in lucem géntium: vt sis salus mea vsque ad extrémum terræ. Reges vidébunt, & consúrgent príncipes: & adorábũt Dóminum Deum tuum, & sanctum Israël, qui elégit te.

Gradu Priusquàm te formárem in útero, noui te: & antequàm exíres de ven- Ier. 1.

tre sanctificâui te. Ver. M isit Dominus manum suam, & tétigit os meum: & dixit mihi. A lleluia. Ver. I nter natos mulíerum, non surréxit maior Ioánne Baptísta. Allelúia. Prosa.

Luc 7.

SAncti Baptístæ Christi præcónis,
S S oléннia celebrántes, móribus ipsum sequâmur.
V t ad vitam quam prædíxit, áseclas suos perdûcat.
D euóti te sanctíssime hóminum, amíce Iesu Christi flagitámus: vt gáudia percipiâmus.
A ppárens quæ Zachariç Gábriel repro mísit, qui tuam celebrárent obséquis natiuitátem.
V t per hæc festa ætérna gáudia adipiscâmur.
Q ua sancti Dei sacris delíciis læti congáudent.
T u qui præparas fidélium corda: ne quid deuium, vel lúbricum, Deus in eis inuéniat.
T e depóscimus, vt crímina nostra, & facínora, contínua prece stúdeas absóluere.
P lacâtus vt ipse suos semper inuísere fidéles,
E t mansiónem in eis fácere dignétur.
E t agni véllere, quem tuo dígito,
M undi monstráueras tóllere crímina, nos velit indúere.
V t ipsum mereâmur ángelis assócii.
I n alba veste sequi, per portam clarís-simam.
A míce Christi Ioánnes.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Lucam.

Cap 1.

E Lízabeth implétum est tempus pariéndi: & péperit filium. Et audiêrunt vicíni, & cognâti eius, quia magnificáuit Dóminus misericórdiam suam cum illa: & congratulabântur ei. Et factum est: in die octáuo, venêrunt circumcídere púerum: & vocábant eum nómine patris sui, Zachariam. Et respóndens mater eius, dixit. Nequaquàm: sed vocábitur Ioánnes. Et dixêrunt ad illam: quia nemo est in cognatióne tua: qui vocétur hoc nómine. Innuébant autem patri eius, quem vellet vocâri eum. Et póstulans pugillârem, scripsit, dicẽs. Ioánnes est nomẽ eius. Et mirâti sũt vniuérsi. Apértum est autem ílicò os eius, & lingua eius: & loquebâtur, benedícens Deum. Et factus est timor super omnes vicínos eôrum: & super ómnia montána Iudææ diuulgabántur ómnia verba hæc. Et posuérunt omnes qui audíerant, in corde suo, dicẽtes. Quis putas puer iste erit? Etenim manus Dóminierat cum illo. Et Zacharías pater eius replétus est spíritu sãcto: & prophetáuit, dicẽs. Benedíctus Dóminus Deus Israël: quia visitáuit, & fecit redemptiónem plebis suæ. Non dicitur C redo, nisi venerit in Dominica, aut infra Octauã Corporis Christi, vel in ecclesia propria. Sed in Octaua dicitur, propter Octauam Apostolorum.

Die 29.

Offert. Iustus vt palma florébit: sicut cedrus, quæ in Líbano est, multiplicábitur.

Psa. 91.

Secreta.

TVa, Dómine, munéribus altária cumulámus: illíus natiuitâtem honôre débito celebrántes: qui saluatôrem mundi & cécinit affutûrum: & adésse monstráuit, Dóminũ nostrum.

Communio. T u puer prophéta altíssimi vocáberis: præíbis enim ante fáciem Dómini parare vias eius.

Cap 8.

Complenda.

SVmat eccléſia tua, Deus, beáti Ioánnis Baptíſtæ generatiône lætítiam: per quem ſuæ regeneratiónis cognóuit auctôrem, Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum.

Infra Octauam S. Ioannis Baptiſtæ, fit idem officium quod in die, cum Kyrie de alternantibus. Secunda Oratio erit de S Maria Concéde: tertia Ecclésiæ. Proſa dicatur integra; vel ibi: Placatus vt ipſe. Excipiuntur Dómiinica & feſta infra eandem Octauam occurrentia: in quibus ſolùm fit memoria de S. Ioanne.

Die 29.

SS. IOANNIS ET PAVLI martyrum. Introitus.

Multæ tribulatiónes. In comm. martyrum. fol. 9. Oratio.



VÆſumus, omnípotens Deus: vt nos gemináta lætítia hodiérnæ feſtiuitâtis excípiat: quæ de beatôrum mártyrum Ioánnis & Pauli glorificatióne procédit: quos eádem fides & páſsio verè fecit eſſe germános. Per Dóminum.

Pſa. 91.

Secunda Oratio de S. Ioann. Baptiſta: tertia de S. Maria Concéde.

Léctio Epiſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

Cap 8.

FRatres. Quis nos ſeparábit à charitâte Chriſti? Tribulátio? an angúſtia? an fames? an núditas? an periculum? an perſecútio? an gládius? ſicut ſcriptum eſt. Quia propter te mortificámur tota die: æſtimâti ſumus, ſicut oues occiſiónis. Sed in his ómnibus ſuperâmus, propter eũ qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neq; ángeli, neque principâtus, neq; virtûtes, neque inſtántia, neque futûra, neq; fortitúdo, neque altitúdo, neq; profúndum, neque creatûra ália póterit nos ſeparâre à charitâte Dei. Quæ eſt in Chriſto Ieſu Dómino noſtro.

Pſa. 132.

Gradu. Ecce quàm bonum, & quám iocúndum, habitâre fratres in vnũ. Ver. Sicut vnguéntum in cápite, quod deſcéndit in barbam, barbam Aaron. Alelúia. Ver. Iſti ſunt duæ olíuæ, & duo candelábra lucéntia ante Dóminum: hi habent poteſtátem cláudere cælum núbibus, & aperîre portas eius: quia linguæ eôrum claues cæli factæ ſunt. Alle.

Apo 11.

Euang. Atténdite à ferménto. fol. 14.

Offert. Gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum: quóniam tu Dómine benedíces iuſtis: Dómine, vt ſcuto bonæ voluntátis tuæ coronâſti eos.

Pſa. 5.

Secreta.

HOſtias tibi, Dómine, ſanctôrũ mártyrum tuôrum Ioánnis & Pauli dicâtas méritis benígnus aſſûme: & ad perpétuum nobis tríbue prouenîre ſubsídium. Per.

Communio. Etſi coram homínibus torménta paſsi ſunt, Deus tentáuit eos. tanquam aurũ in fornáce probáuit eos: & quaſi holocáuſta accépit eos in ætérnum.

Sap. 3.

Complenda.

SVmpſimus Dómine, ſanctôrum mártyrum tuôrũ Ioánnis & Pauli ſolénnia celebrántes, ſacraménta cæléſtia: præſta quæſumus: vt quod temporáliter gérimus: ætérnis gáudiis conſequâmur. Per. Præcedens feſtum ſi occurrat in Dominica, transfertur in ſequentem feriam.

IN VI-

Die 28.

IN VIGILIA APOSTOLORVM Petri & Pauli.

Ioã. 21.



Icit Dóminus Petro: cùm esses iúnior, cingébas te, & ambulâbas, vbi volébas: cùm autem senúeris, exténdes manus tuas: & álius te cinget, & ducet quo tu non vis: hoc autem dixit, significans, qua morte clarificatûrus esset Deum. Psal. Cæli enárrant glóriam Dei: & ópera mánuum eius annúciat firmaméntum. Ver. Glória. Kyrie Quadragesimale. Oratio.

Psa. 18.

PRæsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt nullis nos permittas perturbatiónibus cóncuti: quos in apostólicæ confessiónis petra solidâsti. Per Dóminum. Secunda Oratio de S. Ioanne: tertia de S. Leone. Si verò hæc Vigilia anticipetur Sabbatho, tertia Oratio de S. Maria Concéde.

Léctio Actuum Apostolórum.

Cap 3.

IN diébus illis. Petrus & Ioánnes ascendébant in templum, ad horam oratiónis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabâtur: quem ponébant quotídie ad portam templi, quæ dícitur speciósa, vt péteret eleemósynam ab introeúntibus in templum. Is cùm vidísset Petrum & Ioánnem incipiéntes introíre in templum, rogábat vt eleemósynam accíperet. Intuéntes autem in eum Petrus cum Ioánne, dixit. Réspice in nos. At ille intendébat in eos, sperans se áliquid acceptûrum ab eis. Petrus autem dixit, argéntum & aurum non est mihi: quod autem hábeo, hoc tibi do. In nómine Iesu Christi Nazaréni surge, & ámbula. Et apprehénsa manu eius déxtera, alleuâuit eum: & prótinus consolidâtæ sunt bases eius, & plantæ. Et exíliens stetit, & ambulábat: & intrâuit cũ illis in templũ ámbulãs, & exíliens, & laudans Deũ. Et vidit omnis pópulus eum ambulãtẽ, & laudantẽ Deũ. Cognoscébãt autẽ illũ, quóniã ipse erat, qui ad eleemósynã sedébat ad speciósã portã templi: & repléti sunt stupóre & éxtasi in eo, quod cõtigerat illi. Gradu. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus: nimis confortátus est principâtus eórum. Ver. Dinumerábo eos: & super arénam multiplicabúntur.

Sequéntia sancti Euangélii secúndùm Ioánnem.

Die 28.

Cap 21.

IN illo témpore. Dixit Iesus Simóni Petro. Simon Ioánnis, díligis me plus his? Dicit ei. Etiam Dómine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei íterùm. Simon Ioánnis díligis me? Ait illi. Etiam Dómine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertiò. Simõ Ioánnis amas me? contristâtus est Petrus, quia dixit ei tértiò, amas me: & dixit ei. Dómine, tu ómnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen, amen dico tibi: cùm esses iúnior, cingébas te, & ambulábas vbi volébas. Cùm autem senúeris, exténdes manus tuas: & álius te cinget, & ducet, quò tu non vis. Hoc autem dixit, significans, qua morte clarificatûrus esset Deum.

Offertorium. Mihi autem nimis honoráti sunt amíci tui Deus: nimis confortâtus est principátus eórum.

Secreta.

Die 29.

MVnus pópuli tui, quæsumus Dómine, apostólica intercessi-

ône sanctífica:nosque á peccatôrum nostrôrum máculis emúnda. Per.

Communio. Simon Ioánnis díligis me plus his: Dómine tu nosti ómnia : tu scis Dómine, quia amo te.

Complenda.

QVos cæléfti, Dómine, aliménto satiâsti: apostólicis intercessiónibus ab omni aduersitáte custôdi. Per.

S. LEONIS PAPÆ

Die 28.

Commemoratio. Oratio.

DEus, qui beátum Leónem pontificẽ tuum sanctôrum tuô rũ méritis coæquasti : concéde propítius: vt,qui commemoratiônis eius festa percólimus:vitæ quoque imitémur exémpla. Per. Dóminum nostrum.

Secreta.

BEáti Leónis Confessôris tui atq; Pontíficis, quæsumus Dómine, ánnua solénnitas nos pietâti tuæ reddat accéptos : vt per hæc piæ placatiónis offícia: & illum beáta retribútio comitétur : & tuæ nobis grátiæ dona concíliet. Per.

Complenda.

DEus fidélium remunerâtor animârum : præsta : vt beáti Leónis Confessôris tui atque Pontíficis : cuius venerándam celebrámus festiuitátem: précibus indulgéntiam cõsequâmur. Per D.

IN FESTO APOSTOLORVM PETRI & PAVLI.

Die 29.

Introitus.

NVNC scio verè, quia misit Dñus ángelũ suũ: & erípuit me de manu Heródis,& de omni expectatiône plebis Iudæôrum. Act. 12. Psal. Dómine probásti me, & cognouísti me : tu cognouísti sessiónem meam, & resurrectiónem meam. Psa. 138. Ver. Glória. Oratio.

DEus, qui hodiérnã diẽ Apostolôrum tuôrũ Petri & Pauli martyrio consecrâsti: da eccléfiæ tuę,eôrum in ómnibus sequi præcéptũ : per quos religiónis sumpsit exórdiũ. Per.

Memoria de S. Ioanne Baptista, sub vna conclusione : nisi vbi hi Apostoli fuerint patroni Ibi enim sola oratio de eis dicit.

Léctio Actuum Apostolôrum.

IN diébus illis. Misit Heródes rex manus, vt afflígeret quosdã de eccléfia.Occídit autẽ Iacóbũ fratrẽ Ioánnis gládio. Videns autẽ quia placéret Iudæis, appósuit apprehéndere & Petrũ (Erat autẽ dies Azymôrũ) Quẽ cùm apprehendísset,misit in cárcerẽ: tradẽs quátuor quaterniónibus míli tum custodiéndũ:volens post pascha prodúcere eũ pópulo. Et Petrus quidẽ seruabátur in cárcere. Orátio autem fiébat sine intermissióne ab eccléfia ad Deũ pro eo. Cùm autẽ productûrus esset eũ Heródes:in ipsa nocte erat Petrus dórmiens inter duos mílites,vinctus caténis duábus,& custódes ante óstium custodiébant cárcerem. Et ecce,ángelus Dómini ástitit : & lumen refúlsit in habitáculo. Percussóq; látere Petri, excitáuit eũ, dicens.Surge velóciter. Et cecidêrũt caténę de mánibus eius.Dixit autem Act. 12. Cap 12.

ánge-

ángelus ad eum, Præcíngere, & cálcia te cáligas tuas. Et fecit sic: & dixit illi. Circúmda tibi vestiméntum tuum,& séquere me. Et éxiens sequebátur eum: & nesciébat quia verum est, quod fiébat per ángelum. Existimâbat autem se visum vidêre. Transeúntes autem primam & secúndam custódiam, venêrunt ad portam férream, quæ ducit ad ciuitátem: quæ vltrò apérta est eis. Et exeúntes,processêrunt vicum vnum: & contínuò discéssit ángelus ab eo. Et Petrus ad se reuérsus,dixit. Nunc scio verè,quia misit Dóminus ángelum suum: & erípuit me de manu Heródis, & de omni expectatióne plebis Iudæórum.

Psa. 44. **Gradu. C**onstítues eos príncipes super omnem terram: mémores erunt nóminis tui Dómine. **Ver. P**ro pátribus tuis nati sunt tibi fílii: proptérea pópuli confitebúntur tibi. **A**llelúia. **Ver. T**u es Petrus, & super hanc petram ædificábo eccléſiam meam. **Ver. B**eátus es Simon Petre, quia caro & sanguis non reueláuit tibi: sed pater meus,qui est in cælis. Allelúia.

Mat 16.

Prosa.

PEtre summe, Christi pastor, & Paule géntium doctor.

Eccléſiam vestris doctrínis illuminatã,

Per círculum terræ precatus adiúuet vester.

Nam Dóminus Petre cælórum tibi claues dono dedit.

Armígerum Beniámin Christus te scit suum,vasque eléctum.

Mare planta te Petre Christus cõculcáre tuæ dedit charitáti.

Vmbram tui córporis infirmis, debilibusque fecit medicínam.

Doctílogos philósophos te Paule Christus dat víncere sua voce.

Multíplices victórias tu Paule Christo per pópulos acquisísti.

Postrémò victis ómnibus bárbaris, ad arcem summi pérgitis cúlminis,germános discórdes,sub iugum Christi pacátos iam coactûri.

Ibi Nerónis féritas príncipis apostolórũ prœliis plúrimis, victóres diuérsæ te Petre &Paule addíxerat pœnę mortis

Te crux assóciat: te verò gládius cruéntus mittit Christo.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Matthæum.

IN illo tẽpore. Venit Iesus in partes Cæsáreæ Philippi: & interrogábat discípulos suos, dicens. Quem dicunt hómines esse fílium hóminis? At illi dixêrunt. Alii Ioánnem Baptístã: alii autem Eliam: alii verò Ieremíam: aut vnum ex prophétis. Dicit illis Iesus. Vos autem quem me esse dícitis? Respóndens Simon Petrus, dixit. Tu es Christus filius Dei viui. Respóndẽs autem Iesus,dixit ei. Beátus es Simon Bar-Iona: quia caro & sanguis non reuelâuit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificábo eccléſiam meam: & portæ inferi non præualébunt aduérsus eam. Et tibi dabo claues regni cælórum. Et quodcúnq; ligáueris super terram, erit ligâtum & in cælis: & quodcúnque sólueris super terram, erit solûtum & in cælis. **C**redo dicitur.

Cap 16.

Offerto. Constítues eos príncipes super omnem terram: mémores erunt nóminis tui Dómine in omni progénie & generatióne.

Secreta.

HOstias, Dómine, quas nómini tuo sacrándas offérimus: apostólica prosequâtur orátio: per quam

nos

nos expiâri tríbuis & defêndi. Per D.

Præfatio. De Apostolis. fol. 174.

Communio. Mat 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificábo eccléſiam meã.

Complenda.

QVos cæléſti, Dómine, aliménto ſatiâſti: apoſtólicis interceſſiónibus ab omni aduerſitâte cuſtódi. Per Dóminum.

IN COMMEMORATIONE SANCTI PAVLI apoſtoli. Introitus.

Die 30. 2. Tim 1. Cap 16. Pſa 18. CIo, cui crédidi: & certus ſum, quia potens eſt depósitum meum ſeruâre in illum diem, iuſtus iudex. Pſal. Cæli enárrant glóriam Dei: & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntũ. Ver. Glória patri. Oratio.

DEus, qui multitúdinem géntium beáti Pauli apóſtoli prædicatióne docuîſti: da nobis, quæſumus: vt cuius natalítia cólimus: eius apud te patrocínia ſentiâmus. Per D.

Commemoratio de S. Petro. Oratio.

DEus, qui beáto Petro apóſtolo tuo, collâtis cláuibus regni cæléſtis, ánimas ligándi, atque ſoluéndi pontifícium tradidîſti: concéde: vt interceſſiônis eius auxílio, à pecca tôrum noſtrôrũ néxibus liberêmur.

Commemoratio de S. Ioanne Baptiſta.

Deus qui præſéntem. præterquàm in eccleſia propria S. Pauli.

Léctio Epiſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Galatas.

Cap 1. FRatres. Notum vobis fácio euãgélium, quod euangelizâtũ eſt à me: quia non eſt ſecúndùm hóminem. Neq; enim ego ab hómine accépi illud, neque dídici: ſed per reuelatiónem Ieſu Chriſti. Audîſtis enim conuerſatiónem meam aliquándo in Iudaíſmo: quóniam ſupra modũ perſequébar eccléſiam Dei: & expugnábam illam: & proficiébam in Iudaíſmo ſupra multos coætáneos meos, in génere meo: abundántius æmulâtor exíſtens paternârum meárũ traditiônum. Cùm autem plácuit ei qui me ſegregáuit ex vtero matris meæ: & vocáuit per grátiam ſuam, vt reuelâret fílium ſuum in me, vt euangelizârem illum in géntibus: continùo non acquiéui carni & ſánguini. Neque veni Ieroſólymam ad anteceſſôres meos apóſtolos: ſed ábii in Arábiam, & íterum reuérſus ſum Damáſcum. Deinde poſt annos tres veni Ieroſólymam vidêre Petrum: & manſi apud eum diébus quíndecim. Alium autem apoſtolôrum vidi néminem: niſi Iacóbum fratrem Dómini. Quæ autem ſcribo vobis: ecce coram Deo, quia non méntior.

Grad. Gal. 5. Qui operátus Petro in Apoſtolátu, operátus eſt & mihi inter gentes: & cognouêrunt grátiam Dei, quæ data eſt mihi. Ver. Grátia Dei in me vácua nõ fuit: ſed grátia eius ſemper in me manet. Allelúia. Ver. Tu es vas electiónis, ſancte Paule Apóſtole, géntium doctor: pro ómnibus nobis ora Deum, qui te elégit. Allelúia. Proſa Petre ſumme.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndum Matthæum.

Cap 10. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Ecce, ego mitto vos, ſicut oues in medio lupôrum. Eſtóte ergo prudéntes ſicut ſerpéntes: & ſímpli-

ces ſicut colúmbæ. Cauête autẽ ab homínibus. Tradent enim vos in cõciliis, & in ſynagógis ſuis flagellabũt vos: & ad præsides & reges ducémini propter me, in teſtimónium illis & géntibus. Cùm autem tradent vos, nolíte cogitâre quómodo, aut quid loquámini. Dábitur enim vobis in illa hora, quid loquâmini. Non enim vos eſtis qui loquímini: ſed ſpíritus patris veſtri, qui lóquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem: & pater fílium. Et inſúrgent fílii in paréntes: & morte eos affícient. Et éritis ódio ómnibus homínibus propter nomen meum. Qui autem perſeueráuerit vſq; in finem: hic ſaluus erit. Credo dicitur.

Pſa. 138. Offert. Mihi autem nimis honoráti sũt amíci tui Deus: nimis confortátus eſt principátus eôrum. Secreta.

APóſtoli tui Pauli précibus, Dómine, plebis tuæ dona ſanctífica: vt quæ tibi tuo grata ſunt inſtitúto: gratiôra fiant patrocínio ſupplicántis. Per.

Pro B. Petro. Secreta.

ECcléſiæ tuæ quæſumus Dómine preces & hóſtias beáti Petri apóſtoli tui comméndet orátio: vt quod pro illíus glória celebrámus: nobis proſit ad véniam.

Pro S. Ioanne. Secreta.

Mat 19. Tua Dómine. Præfatio. De Apoſtolis. fol. 174. Commu. Amen dico vobis: quòd vos qui reliquíſtis ómnia, & ſecûti eſtis me: céntuplum accipiétis, & vitã ætérnam poſsidébitis. Complenda.

PErcéptis, Dómine, ſacraméntis: beáto apóſtolo tuo Paulo interueniénte deprecâmur: vt quæ pro illíus celebráta ſunt glória: nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum.

Pro B. Petro. Complenda:

LAEtíficet nos, Dómine, munus oblátum: vt ſicut in apóſtolo tuo Petro te mirábilem prędicâmus: ſic per illum tuæ ſumâmus indulgéntiæ largitâtem.

Pro S. Ioanne. Complenda.

Sumat eccléſia. fol. 347.

FESTA IVLII.

IN OCTAVA S. IOANNIS Baptiſtæ

Die 1.

Dicitur Miſſa vt in die cum Kyrie ix. lect. Memoria de Apoſtolis. Oratio. Deus qui hodiérnam diem. Et dicitur Credo.

IN FESTO VISITATIONIS B. Mariæ.

Die 2.



Introitus.

GAudeámus omnes in Dómino, diem feſtum celebrántes in honôre Maríæ vírginis: de cuius viſitatiône gaudent ângeli, & colláudant fílium Dei.

Pſa. 97. Ver. Cantáte Dómino cánticum nouum:

uum: quia mirabília fecit. Ver. G lória. K yrie minus totum duplex.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: qui ex abundántia charitátis beâtam Maríam tuo fílio fœcundâtam: ad salutatiónem Elízabeth inspirâsti: præsta quæsumus: vt per eius visitatiónem donis cæléstibus repleámur: & ab ómnibus aduersitátibus eruâmur. Per eúndem Dñm

Vel dicatur hæc Oratio.

FAmulis tuis, quæsumus Dómine cæléstis grátiæ munus impertîre: vt, quibus beátæ vírginis partus éxtitit salútis exórdium: visitatiónis eius votíua solénnitas, pacis tríbuat increméntum. Per.

Nulla fit mem. de Apostolis.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Can 2. ECce iste venit sáliens in móntibus trãsiliens colles. Símilis est diléctus meus cápreæ, hinnulóque ceruôrum. En ipse stat post paríetem nostrum, respíciens per fenéstram, prospíciens per cancéllos. En diléctus meus lóquitur mihi. Surge, própera amíca mea, colúmba mea, formósa mea: & veni. Iam enim hyems tránsiit: imber ábiit, & recéssit. Flores apparuêrunt in terra nostra: tempus putatiónis aduénit. Vox túrturis audíta est in terra nostra: ficus prótulit grossos suos: víneæ floréntes dedêrunt odórem suum. Surge própera amíca mea, speciósa mea: & veni. Colúmba mea in foramínibus petræ, in cauérna maceriæ, osténde mihi fáciem tuam: sonet vox tua in áuribus meis. Vox enim tua dulcis, & fácies tua decôra.

Grad. BEnedícta & venerábilis es vir-

go María: quæ sine tactu pudóris inuénta es mater saluatôris. Ver. V irgo Dei genítrix, quẽ totus non capit orbis, in tua se clausit víscera factus homo. Allelúia. Ver F elix es sacra virgo María, & omni laude digníssima: quia ex te ortus est sol iustítiæ. Allelúia.

Prosa

AVe verbi Dei parens vírginum humílitas.

Aue omni neuo carens húmilis virgínitas.

Gaude, quæ sic grauidáris, nec grauáris filio.

Gaude, quæ sic oneráris ónere gratíssimo.

Salue Iesse stirpe orta vírgula fructífera

Salue clausa templi porta, soli Deo peruia.

Plaude vellus Gedeónis, rore madens pnéumatis.

Plaude pellis Salomónis, púlchrior præ cæteris.

Vale Iacob micans stella & illústrans mária: vale consignáta cella: rubus in vi flámmea.

Euge sole quod amícta solẽ gignis stellula: euge quod sis præelécta scala cæli fúlgida.

Pange aurôra consúrgens luce noui syderis.

Pange archa, trina ferens chrísmata míseris.

Eia magníficat tua Iesum Christum ánima.

Eia tecum vt laudémus ora dulcis Maria. Vbi hæc Prosa in cantu non habetur, poterit cani antiqua illa Illibata mẽte. Vel Prosa, V erbum bonum & suaue, vt in commemoratione B. virginis Sabbathis. fol. 50.

Sequéntia sancti euangélij secúndum Lucam.

IN illo témpore. Exúrgens María, ábiit in montána cum festinatiône in ciuitâtem Iuda: & intráuit in domum Zacharíæ: & salutâuit Elízabeth. Et factum est: vt audíuit salutatiónem Maríæ Elízabeth: exultáuit infans in vtero eius. Et repléta est Spíritu sancto Elízabeth: & exclamáuit voce magna, & dixit. Benedícta tu inter mulíeres: & benedíctus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt véniat mater Dómini mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutatiónis tuę in áuribus meis: exultáuit in gáudio infans in vtero meo. Et beáta, quæ credidísti: quóniam perficiéntur ea, quæ dicta sunt tibi à Dómino. Et ait María. Magnificat ánima mea Dóminum. Et exultáuit spíritus meus in Deo salutâri meo. Credo dicitur.

Offert. Fíliæ regum in honôre tuo, ásti tit régina à dextris tuis in vestítu deaurâto, circumdáta varietáte. Psa. 44

Secreta.

VNigéniti tui, Dómine, nobis succúrrat humánitas: vt qui natus de vírgine, matris integritátem non mínuit, sed sacrâuit: in visitatiônis eius solénniis à nostris nos piáculis éxuens: oblatiónem nostram sibi fáciat accéptam. Iesus Christus filius tuus Dóminus noster. Qui tecum.

Præfatio. Et te in visitatióne. fol. 184.

Communio. Beáta víscera Maríæ vírginis, quæ portauêrunt ætérni patris filium.

Complenda.

SVmpsimus, Dómine, celebritátis ánnuę votíua sacraménta: prę sta quæsumus: vt temporális vitæ nobis remédia præbeant & ætérnæ. Per Dóminum.

Per Octauam omnia sicut in die Kyrie semiduplex.

SS. PROCESSI ET MARTINIANI martyrum. Die 3.

Introitus.

Iudicábunt sancti. In communi plurium martyrum. fol. 9.

Oratio.



EUs, qui nos sanctôrum mártyrum tuôrum gloriósis confessiónibus circùmdas & prótegis: da nobis & eôrum imitatióne profícere: & intercessióne gaudére. Per.

Epistola. Benedictus Deus. fol. 12.

Gradua. Exultábunt sancti. Allelúia.

Ver. Isti sunt qui venerunt. Euangel. Sedénte Iesu super montem. fol. 16.

Offert. Gloriabúntur in te. fol. 17.

Secreta.

SVscipe, Dómine, preces & múnera: quæ vt tuo sint digna conspéctu: sanctôrum tuôrum précibus adiuuémur. Per.

Comm. Iustôrum ánimæ. fol. 17.

Complenda.

CORporis sacri & pretiósi sánguinis repléti libámine: quęsumus Dómine Deus noster: vt, quod pia deuotióne gérimus: certa redemptióne capiámus. Per eúndem.

IN OCTAVA APOSTOLORVM Petri & Pauli. Introitus. Die 6.

SApiéntiam sanctôrum. In communi plurium martyrum. fol. 9.

Oratio.



EUs, cuius déxtera beátum Petrum ambulántem in flúctibus, ne mergerêtur, eréxit: & coapóstolum eius Paulũ tér-

tio naufragántem, de profúndo pélagi liberáuit: exáudi nos propítius & concéde: vt ambôrum méritis ætérnitátis glóriam consequâmur. Qui viuis.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Eccl 44. HI sunt viri misericórdiæ, quorũ iustítiæ obliuiônem non accepêrunt. Cum sémine eôrum permánent bona: hæréditas sancta nepótes eôrum. Et in testaméntis stetit semẽ eôrum: & filii eôrum propter eos in ætérnum manent. Generátio eôrum & glória eôrum non derelinquétur. Córpora eôrum in pace sepúlta sunt & nómina eôrum viuent in sécula. Sapiéntiam eôrum narrent omnes pópuli: & laudem eôrum pronúnciet omnis eccléfia sanctôrum.

Pfa. 18. Grad. In omnem terram exîuit sonus eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum. Ver. Cæli enárrant glóriam Dei: & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum.

Ap. 11. Allelúia. Ver. Isti sunt duæ olíuæ, & duo candelábra lucéntia ante Dóminum: hi habent potestátem cláudere cælum núbibus, & aperîre portas eius: quia linguæ eôrum claues cæli factæ sunt. Allelúia.

Prosa. Petre summe. fol.

Sequéntia sancti euangélij secũdùm Matthæum.

Cap 14. IN illo témpore. Iussit Iesus discípulos ascéndere in nauículam, & præcédere eum trans fretum, donec dimítteret turbas. Et dimíssa turba, ascéndit in montem solus orâre. Véspere autem facto solus erat ibi. Nauícula autem in médio mari iactabâtur flúctibus. Erat enim contrárius ventus. Quarta autem vigília noctis, venit ad eos, ámbulans super mare. Et vidéntes eum supra mare ambulántem, turbáti sunt, dicéntes: quia fantásma est. Et præ timôre clamauêrunt. Statimque locûtus est eis Iesus, dicens. Habéte fidúciam: ego sum: nolîte timêre. Respóndens autem Petrus, dixit. Dómine, si tu es, iube me venîre ad te super aquas. At ipse ait. Veni. Et descéndens Petrus de nauícula, ambulâbat super aquam, vt veníret ad Iesum. Videns verò ventum válidum, tímuit. Et cúm cæpísset mergi, clamáuit, dicens. Dómine, saluũ me fac. Et contínuò Iesus exténdens manum, apprehéndit eum: & ait illi. Módicæ fidei, quare dubitâsti? Et cùm ascendísset in nauículam, cessáuit vẽtus. Qui autem in nauícula erant, venêrunt, & adorauêrunt eum, dicéntes. Verè fílius Dei es.

Offerto. Exultábunt sancti in glória: lætabúntur in cubílibus suis: exultatiónes Dei in fáucibus eôrum. Pfa. 149

Secreta.

OFférimus tibi, Dómine, preces & múnera: quæ vt tuo digna sint conspéctu: apostolôrum tuôrũ précibus adiuuêmur. Per.

Præfatio de Apostolis. fol. 199.

Communio. Ego vos elégi de mundo: vt eátis, & fructum afferátis, & fructus vester máneat. Ioã. 15.

Complenda.

PRótege, Dómine, pópulum tuũ: & apostolôrum tuôrum Petri & Pauli patrocínio confidéntem: perpétua defensióne consérua. Per.

SS. SEPTEM FRATRVM martyrum. Introitus.

Die 10.

IAudâte púeri Dóminũ, laudâte nomen Dómini: qui habitáre facit stérilem in domo matrem filiôrum lætántem: Psal. Sit

nomen Dómini benedíctum, ex hoc nunc,& vsque in séculum. Ver. Glória.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt qui glorióſos mártyres tuos fortes in ſua confeſſióne cognó uimus: pios apud te in noſtra interceſſióne ſentiámus. Per.

Epiſtola. Iusti autem in perpétuum viuent. fol. 11. Gradu. Ecce quàm bonum. fol. 13. Allelúia. Ver. Laudâte púeri Dóminum, laudâte nomen Dómini. Ver. Sit nomen Dómini benedíctũ, ex hoc nunc & vſque in ſéculum. Allelú.

Sequéntia ſancti euangélij ſecúndum Matthæum.

Cap 12. IN illo témpore. Loquénte Ieſu ad turbas: ecce, mater eius & fratres ſtabant foris, quæréntes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce,mater tua & fratres tui foris ſtant,quęréntes te. At ipſe reſpóndens dicénti ſibi, ait. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et exténdens manum in diſcípulos ſuos,dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quicúnque enim féce rit voluntátem patris mei, qui in cælis eſt:ipſe meus frater,& ſoror,& mater eſt.

Offert. Anima noſtra ſicut paſſer, eré pta eſt de láqueo venántium: láqueus contrítus eſt, & nos liberáti ſumus.

Secreta.

SAcrifíciis preſéntibus,quęſumus Dómine inténde placâtus: vt intercedéntibus ſanctis martyribus tuis: & deuotióni noſtræ proficiant & ſaluti. Per

Communio. Quicúnque fécerit volũtátem patris mei, qui in cælis eſt; ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt; dicit Dóminus.

Complenda.

QVæsumus omnípotens Deus: vt intercedéntibus ſanctis tuis illius ſalutâris capiâmus efféctum: cuius per hæc myſtéria pignus accépimus. Per.

IN FESTO S. MARGARITÆ virginis & mart. Introitus.

Die 13.



GAudeámus omnes in Domino,diem feſtum celebrántes in honôre Margarítæ vírginis, de cuius paſſiône gaudẽt ángeli, & colláudant fílium Dei. Pſal. Eructáuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. Ver. Glória

Pſa. 44.

Oratio.

DEus, qui beátam Margarítam glorióſam vírginem tuam per martyrii palmam ad cælos tranſtuliſti: concéde propítius: vt eius exémpla ſequéntes: ad te peruenîre mereâmur. Per.

Epiſtola. Qui gloriátur, in Dómino. In communi Virginum. fol. 29.

Gradu. Spécie tua, & pulchritúdine tua: inténde, próſperè procéde, & regna. Ver. Propter veritátem & manſuetúdinem, & iuſtítiam: & dedûcet te mirabíliter déxtera tua. Allelúia. Ver. Æmulor enim vos Dei æmulatióne:deſpóndi vos vni viro,vírginem caſtam exhibêre Chriſto. Allelúia. Proſa. Exultent filiæ Sion. fol. 30. Euange. Símile eſt regnum cælórum theſáuro. fol. 31

Pſa. 44. 2. Cor c. 11. Pſa. 44.

Offert. Afferéntur regi vírgines poſt eam: próximæ eius afferéntur tibi.

Secreta.

HAEc múnera, quæſumus Dómine,pro beátæ Margaritæ o-

blata

bláta martyrio: & méntium puritâtem & córporum nobis obtíneant sanitátem. Per.

Communio. Símile est regnum cælôrum hómini negotiatóri, quærénti bonas margarítas: inuénta vna pretiósa margaríta, dedit ómnia bona sua, & comparáuit eam.

Complenda. HVius, Dómine, perceptióne sacraménti & beátæ Margarítæ vírginis intercessióne: & tu in nobis dignâre: & nos in te vicíssim manêre concéde. Per.

IN DIVISIONE Apostolorum. Introitus.



Hi autem nimis honorâti sunt amíci tui Deus: nimis confortâtus est principâtus eôrum. Psal. Dómine probásti me & cognouísti me: tu cognouísti sessiónem meam, & resurrectiónem meam. Ver. Glória.

Oratio. DEus, qui hodiérna die apostolôrum diuisiónem, tua prouidéntia fíeri præordinásti: vt in vna fídei grátia, géntium dispérsa conuocarêtur ecclésia: da per supplicatiónem ipsôrum véniam nostrôrũ promeréri peccatôrum: per quorum veram prædicatiónem, ad tui nóminis peruénimus agnitiónem. Per.

Epistola. Corde creditur ad iustítiam. Require in festo S. Andreæ. fol. 309.

Gradu. Constítues eos príncipes super omnem terram: mémores erunt nóminis tui Dómine. Ver. Pro pátribus tuis nati sunt tibi filij: proptérea pópuli confitebũtur tibi. Allelúia. Ver. Non vos me elegístis, sed ego vos elégi: & pósui vos, vt eátis, & fructum afferátis, & fructus vester máneat. Allelúia.

Prosa.

CÆli enárrant glóriam Dei, filij verbi incarnáti, facti de terra cæli.

Hæc enim glória soli Dómino est cóngrua.

Nomen est cuius, magni consílii ángelus.

Istud consílium lapso hómini auxílium est, antíquum, & profúndum, & verũ factum, solis tantum sanctis cógnitũ.

Cùm ángelus iste homo natus ex mulíere, immortále ex mortáli, de terra cælum fecit, ex hómine ángelum.

Hic est Dóminus exercítuum Deus, cuius sunt ángeli missi in terram apóstoli.

Quibus seípsum viuum præbuit resúrgens in multis arguméntis, pacem victor mortis núncians.

Pax vobis, ego sum, inquit: nolíte iam timêre, prædicáte verbum Dei creatûræ omni coram régibus & princípibus.

Sicut misit me pater, & ego mitto vos in mundum: estóte ergo prudéntes, sicut serpéntes: estóte vt colúmbæ símplices.

Hinc Petrus Romam apostolôrum princeps ádiit: Paulus Græciam vbíque docens grátiam: ter quátuor hi próceres in plagis terræ quátuor, euangelizántes trinum & vnum.

Andréas, Iacóbus vtérque, Philíppus, Bartholomæus: Simon, & Thadæus, Ioánnes, Thomas & Matthæus, duódecim iúdices: non ab vno, sed in vnum diuísi per orbem, diuísos in vnũ cólligunt.

In omnem terram exîuit sonus eorum.

Et in fines orbis terræ, verba eorum.
Quàm ſpecióſi pedes euangelizántium bona, prædicántium pacem.
Sánguine Chriſti redémptis, ita dicéntium: Sion regnábit Deus tuus.
Qui verbo ſécula fecit, quod pro nobis verbum caro factum eſt in fine ſeculôrum.
Hoc verbum quod prædicámus, Chriſtum crucifíxum: qui viuit & regnat Deus in cælis.
Hi ſunt cæli, in quibus Chriſte hábitas: in quorum verbis tonas, fúlguras ſignis, roras grátiam.
His dixíſti: rorâte cæli déſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiátur terra gérminans.
Germen iuſtum ſúſcitet terra noſtra: quam apoſtólicis verbis ſerens germináre fácias.
Quorum verbis verbum patris tenéntes, in patiéntia fructum ferre fac nos tibi Dómine.
Hi ſunt cæli, quos magni consílii ángelus inhábitas: quos non ſeruos, ſed amícos appéllas: quibus ómnia, quę audíſti à Patre notíficas.
In quorum diuiſióne colléctum gregem cuſtódias indiuíſum: & in vínculo pacis vnum, vt in te vnum ſimus, ſicut in Patre tu es vnus.
Miſerêre noſtri tu, qui hábitas rex in cælis.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndum Marcum.

Cap 16. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Eúntes in mundum vniuérſum, prædicáte euangélium omni creatûræ. Qui credíderit, & baptizátus fúerit: ſaluus erit. Qui verò non credíderit: condemnábitur. Signa autem eos qui credíderint, hæc ſequéntur. In nómine meo dæmónia eiíciẽt, Linguis loquéntur nouis, ſerpéntes tollent. Et ſi mortíferum quid bíberint, non eis nocébit. Super ægros manus impónent, & bene habébunt. Et Dóminus quidem Ieſus, poſtquã locútus eſt eis, aſſúmptus eſt in cælũ, & ſedet à dextris Dei. Illi autem profécti, prædicauêrunt vbíque: Dómino cooperánte, & ſermónem confirmánte, ſequéntibus ſignis. Credo dicitur. Offert. In omnem terram exîuit ſonus eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum. Pſa. 18. Secreta.

DOmine Deus omnípotens, cuſtos tuôrum ómnium: ſúſcipe placátus noſtrę deuotiónis obſéquium: quod tuæ offérimus maieſtáti in eôrum recordatióne: de quorum ſolénniter hodiérna gaudémus diuiſióne. Per.

Præfatio, De Apoſtolis. fol. 199.

Communio. Ego vos elégi de mũdo: vt eátis, & fructum afferátis, & fructus veſter máneat. Ioã. 15. Complenda.

LAEti ſúmpſimus, Dómine, noſtræ redemptiónis munus: præſta quæſumus: vt nobis prouéniat ad ſalútem, ſanctôrum apoſtolôrum interceſſióne: de quorum hódie ſalubérrima gaudémus diuiſióne. Per D. Pſa. 44.

Die 17.

S. ALEXII CONFESSORIS non pontificis. Introitus.

OS iuſti. Oratio. Deus qui nos beáti. cum ſua Secre. & Complen. In communi Confeſſorum non pontif. fol. 18. Epiſtola. Diléctus Deo. fol. 21. Grad. Dómine præueníſti. Allelúia. Iuſtus germinábit. Euange. Nemo accéndit. fol. 26. Offert. Inueni Dauid. Cõmu. Dómine quinque. Cap 3.

Die 21.

SANCTÆ PRAXEDIS virginis. Introitus.

Dilexísti iustítiam. Oratio. Exáudi nos Deus. cum sua Secr. & Complen. sicut de virgine non martyre. fol. 28. Lectio. Sapiéntia vincit malítiam. fo. 29. Gradu. Dilexísti iustítiam. Allelúia. Diffúsa est grátia. Euange. Símile est regnum cælórum decem virgínibus. Offert. Diffúsa est. Commu. Quinque prudéntes.

Die 22.

IN FESTO S. MARIÆ MAGDALENÆ Introitus.

Psa. 18.



Audeámus omnes in Dómino diem festum celebrántes in honôre Mariæ Magdalénæ: de cuius solennitâte gaudẽt ángeli,& colláudant fílium Dei. Ps. Eructáuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. Ver. Glória

Psa. 44.

Oratio.

Largîre nobis, clementíssime pater: vt sicut beáta María Magdaléna vnigénitum tuum Dóminũ nostrum super ómnia diligéndo, suô rum obtínuit véniam peccatôrum: ita nobis apud tuam misericórdiam sempitérnam impétret beatitúdinẽ. Per eúndem.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Ioã. 15.

Cap 3.

SVrgam, & circuíbo ciuitâtem: per vicos & platéas quæram quẽ díligit ánima mea. Quæsiui illum: & non inuéni. Inuenêrunt me vígiles, qui custódiũt ciuitâtem. Num quem díligit ánima mea, vidístis? Páululum cùm pertransíssem eos, inuéni quem díligit ánima mea. Ténui eum, nec dimíttam, donec introdûcam illum in domum matris meæ, & in cubículum genitrícis meæ. Adiûro vos filiæ Ierúsalem per cápreas, ceruosq; campôrum: ne suscitêtis, neque euigilâre faciâtis diléctam, donec ipsa velit. Pone me vt signáculum super cor tuum, vt signáculum super bráchium tuũ: quia fortis est vt mors diléctio: dura sicut inférnus æmulátio. Lámpades eius, lámpades ignis, atq; flammârum. Aquæ multæ non potuérũt extínguere charitátem: nec flúmina óbruent illam. Si déderit homo omnem substántiam domus suæ pro dilectióne: quasi nihil despíciet eam.

Dic 17.

Gradu. Propter veritátem, & mansuetúdinem, & iustítiam: & dedûcet te mirabîliter déxtera tua. Ver. Audi filia & vide, & inclína aurem tuam: quia cõcupíuit rex spéciem tuã. Allelúia. Ver. María hæc est illa, cui dimíssa sunt peccáta multa: quia diléxit multũ. Allelúia

Psa. 4.

Prosa.

Laus tibi Christe, qui es creátor & redémptor, idem & Saluátor.

Cæli, terræ, maris, angelórum, & hóminum.

Quem solum Deum confitémur & hóminem.

Qui peccatôres venísti vt saluos fáceres.

Sine peccáto peccáti assúmẽs formulã.

Quorum de grege vt Chananæam María visitásti Magdalénam.

Eádem mensa verbi diuíni illam micis, hanc refóuet póculis.

In domo Simônis leprósi conuíuiis accubans typicis.

Múrmurat Pharisæus, vbi plorat fœmina críminis cónscia.

Peccátor contémnit conpeccántẽ: pec

cãti

câti néscius pæniténtem: exáud[illegible], e-
múndas,fœdam adamas,vt pulchrã
fácias.

Pedes amplécitur Domínicos: láchry-
mis lauat, tergit crínibus: lauándo,
tergéndo, vnguénto vnxit, ósculis
círcuit.

Hæc sunt conuíuia, quæ tibi placent,ô
patris sapiéntia.

Natus de vírgine, qui non dedignáris
tangi à peccatríce.

Apharisæo es inuitátus, Maríæ férculis
saturâtus.

Multum dimíttis multum amánti, nec
crimen póstea repeténti.

Dæmóniis eam septem mundas septi-
fórmi spíritu.

Ex mórtuis te resurgéntem,das cunctis
vidêre priôrem.

Hanc, Christe, proselytam signas eccle
siam, quam ad filiôrum mensam vo-
cas, alienigénam.

Quam inter conuíuia legis & grátiæ
spernit Pharisæus: fastus lepra vexat
hærética.

Qualis sit tu scis: tangit te quia peccá-
trix, quia véniæ optátrix.

Quidnam habêret ægra, si non acce-
písset, si non médicus adésset?

Rex regum diues in omnes, nos salua:
peccatôrum tergens cuncta crímina,
sanctôrum spes & glória.

Sequéntia sancti euangélij secúndum Lucam.

Luc 7

IN illo témpore. Rogábat Iesum quidam Pharisæus, vt manducâret cum illo. Et ingréssus domum Pharisæi, discúbuit. Et ecce múlier quæ erat in ciuitáte peccátrix,vt cognóuit, quòd Iesus accúbuit in domo Pharisæi, áttulit alabástrum vnguénti: & stans retrò secus pedes eius, láchrymis cæpit rigâre pedes eius: & capíllis cápitis sui tergébat: & osculabâtur pedes eius:& vnguénto vngébat. Videns autem Pharisæus qui vocáuerat eum, ait intra se: dicens. Hic,si esset prophéta, sciret vtique, quæ & qualis est múlier, quæ tangit eum: quia peccátrix est. Et respóndens Iesus, dixit ad illum. Simon,hábeo tibi áliquid dícere. At ille ait, Magíster, dic. Duo debitôres erant cuidam fæneratôri:vnus debébat denários quingéntos, & álius quinquagínta. Non habéntibus illis vnde rédderent, donáuit vtrisque. Quis ergo eum plus díligit? Respóndens Simon,dixit. Aestimo,quia is, cui plus donáuit. At ille dixit ei.Recte iudicâsti. Et conuérsus ad mulíerem, dixit Simóni. Vides hanc mulíerem? Intráui in domum tuam, aquam pédibus meis non dedîsti,hæc autem láchrymis rigáuit pedes meos, & capíllis suis tersit. Oscu lum mihi non dedísti: hæc autem ex quo intráui,non cessáuit oculâri pedes meos. Oleo caput meum non vnxísti: hæc autem vnguénto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi.Remittúntur ei peccâta multa, quóniã diléxit multum. Cui autem minus dimíttitur, minus díligit. Dixit autem ad illam. Remittúntur tibi peccâta tua.Et cæpérunt qui símul accumbébant, dícere intra se. Quis est hic, qui étiam peccáta dimíttit? Dixit autem ad mulíerem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Credo dicitur.

Offert. Angelus Dómini descéndit de cælo, & dixit muliéribus: quem quæritis? surréxit sicut dixit. Allel. Mat 28.

Secreta.

HAnc nostræ seruitútis hóstiam, quæsumus, piíssime pater: be-

áta

áta María Magdaléna ſuârum cúmulet precum increméntis:& ad noſtræ reſtauratiónis princípiũ tríbuas profutûram. Per.

Pſa. 44. **Communio.** Diffûſa eſt grátia in lábiis tuis: proptéreа benedíxit te Deus in ætérnum.

Complenda.

SAnctíficet nos, quæſumus Dómine, & múniat intercedénte beáta María Magdaléna, diuíni múneris ſacra libátio:& cæléſtium virtûtum cohærédes efficiat. Per Dóminum.

Die 23.

SANCTI APOLLINARIS
Epiſcopi & martyris.

Introitus.



Acerdótes Dei benedícite Dóminum: ſancti & húmiles corde laudáte Dóminum. **Pſal.** Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino: laudâte & ſuperexaltâe eum in ſécula. **Ver.** Glória.

Oratio.

BEáti Apollinàris mártyris tui atque pontíficis, Dómine, précibus adiuuêmur: vt quod poſſibílitas noſtra non óbtinet:eius nobis interceſſióne donétur. Per.

Léctio Epiſtolæ beáti Petri Apóſtoli.

1. Cap 5. CHariſſimi: Seniôres qui in vobis ſunt, óbſecro conſénior & teſtis Chriſti paſſiônum, qui & eius, quæ in futûro reuelända eſt, glóriæ communicâtor. Páſcite, qui in vobis eſt,gregem Dei:prouidéntes non coácte: ſed ſponténeè ſecúndùm Deũ: neque turpis lucri grátia, ſed voluntáriè: neque vt dominántes in cleris, ſed forma facti gregis ex ánimo. Et cùm apparúerit princeps paſtôrum, percipiétis immarceſcíbilem glóriæ corónam. Simíliter adoleſcéntes ſúbditi eſtôte ſenióribus. Omnes enim ínuicem humilitâtẽ inſinuâte. Quia Deus ſupérbis reſíſtit, humílibus autem dat grátiam. Humiliámini ígitur ſub poténti manu Dei: vt vos exáltet in témpore viſitatiónis: omnem ſolicitúdinem veſtram proiiciéntes in eum, quóniam ipſi cura eſt de vobis. Sóbrii eſtôte,& vigilâte:quia aduerſárius veſter diábolus tanquam leo rúgiens círcuit, quærens quem déuoret. Cui reſíſtite, fortes in fide; ſciéntes eándem paſſiônem ei quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitáti fíeri. Deus autem omnis grátiæ, qui vocáuit nos in ætérnam ſuam glóriam in Chriſto Ieſu, módicũ paſſos ipſe perfíciet, confirmábit, ſolidabitque. Ipſi glória & impérium in ſecula ſéculôrum. Amen.

Gradu. Inuéni Dauid ſeruum meum; óleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei: & bráchium meum confortábit eum. **Ver.** Nihil profíciet inimícus in eo: & fílius iniquitâtis non nocêbit ei. **Allelúia.** Iuráuit Dóminus & non pœnitébit eum: tu es ſacérdos in ætérnum: ſecúndùm órdinem Melchíſedech. Allelúia.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Lucam.

Mat 26. IN illo témpore. Facta eſt contén-tio inter diſcípulos, quis eôrum viderêtur eſſe maior. Dixit autem eis Ieſus. Reges géntium dominántur eôrum: & qui poteſtátem habent ſuper eos, benéfici vocántur. Vos autẽ non ſic. Sed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor: & qui præcéſſor eſt,

ſicut

ſicut miniſtrâtor. Nam quis maior eſt: qui recúmbit, an qui miníſtrat? Nonné qui recúmbit? Ego autem in médio veſtrum ſum, ſicut qui miníſtrat. Vos autem eſtis, qui permansíſtis mecum in tentatiónibus meis. Et ego diſpóno vobis, ſicut diſpóſuit mihi pater meus, regnum: vt edátis, & bibátis ſuper mẽſam meam in regno meo: & ſedeátis ſuper thronos, iudicántes duódecim tribus Iſraël.

Offert. Véritas mea, & miſericórdia mea cum ipſo; & in nómine meo exaltábitur cornu eius. Secreta.

MVnera tibi, Dómine, dicáta ſanctífica: & intercedénte beáto Apollinári mártyre tuo atque pontífice: per eádem nos placâtus intén-
de. Per.

Pſa. 88. Communio. Semel iuráui in ſancto meo: ſemen eius in ætérnum manébit: & ſedes eius ſicut ſol in conſpéctu meo, & ſicut luna perfécta in ætérnum, & teſtis in cælo fidélis. Complenda.

HAEc nos commúnio, Dómine, purget à crímine: & intercedén te beáto Apollinâri mártyre tuo atque pontífice: cæléſtis remédii fáciat eſſe conſórtes. Per.

SANCTÆ CHRISTINÆ virginis & martyris.

Die 4.

Introitus.

DIlexíſti iuſtítiam. fol. 26. Oratio. Indulgéntiam. cum ſua Secr. & Complen. de communi vnius Virg. & martyris. fo. 26. Lectio. Dóñe Deus meꝰ. fol. 29. Gradu. Adiuuábit. Allelúia. Adducéntur. Euange. Símile eſt regnum cælórum decem virgínibus.

Offert. Afferéntur regi vírgines poſt eam: próximæ eius afferéntur tibi.

Commun. Confundãtur ſupérbi, quia iniuſtè iniquitátem fecérunt in me: ego autem in mandátis tuis exercébor, & meditábor in tuis iuſtificatiónibus, vt non confúndar.

IN FESTO S. IACOBI apoſtoli Introitus.

Die 25.



Ihi autem nimis honorâti ſunt amíci tui Deus: nimis cõfortâtus eſt principâtus eórum. Pſal. Pſa. 138. Dómine probáſti me & cognouíſti me: tu cognouíſti ſeſsiónem meam. Ver. Glória. Oratio.

ESto, Dómine, plebi tuæ ſanctificátor & cuſtos: vt apóſtoli tui Iacóbi munita præſídiis: & conuerſatióne tibi pláceat: & ſecúra mente deſéruiat. Per.

Epiſtola. Iam non eſtis. Require in feſto S. Thomæ Apoſtoli. fo. 316.

Gradua. Conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram: mémores erunt nóminis tui Dómine. Pſa. 44. Ver. Pro pátribus tuis nati ſunt tibi filij: proptérea pópuli confitebúntur tibi. Allelúia. Ver. Nõ vos me elegíſtis, ſed ego vos elégi: & póſui vos, vt eátis, & fructum afferátis: & fructus veſter máneat. Allelúia. Ioã. 15.

Proſa. Clare ſanctórum. Suprà fo. 316

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

Cap 20. INillo témpore. Accéſſit ad Ieſum mater filiórum Zebedæi cum filiis ſuis, adórans & petens áliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt ſédeant hi duo filii mei, vnus ad dextram tuam, & vnus ad ſiníſtram in regno tuo. Reſpóndens autem Ieſus, dixit. Neſcítis, quid petátis. Potéſtis

bíbere cálicem, quem ego bibitûrus sum? Dicunt ei. Póssumus. Ait illis. Cálicem quidem meum bibétis: sedêre autem ad déxteram meam, & siníſtram, non est meum dare vobis: sed quibus parâtum est à patre meo. Credo dicitur.

Offert. Mihi autẽ nimis honoráti sunt amíci tui Deus: nimis confortâtus est principâtus eôrum. Secreta.

OBlatiónes pópuli tui, quæsumus Dómine, beáti apóstoli tui Iacóbi pássio beáta concíliet: & quæ nostris non apta sunt méritis: fiant tibi plácita eius deprecatióne. Per.

Præfatio de Apostolis. fo. 174.

Communio. Vos qui secûti estis me, sedébitis super sedes, iudicántes duódecim tribus Israël, dicit Dóminus.

Complenda.

BEáti apóstoli tui Iacóbi, quæsumus Dómine, intercessióne nos ádiuua: pro cuius festiuitáte percépimus tua sancta lætántes. Per D.

SS. CHRISTOFERI & Cucufati mart. commemo.

Oratio. Præsta, quæsumus, omnipotẽs Deus: vt qui glorióſos mártyres tuos Christóferum & Cucufátũ fortes. Cum sua Secre: & Comp. de pluribus martyribus. fol. 10.

IN FESTO S. ANNÆ

Introitus.



VM médium silén-tium tenérent õnia, & nox in suo cursu médium iter habêret: omnípotens sermo tuus Dómine de cælis à regálibus sédibus venit. Psal. Dóminus regnáuit, decórem indûtus est: indûtus est fortitúdinem & præcínxit se. Ver. Glória. Oratio.

DEus, qui beatã Annam diu stérilem: prole glorífica atq; humáno géneri salutífera fœcundâre voluísti: concéde quæsumus: vt omnes qui ob reuerẽtiam filiæ, matrẽ venerâmur in terris: nunc & in hora mortis: mereâmur vtriúsque præsén tiæ suffrágio consolâri. Per.

Epistola. Ego quasi vitis. vt in festo Natiuitatis Maríæ de mense Septemb. fol. Gradu. Propter veritátem, & mansuetúdinem, & iustítiam: & dedûcet te mirabíliter déxtera tua. Ver. Audi filia, & vide, & inclína aurem tuam: quia concupíuit rex spéciem tuam. Allelúia. Ver. Anna mater exímia, felix Abrahæ filia, cæli fulget cúria, coronâta glória. Allelúia. Prosa. Stirpe María, vt in festo Natiuitatis Mariæ. Euange. Liber generatiónis. In festo Conception. fol. 313. Credo dicitur.

Offert. Exúlta satis filia Sion, prædíca filia Ierúsalem: ecce, rex tuus venit tibi sanctus, & saluâtor. Secreta.

DEus, qui ex regio sémine beátę Annæ mundũ grátia, cælũ glória repleuîsti: da nobis in ciúsdem filię fructu ventris benedícto: spirituáliter réfici & æternáliter æpulâri. Per.

Communio. Ierúsalem surge, & sta in excélso: & vide iucunditátem quæ véniet tibi à Deo tuo. Complenda.

DEus, qui glorióſam Annã præeléctæ genitrícis tuæ genitrícẽ beatíſſimam elegîsti: da nobis in electôrum tuôrum consórtio: de vtriúsque glória, tuam misericórdiam æternáliter collaudâre. Qui viuis & regnas.

SS. SEPTEM DORMIENtium mart: Introitus.

IVdicant sancti fol. 9. In commu. plurium martyrum. Oratio.

DEus,qui glorióſos ætérnæ reſurrectiónis præcónes ſeptẽ dormiẽtes mirificè coronâſti: prę ſta quæſumus:vt eôrũ précibus reſurrectiônem ſanctam, quæ in eis mirabíliter præoſténſa eſt, conſequâmur. Per.

Epiſtola. Bendíctus Deus & pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecúndùm magnam. fo. 12. Grad. Glorióſus Deus. Allelúia. Lætámini. Euãg. Cùm perſequéntur vos in ciuitáte iſta. fo. 15. Offert. Gloriabúntur. Secreta.

SAcrifíciis præſéntibus, quæſumus Dómine, inténde placâtus: vt intercedéntibus ſanctis martyribus tuis:& deuotióni noſtræ proficiant, & ſalúti. Per.

Cõm. Iuſtôrũ ánimæ. fo. 17. Cõplc.

QVæſumus, omnípotens Deus: vt intercedéntibus ſanctis tuis, illíus ſalutâris capiámus effectum: cuius per hæc myſtéria pignus accépimus. Per.

Die 28.

SS. PANTALEONIS NAZARII,& CELSI marty. Introitus.

Salus autem iuſtôrum. De communi plurium martyrum. Oratio. Deus qui nos annua. cum ſua Secre. & Complẽ. fo. 9. Lectio. Reddidit Deus. fo. 11. Gradu. Exultábunt ſancti. Allelúia. Sancti tui Dómine. Euang. Atténdite à ferménto Phariſæôrum. fo. 14. Offert. Gloriabúntur. Commu. Iuſtôrum ánimæ. fo. 17.

IN FESTO SANCTÆ MARTHÆ virginis. Introitus.

Die 29.

Pſa. 44.

ILexiſti iuſtítiam & odíſti iniquitâtem: proptérea vnxit te Deus Deus tuus óleo lætítiæ, præ cõſórtibus tuis. Pſal. Eructáuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. Ver. Glória: Oratio.

EXáudi nos Deus ſalutâris noſter: vt ſicut de beátæ Marthæ vírginis feſtiuitâte gaudêmus,ita pię deuotiónis erudiámur affectu.Per D. Epiſtola Qui gloriâtur,in Dómino gloriêtur. De communi Virg. fo. 29.

Gradu. Spécie tua, & pulchritúdine tua,intẽde, próſperè procéde,& regna. Ver. Propter veritátem, & manſuetúdinem, & iuſtítiam, & dedûcet te mirabíliter déxtera tua. Allelúia, allelúia. Ver. Adducéntur regi vírgines poſt eã: próximæ eius afferéntur tibi in lætítia, allelúia. Euang. Intráuit Ieſus in quod dam caſtéllum. vt in feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ. fo. 386.

Offert. Filiæ regum in honóre tuo: áſtitit regîna à dextris tuis in veſtítu deaurâto, circundáta varietâte. Secreta.

ACcépta tibi ſit, Dómine, ſacrátæ plebis oblátio, pro tuôrum honôre ſanctôrum: quorum ſe méritis de tribulatióne percepíſſe cognóſcit auxílium. Per Dóminum.

Communio. Quinque prudéntes vírgines accepêrunt óleum in vaſis ſuis cũ lampádibus:média autem nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit,exîte óbuiam Chriſto Dómino.

Die 30.

Complenda.

SAtiâsti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris : eius quæsumus, semper interuentióne nos refoue, cuius solénnia celebrámus. Per D.

Die 29.

SS. FELICIS, SIMPLICII, Faustini, & Beatricis martyrũ.

Introitus.

SAcerdótes eius. In communi Confessorum. fo. 17.

Oratio.



PRæsta, quæsumus Dómine: vt sicut pópulus Christiánus mártyrum tuôrum Felicis, Simplícii, Faustíni, & Beatricis temporâli soleñitâte congáudet: ita perfruâtur ætérna: & quod votis célebrat: compręhéndat effé́ctu. Per.

Epistola. Confido de vobis. fol. 344.

Gradu. Sacerdotes eius. fo. 22. Alleluia. Isti sunt qui venêrunt. fo. 13. Euã. gel. Sint lumbi vestri, fo. 24. Offer. Lætámini in Dómino. fo. 16. Secreta

HOstias tibi, Dómine, pro sanctôrum mártyrum tuôrũ Felicis, Simplícii, Faustíni, & Beatrícis commemoratióne defé́rimus: supplíciter deprecántes: vt indulgéntiam nobis páriter cónferant & salûtẽ. Per.

Commun. Iustorum. fo. 17.

Complenda.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt sanctôrum mártyrum tuôrum Felicis, Simplícii, Faustíni, & Beatricis: cæléstibus mysté́riis celebráta solénnitas: indulgéntiam nobis tuæ propitiatiónis acquîrat. Per.

Die 30.

SS. ABDON ET SENNEN martyrum. Introitus.

Inuet in conspéctu tuo. fo. 8.

Oratio.



DEus, qui sanctis tuis Abdon & Sennen ad martyrii glóriam veniéndi copiósum munus grátiæ contulísti: da famulis tuis suôrum véniam peccatôrum: vt sanctôrum tuôrum intercedeńtibus méritis: ab ómnibus mereâmur adversitátibus liberâri. Per.

Lectio. Iusti autẽ in perpétuũ. fol 11. Grad. Gloriósus Deus. fo. 12. Alleluia. Te martyrum. Euang. Videns Iesus turbas. fo. 14. Offert. Lætámini in Dómino.

Secreta.

HAEc hóstia, quæsumus Dómine, in sanctôrum mártyrum tuôrum natalíciis recenséńtes offérimus: & vincula nostræ prauitátis absóluat: & tuæ nobis misericórdię dona concíliet. Per.

Comm. Posuérunt mortália. fo. 17.

Complenda.

PEr huius, Dómine, operatiónem mysté́rii: & vítia nostra purgéntur: & intercedéntibus sanctis tuis Abdon & Sennen: iusta desidéria cõpleántur. Per.

S. GERMANI EPISCOPI Confessoris. Introitus.

Die 31.

Statuit ei Dóminus. Oratio. Da quæsumus omnípotens Deus. cum sua Secre. & Complen. In communi Confess. pont. fo 18. Lectio. Iustum dedûxit. fo. 22. Gradua. Ecce sacérdos magnus. Alleluia. Iuráuit Dóminus. Euang. Vidéte, vigiláte. fo. 24. Offert. Véritas mea. Cómmu. Dómine quinque talénta. ibidem.

FESTA AVGVSTI.

Die 1

IN FESTO S. PETRI ad vincula. Introitus.

NVnc scio verè. vt in festo SS. Petri & Pauli Apostolorum. fo. 359. Oratio.

DEus, qui beátum Petrũ apóstolum, à vínculis absolútum illæsũ abíre fecísti: nostrórum, quæsumus, absólue víncula delictórum: & ómnia mala à nobis propitiátus exclúde. Per.

Epistola. Misit Heródes rex. fo. 360. Gradu. Constítues eos. Allelúia. Tu es Petrus. Prosa. Clare sanctórũ. Require in festo S. Thomæ. fo. 316. Euangel. Venit Iesus in partes. fo. 360. Credo dicitur. Offertor. Constítues eos príncipes super omnem terram, mémores erunt nóminis tui Dómine, in omni progénie & generatióne.

Secreta.

OBlátum tibi, Dómine, sacrifícium: intercedénte beáto Petro apóstolo tuo: viuíficet nos semper & múniat. Per.

Præfatio de Apostolis. fo. 199.

Mat 6. Commu. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificábo eccléſiam meam.

Complenda.

CORporis sacri & pretióſi sánguinis repléti libámine, quęsumus, Dómine Deus noster: vt quod pia deuotióne gérimus: certa redemptióne capiámus. Per.

Eodem die

SS. MACHABÆORVM martyrum. Oratio.



RAtérna nos, Dómine, mártyrum tuôrũ coróna lætíficet: quæ & fidei nostræ præbeat increménta virtûtum: & multíplici nos suffrágio consolêtur. Per.

Secreta.

ACcépta sit in cõspéctu tuo, Dómine, nostra deuótio: & eórum nobis fiat supplicatióne salutáris: pro quorum solennitâte defértur. Per.

Complenda.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt quorum memóriam sacraménti participatióne recólimus: fidem quoq; proficiéndo sectémur. Per.

Die 2.

S. STEPHANI PAPÆ & martyris. Introitus.

SAcerdotes eius. In cõm. Confeſs. & ponti. fo. 17. Oratio. Deus qui nos beáti Stéphani mártyris tui atque pontíficis ánnua. cum sua Secre. & Complen. sicut de vno martyre & pontifice. fo. 3. Epistola. Doctrínis váriis & peregrínis de vno Confeſs. & pont. fo. 21. Grad. Os iusti. Allelúia. Iuráuit Dóminus. Euang. Homo quidam nóbilis. fo. 25. Offert. Inuéni Dauid. ibidem. Cõm. Dómine quinque talénta.

Die 3.

IN INVENTIONE S. Stephani protomartyris.

SEdêrunt príncipes. fo. 20. Kyrie ix. lectio. Cætera vt ibidem in alio festo ipsius, Præter Orationes & Prosam.

Oratio.

DEus, qui es sanctôrum tuôrũ splendor mirábilis: quiq; hodiérna die beáti Stépha-

ni protomártyris tui, Nicodémi, Gamaliélis atque Abibonis, inuentiônem gloriósam reuelásti: da nobis, quæsumus, in ætérna lætítia, de eôrum societáte gaudêre. Per. Secunda Oratio de votiua feriali, tertia ad libitũ: vel post primã Orationem, reliquę ad libitum. Prosa. Hanc concórdi, vt in Octaua S Sthephani. fo. 31. Secreta.

MVnera tibi, Dómine, nostræ deuotiónis offérimus: quæ & pro tuôrum tibi grata sint honôre sanctôrum: & nobis salutária te miseránte reddántur. Per. Complenda.

SVmpsimus, Dómine, sanctôrum tuórum Stéphani, Nicodémi, Gamaliélis, atq; Abibonis solénnia celebrántes, sacraménta cæléstia: præsta quæsumus: vt quod temporáliter gérimus: ætérnis gáudiis consequâmur. Per Dóminum.

S. DOMINICI
Confessoris.



Ecclı 15.

IN médio eccléſiæ apéruit os eius, & impléuit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ, & intelléctus: stola glóriæ índuit eum. Psal. Iocunditátem & exultatiónem: thesaurizáuit super eum. Ver. Glória. Oratio.

DEus, qui eccléſiã tuã, beáti Dñici cõfessóris tui illumináre dignátus es méritis & doctrínis: concéde: vt eius intercessióne: & tẽporálibus nõ destítuatur auxíliis: & spirituálibus semper proficiat increméntis. Per. Epistola. Testíficor coram Deo. De cómuni Confessoris non pont. fo. 21. Gradu. Os iusti. Alleluia. Iustus germinabit. Prosa. Ad laudes saluatóris. fo. 23. Euang. Sint lumbi vestri præcincti. fo. 24.

Offert. Desidérium ánimæ eius, tribuísti ei Dómine, & voluntâte labiôrũ eius non fraudâsti eum: posuísti in cápite eius corónam de lápide pretiôso. Psa. 20.

Secreta.

MVnera tibi, Dómine, dicâta sanctífica: vt méritis beáti Domínici confessóris tui, nobis proficiant ad medélam. Per.

Communio. Fidêlis seruus & prudẽs quem constítuit Dóminus super famíliam suam: vt det illis in témpore trítici mensûram. Complenda. Mar 24.

COncéde, quæsumus, omnípotens Deus: vt qui peccatôrum nostrôrum póndere prémimur: beáti Domínici confessóris tui, patrocínio subleuêmur. Per Dóminum.

IN TRANSFIGVRATIONE
Dómini. Introitus.

Die 6.



DOminus dixit ad me: filius meus es tu ego hódie génui te. Psal. Quare fremuêrũt gentes: & pópuli meditáti sunt inánia? Psa. 2. Ver. Glória. Kyrie minus totũduplex

Oratio.

DEus, qui fidei sacraménta, in vnigéniti tui gloriósa Transfiguratióne patrem testimónio roborâsti: & adoptiónem filiôrum perfectã, voce delápsa in nube lúcida, mirabíliter præsignâsti: concéde propítius: vt ipsius regis glóriæ nos cohærédes effícias, & eiúsdem glóriæ tríbuas esse consórtes. Per eúndem.

Léctio Epístolæ beáti Petri Apóstoli.

2. Cap 1. CHaríssimi. Non doctas fábulas secuti, notã fécimus vobis Dómini nostri Iesu Christi virtûtem & præséntiam: sed speculatóres facti illius magnitúdinis. Accípiens enim à Deo patre honôrem & glóriam, voce delápsa ad eũ huiuscemodi à magnífica glória. Hic est fílius meus diléctus, in quo mihi complácui: ipsũ audite. Et hanc vocem nos audíuimus de cælo allátam: cùm essémus cum ipso in monte sancto. Et habémus firmiorem prophéticum sermônem: cui bene fácitis attendéntes, quasi lucérnæ lucénti in caliginôso loco: donec dies illucéscat: & lúcifer oriâtur in córdibus vestris.

Pſa. 10. Gradu. Tecum princípium in die virtûtis tuæ: in splendóribus sanctôrum ex útero ante lucíferum génui te. Ver. Dixit Dóminus Dómino meo: sede à déxtris meis: donec ponam inimícos tuos scabéllum pedum tuôrũ. Allelúia. Ver. Dies sanctificátus illúxit nobis: venîte gẽtes, & adorâte Dóminũ: quia hódie descéndit lux magna super terrã. Allelúia. Prosa. Benedícta sẽper sancta. fo 263

Sequéntia sancti euangélij secúndùm Matthæum.

Cap 17. IN illo témpore. Assúmpsit Iesus Petrum, & Iacóbum, & Ioánnem fratrem eius: & duxit illos in montem excélsum seórsum: & transfigurâtus est ante eos. Et resplénduit fácies eius sicut sol: vestiménta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce, apparuêrunt illis Moyses & Elías cum eo loquéntes. Respóndens autem Petrus dixit ad Iesum. Dómine, bonum est nos hîc esse. Si vis, faciámus hîc tria tabernácula, tibi vnum, Moysi vnũ, & Elíæ vnum. Adhuc eo loquénte, ecce, nubes lúcida obumbrâuit eos. Et ecce, vox de nube dicens. Hic est fílius meus diléctus, in quo mihi benè complácui: ipsum audite. Et audiéntes discípuli, cecidêrunt in fácie suam, & timuêrunt valde. Et accéssit Iesus & tétigit eos, dixitque eis. Súrgite, & nolîte timére. Leuántes autẽ óculos suos, néminem vidêrunt, nisi solum Iesum. Et descendéntibus illis de monte, præcépit eis Iesus, dicens. Némini dixéritis visiônem: donec fílius hóminis à mórtuis resurgat.

Credo dicitur.

Offerto. Deus firmáuit orbem terræ, qui non commouébitur: paráta sedes tua Deus, extunc à século tu es. Pſa. 92.

Secreta.

OBláta, quæsumus, Dómine, múnera, gloriósa vnigéniti tui Transfiguratióne sanctífica: noscque à peccatôrum máculis splendóribus ipsius illustratiônis emúnda. Per eùndem. Præfatio de S. Trinitate. fol. 182.

Communio. In splendóribus sanctôrum, ex útero ante lucíferum génui te.

Complenda.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt sacrosáncta Transfiguratiônis mystéria, quæ solénni celebrámus offício, purificátæ mentis intelligéntia consequámur. Per Dóm.

SS. SIXTI FELICISSIMI AGAPITI martyrum. Die 6.

SAcerdótes eius induant. De Confessore & Pontifice. fol. 17. Oratio.

DEus, qui cónspicis quia ex nulla nostra virtûte subsístimus: concéde propítius: vt inter-

Die 7.

cessiône

cessiône beáti Sixti mártyris tui atque pontíficis contra ómnia aduérsa muniâmur.

DEus, qui nos concédis sanctôrum mártyrum tuôrum Felicíssimi & Agapíti natalítia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine de eôrum solennitáte gaudêre. Per. Istæ duæ Orationes dicuntur sub vna conclusione.

Lectio. Beátus homo qui inuénit sapiéntiam. fo. 4. Gradu. Sacerdótes ei⁹. fol. 22. Allelúia. Beátus vir. fo. 6.

Euange. Homo quidã peregrè. fo. 24

Offert. Inuéni Dauid seruum. fo. 26.

Secreta.

SAcrifíciis præséntibus, quæsumus Dómine, inténde placâtus: vt & deuotióni nostræ proficiant & salûti.

MVnera tibi, Dómine, nostræ deuotiónis offérimus: qüæ & pro tuôrum tibi grata sint honôre iustôrum: & nobis salutária, te miseránte reddántur. Per Dóminum.

Comm. Fidélis seruus. fo. 26.

Complenda.

PRæsta, quæsumus Dómine, vt cuius festiuitáte votíua sunt sacraménta: eius salutária nobis intercessióne reddántur.

PRæsta nobis, quęsumus Dómine: intercedéntibus sanctis mártyribus tuis Felicíssimo & Agapíto, vt quæ ore contingimus, pura mẽte capiámus. Per Dóminum.

Die 6.

SANCTI DONATI

Die 7.

episcopi & martyris.

Introitus.

Iustus vt palma. In communi vnius martyris & pont. fo. 2.

Oratio.

DEus tuôrum glória sacerdôtum: præsta quæsumus: vt sancti mártyris tui & Epíscopi Donáti, cuius festa gérimus, sentiâmus auxílium. Per Dóminum.

Lectio. Iustus cor suum. fo. 5.

Grad. Inuéni Dauid seruum meũ. fol. 22. Allelúia. Posuísti Dómine. fo. 6.

Euang. Vigiláte quia nescitis. fo. 24.

Offert. Véritas mea. fo. 26.

Secreta.

PRæsta, quæsumus, Dómine: vt sancti martyris tui & epíscopi Donáti intercessiône, quem ad laudem nóminis tui dicátis munéribus honorâmus, piæ nobis fructus deuotiônis accréscat. Per Dóminum.

Comm. Fidélis seruus & prudens. ibidem.

Complenda.

OMnípotens & miséricors Deus, qui nos sacramentôrum tuôrũ & partícipes éfficis & minístros: præsta, quæsumus: vt intercedénte beáto Donáto mártyre tuo atq; pontífice, eiúsdem proficiámus & fidei consórtio, & digno seruítio. Per D.

SS. CIRIACI, LARGI, ET SMARAGDI martyrum.

Die 8.

TIméte Dóminum. In communi plurium martyrum. fo. 9.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beatôrum mártyrũ tuôrũ Cyriáci, Largi, & Smarágdi solennitâte lætíficas: concéde propítius: vt quorum natalítia cólimus: virtútem quoque passiónis imitêmur. P.

Epistola. Réddidit Deus mercédem. fo. 11. Gradu. Timéte Dóminum. Allelúia. Iusti epuléntur. Euange. Conuocátis Iesus duódecim Apóstolis. Require feria v. Pentec. fo. 257.

Offert. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti, & gloriámini omnes recti corde. Secreta.

ACcépta sit in cõspéctu tuo, Dómine, nostræ deuotiónis oblátio: & eôrum nobis fiat supplicatiône salutâris: pro quorum solennitâte defértur. Per.

Communio. Signa eos, qui in me credunt, hæc sequéntur: dæmónia eíicient: super ægros manus impónent, & bene habébunt. Complenda.

REfécti participatióne múneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster: vt quorum exéquimur cultum: sentiámus effectum. Per.

Die 9 IN VIGILIA S. LAVRENTII.

Introitus.

Psa. 111. 

Ispérsit, dedit paupéribus: iustítia eius manet in séculum séculi: cornu eius exaltábitur in glória. Psal. Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis eius volet nimis. Ver. Glória. Kyrie Quadrageſimale. Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris: & intercessiône beáti Lauréntii mártyris tui: perpétuam nobis misericórdiam benígnus infúnde. Per.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Ecl. 52. COnfitébor tibi Dómine rex, & collaudábo te Deum saluatórem meum. Confitébor nómini tuo: quóniã adiútor & protéctor factus es mihi: & liberásti corpus meum à perditióne: à láqueo linguæ iníquæ, & à lábiis operántium mendácium: & in conspéctu persequéntiũ factus es mihi adiútor. Et liberâsti me secúndùm multitúdinem misericórdiæ nóminis tui à rugiéntibus præparatis ad escam; de mánibus quæréntium ánimam meam: & de portis tribulatiônum, quæ circumdedérunt me: à pressúra flammæ, quæ circumdédit me: & in médio ignis non sum æstuâtus. De altitúdine ventris ínferi: & à lingua coinquinâta, & à verbo mẽdácii: à rege iníquo: & à lingua iníusta. Laudábit vsque ad mortem ánima mea Dóminum: quóniam éruis sustinéntes te: & líberas eos de manu angústiæ, Dñe Deus noster.

Gradu. Dispérsit, dedit paupéribus: iustítia eius manet in séculũ séculi. Ver. Potens in terra erit semen eius: generátio rectôrum benedicétur. Euãg. Si quis vult venîre post me. In communi vnius martyris. fo. 7. Offert. Orátio mea mũda est: & ídeò peto, vt detur locus voci meæ in cælo: quia ibi est iudex meus, & cónscius meus: in excélso ascéndat ad Dóminum deprecátio mea.

Psa. 111.

Secreta.

HOstias, Dómine, quas tibi offérimus propitius súscipe: & intercedénte beáto Lauréntio mártyre tuo: víncula peccatôrum nostrôrum absólue. Per.

Commun. Qui vult venîre. fo. 8.

Complenda.

DA, quæsumus, Dómine Deus noster: vt sicut beáti Lauréntii mártyris tui commemoratióne, temporáli gratulâmur offício: ita perpé-

tuo

tuo lætémur aspéctu. Per.

Pro commemoratione Romani martyris. Oratio. Lætétur ecclésia tua Deus. cum sua Secr. & Comp. de vno martyre non pontif. fo. 4. dicatur in vigilia S.Laurentii pro secunda oratione, nisi vigilia Sabbatho anticipetur: & pro tertia de S. Maria. Concede nos nisi Dominica fuerit.

IN FESTO S. LAVRENTII martyris. Introitus.

Die 10 Psa. 95



Confessio & pulchritudo in conspéctu eius: sanctitas & magnificéntia in sanctificatióne eius. Psal. Cantáte Dómino cánticum nouum: cantáte Dómino omnis terra. Ver. Glória.

Oratio.

DA nobis, quæsumus, omnípotens Deus, vitiórum nostrórũ flammas extínguere: qui beáto Laurénti o martyri tuo, tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. P.

Léctio epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Corínthios.

2. Cap 9.

FRatres. Qui parcè séminat, parce & metet. Et qui séminat in benedictiónibus, de benedictiónibus & metet: vnusquísque prout destinávit in corde suo: non ex tristítia, aut ex necessitáte. Hílarem enim datórẽ díligit Deus. Potens est autem Deus omnem grátiam abundáre fácere in vobis: vt in ómnibus semper omnẽ sufficiéntiam habéntes, abundétis in omne opus bonum: sicut scriptum est. Dispérsit, dedit paupéribus: iustítia eius manet in séculum séculi. Qui autem adminístrat semen seminánti, & panem ad manducándum præstábit. Et multiplicábit semen vestrum: & augébit increménta frugum iustitiæ vestræ.

Gradu. Probásti Dómine cor meum: & visitásti nocte. Ver. Igne me examinásti: & non est inuénta in me iníquitas. Allelúia. Ver. Leuíta Lauréntius bonum opus operátus est: qui per signum crucis cæcos illumináuit, & thesáuros eccléstæ dedit paupéribus. Allelúia.

Psa. 16.

Prosa.

LAurénti, Dauid magni martyr, milesque fortis.
Tu imperatóris tribúnal,
Tu manus tortórum cruéntas
Spreuísti: secútus desiderábilem, atq; manu fortem.
Qui solus pótuit regna superáre tyránni crudélis.
Cuiusque sancti sánguinis pródigos fecit amor mílites eius.
Dummodò illum líceat cérnere, dispéndio vitæ præséntis.
Cæsaris tu fasces contémnis, & iúdicis minas derides.
Cárnifex vngulas, & vstor cratículam vanè consúmunt.
Dolet ímpius orbis præféctus, victus à pisce assâto, Christi cibo.
Gaudet Dómini conuíua, fauo conresurgéndo cum Christo saturâtus.
O Laurénti, mílitum Dauid inuictíssime, regis ætérni.
Apud illum séruulis ipsius deprecâre véniam semper.
Martyr, milesque fortis.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 12.

IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Amen, amen dico vobis: nisi granum fruménti cadens in terram, mórtuum fúerit: ipsum solum

manet.

manet. Si autem mórtuũ fuérit: multum fructum affert. Qui amat ánimam suam, perdet eam: & qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitã ætérnam custódit eam. Si quis mihi minístrat, me sequatur: & vbi ego sũ, illic & miníster meus erit. Si quis mihi ministrauêrit: honorificábit eum pater meus, qui est in cælis. Non dicitur Credo, nisi in ecclesia propria, & nisi venerit in Dóminica.

Psa 95. Offert. Conféssio & pulchritúdo in conspéctu eius: sánctitas & magnificéntia in sanctificatióne eius. Secreta.

ACcipe, quæsumus Dómine, múnera tibi dignánter oblàta & beati Lauréntii suffragántibus méritis: ad nostræ salútis auxílium prouenîre concéde. Per.

Communio. Qui mihi minístrat me sequâtur: & vbi sum ego, illic sit & miníster meus. Complenda.

SAcro múnere satiâti súpplices te, Dómine, deprecâmur: vt quod débitæ seruitûtis celebrâmus offício: intercedénte beáto Lauréntio mártyre tuo: saluatiônis tuæ sentiâmus augméntum. Per Dóminum.

Infra Octauam sancti Laurentii dicitur Missa sicut in ipso die: nisi occurrat Dominica, festum ix. lect. vel maius, Vigilia, aut Octaua solennis. Tunc enim fit solùm commemoratio. Kyrie de alternantibus. Orationes tres. Prosa Laurenti.

IN FESTO S. TYBVRTII martyris. Introitus.

Die 11. Iustus vt palma. In communi vnius martyris. fo. 2.

Oratio.



EÁti Tybúrtii nos, Dómine, fóueant cõtinuáta præsídia: quia nõ désinis propítius intuéri: quos tálibus auxíliis concésseris adiuuâri. Per.

Lectio. Beátus homo qui inuénit sapiéntiã. fo. 4. Grad. Iustus non conturbábitur. Allelúia. Iustus vt palma. Euãge. Nihil opértum. fo. 7. Offert. In virtúte. Secreta.

ADésto, Dómine, précibus pópuli tui: adésto munéribus: vt quæ sacris sunt oblàta mystériis: tuôrum tibi pláceant intercessióne sanctôrum. Per.

Communio. Posuîsti Dómine. Complenda.

SVmpsimus, Dómine, pignus redemptiónis ætérnæ: quod sit nobis, quæsumus, interueniénte sancto Tybúrtio mártyre tuo: vitæ præséntis auxílium páriter & futuræ. Per.

Pro commemoratione S. CLARÆ VIRGINIS

Die 2. Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris noster. cum sua Secr. & Complen. de Virgine. fo. 28.

SS. HIPPOLYTI ET Sociorum eius martyrum. Introitus.

Die 13.



Psa. 67. VSti epuléntur, & exúltent in conspéctu Dei: & delecténtur in lætítia. Psal. Exûrgat Deus & dissipéntur inimíci eius:

Die 14.

& fugi-

& fúgiant qui odêrunt eum à facie eius.
Ver. Glória. Oratio.

DA, quæsumus, omnípotens Deus: vt beáti Hippólyti mártyris tui sociorumq; eius veneránda solénnitas: & deuotiónem nobis áugeat & salûtem. Per.

Epístola. Sancti per fidem. fo. 12.

Sap. 3. Gradu. Iustôrum ánimæ in manu Dei sunt: & non tanget illos torméntum malítiæ. Ver. Visi sunt óculis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace.

Allelúia. Ver. Te mártyrum candidátus laudat exércitus. Allelúia. Prosa. O beáta beatôrum. fo. 13. Euãg. Atténdite à fermento. fo. 14.

Pſa. 123. Offert. Anima nostra sicut passer erépta est de láqueo venántium: láqueus contrítus est, & nos liberâti sumus.

Secreta.

RESpice, Dómine, múnera pópuli tui in sanctôrum tuôrum Hippólyti sociorumque eius festiuitâte deuóta: & tuæ testificátio veritátis nobis proficiat ad salûtem. Per.

Luc 11. Communio. Dico autem vobis amícis meis: ne terreámini ab his, qui vos persequúntur. Complenda.

SAcramentórum tuôrum, quæsumus Dómine, commúnio sumpta nos saluet: & intercedéntibus sanctis quorum solénnia ágimus: in tuæ veritátis luce confírmet. Per D.

Die 14.

IN VIGILIA ASSVMPTIONIS BEATÆ MARIAE virginis.

Introitus.

SAlue sancta parens. fo. 191. Kyrie Quadragesimale.

Oratio.



EUs, qui virginâlem aulam beátæ Maríę vírginis in qua habitâres elígere dignátus es: da quæsumus: vt sua nos defensióne munítos: iocúndos fácias suæ interésse festiuitâti. Qui viuis & regnas.

Memoria de S. Laurentio, & de S. Eusebio Confessore. Oratio. Deus qui nos beáti Eusebij. cum sua Secr. & Cóplen. de Cófessore non Pontifice. fo. 18. Epistola. Ab initio & ante secula. fo. 192. Gradu. Benedícta & venerábilis. ibidem. Euange. Loquente Iesu ad turbas. fo. eodem.

Offert. Beáta es virgo María, quæ ómniũ portásti creatôrẽ: genuísti qui te fecit, & in ætérnũ pérmanes virgo. Secre.

MVnera nostra, quæsumus Dómine, apud tuam cleméntiam Dei genitrícis comméndet orátio: quam idcírco de præsénti século trãstulísti: vt pro peccâtis nostris apud te fiduciáliter intercédat. Per eúndẽ.

Communio. Beáta víscera Maríæ vírginis, quæ portauêrunt ætérni patris filium. Complenda.

CONcéde miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsídium: vt qui sanctæ Dei genitrícis festiuitâtẽ præuénimus: intercessiônis eius auxílio à nostris iniquitátibus resurgâmus. Per eúndem.

Die 15. IN ASSVMPTIONE BEATAE MARIAE virginis.

Benedictiones herbarũ & nouorũ fructuum.

Si dies

SI dies Dominica fuerit fit aspersio consueta. Deinde benedicuntur herbæ & fructus, à populo ad benedictionem oblati per sacerdotem, omnibus vestibus sacerdotalibus, præter Casulam, cuius loco pluuiali seu Cappa vtitur, (si idem mox post herbarum benedictionem officium Missæ dicturus est:) alioqui (si alius) superpelliceo, stola, & pluuiali indutum, stantem ante altare in cornu epistolæ vultu verso ad populum hoc modo. Ver. Adiutórium nostrũ in nómine Dñi. Resp. Qui fecit cælũ & terrã.

Oratio, quæ cum aliis sequentibus in communi tono Missæ dicitur.

OMine sanctæ pater omnipotens: qui ab initio fecísti hominem ad imáginẽ tuam: & condidísti cælum & terram, solem & lunam & stellas: & ómnia cæléstia & terréstria: tu Dómine dominâris potestâti maris: tu habes potestâtem magnæ abyssi: tu condidísti ómnia eleménta: tu bene ✠ dícere & sanctifi ✠ câre dignêris has creatûras herbârũ: sicut benedixísti quinque panes in desérto, & duos pisces: & satiâsti quinque míllia hóminum virôrum: omnesque qui vtúntur ex eis, bene ✠ dícere & sanctifi ✠ câre dignâre: vt sit eis sánitas mentis & córporis: & ab homínibus & pecóribus qui ex eis gustáuerint: omnem putrédinem, & omne fantásma diáboli: & omnem pestiléntiam, & omnem morbum, ac dolórem expéllere dignéris. Qui in trinitáte perfécta viuis & regnas Deus in sécula seculôrum. Resp. Amen.

Oratio.

SVpplíciter sancte pater tuam deprecâmur cleméntiam: qui mirabíliter ex níhilo cuncta creâsti: quiq; terram diuérsa ferre gérmina præcepísti: & vária medicamentôrum géners ad sanánda géneris humáni córpora herbis indidísti: bene ✠ dícere: & sanctifi ✠ câre has diuérsi géneris herbas tua pietâte dignêris: vt quicúnq; ex eis sumptûri sunt: tam ánimæ quàm córporis sanitâtem percípiant: & intercedénte beáta María vírgine, cuius festiuã hódie cólimus solennitâtem: sic cârum vsu iocundémur salúbriter: quátenus in tuôrum odôre vnguentôrũ paradysi iánuas adíre mereâmur. Per Christum Dóminum nostrum. Resp. Amen.

Oratio.

DEus, qui vniuérsis herbârũ genéribus humánis necessitatibus præstitísti remédia: hanc herbârum collectiónem tuæ miseratiónis bene ✠ dic déxtera: vt quisquis languôre depréssus ex eis áliquid gustáuerit: eccléſiæ tuæ sanctæ representâtus, optâtæ munus salûtis te donánte percípiat. Per Christum Dóminũ nostrum. Resp. Amen.

Benedictio pomorum & quorumlibet fructuum.

Oratio.

BEne ✠ díc, quæsumus Dómine hos fructus nouos vuæ, siue pomôrum, pirôrum, & ómnium fructuum: quos tu de rore cæli & inundatiône pluuiârum ac témporum tranquillitâte ad maturitâtem prodúcere dignâtus es: & præsta: vt quos ad vsus nostros misericórditer tribuîsti: cum

débita

débita gratiârum actiône percípere valeâmus. Per Dóminum nostrum. Resp. Amen.

Deinde tuificentur herbę & fructus: & aspergantur aqua benedicta.

Ad processionem Responsorium. Vidi speciosam. Ver. Exaltáta est sancta Dei genitrix. Oratio. Venerãda. Quæ concluditur sic: quæ filium tuum de se génuit incarnátum, Christum Dóminum nostrum. In reditu ad Chorum Antiph. Hódie María virgo cælos. &c.



Introitus.



Audeâmus omnes in Dómino, diem festum celebrántes in honôre Maríæ vírginis: de cuius Assumptiône gaudent ángeli: & colláudant fílium Dei.

Psal. Exaltáta es sancta Dei genítrix super choros angelôrum ad cæléstia regna. Ver. Glória. Kyrie maius totum-duplex.

Oratio.

VEneránda nobis, Dómine, huius diei festíuitas opem cónferat salutârem: in qua sancta Dei genítrix mortem súbiit temporâlem: nec tamen mortis néxibus déprimi pótuit: quæ fílium tuũ Dñum nostrũ de se génuit incarnâtum. Qui tecum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Eccl 42.

In ómnibus réquiem quæsíui: & in hæreditáte Dómini morâbor. Tunc præcépit, & dixit mihi creátor ómnium: & qui creáuit me, requiéuit in tabernáculo meo, & dixit mihi. In Iacob inhábita: & in Israël hæreditâre: & in eléctis meis mitte radíces. Et sic in Sion firmâta sum: & in ciuitâte sanctificâta símiliter requiéui: & in Ierúsalem potéstas mea. Et radicáui in pópulo honorificáto: & in partes Dei mei, hæréditas illíus: & in plenitúdine sanctôrum deténtio mea. Quasi cedrus exaltâta sum in Líbano: & quasi cypréssus in monte Sion. Quasi palma exaltâta sum in Cades: & quasi plantátio rosę in Iéricho. Quasi olíua speciósa in campis: & quasi plátanus exaltâta sum iuxta aquas in plateis. Sicut cinnamómum, & bálsamum aromatizans odôrem dedi. Quasi myrrha elécta dedi suauitâtem odôris.

Gradu. Propter veritátem, & mansuetúdinem, & iustítiam: & dedûcet te mirabíliter déxtera tua. Ver. Audi filia, & vide, & inclína aurem tuam: quia concupíuit rex spéciem tuam. Allelúia. Ver. Assúmpta est María in cælum: gaudet exércitus angelôrum. Allelúia.

Psa. 44.

Prosa.

COngáudent angelôrum chori gloriósæ vírgini.

Quæ sine viríli commixtióne génuit.

Fílium, qui suo mundũ cruôre médicat.

Nam ipsa lætâtur, quòd cæli iam conspicâtur príncipem.

In terris cui quondam sugéndas virgo mammíllas præbuit.

Quam célebris ángelis María Iesu mater créditur?

Qui filii illíus débitos se cognóscunt fámulos.

Qua glória in cælis ista virgo cólitur? quæ Dómino cæli præbuit hospítium sui sanctíssimi córporis?

Quam spléndida polo stella maris rútilat: quæ ómnium lumen astrórum & hóminum atque spirítuum génuit?

Te cæli regína hæc plebécula piis concélebrat méntibus.

Te cantu melódo super æthera vnà cũ ángelis éleuat.

Te libri virgo cóncinunt prophetárum: chorus iúbilat sacerdótum: apóstoli Christíque mártyres prædícant.

Te plebis sexus séquitur vtriusque: vitam díligens virgínalem, cælícolas in castimónia æmulans.

Ecclésia ergo cuncta te córdibus, teq; carmínibus vénerans.

Tibi suam maniféstat deuotiónem, precátu te súpplici implorans María.

Vt sibi auxílium circa Christum Dóminum esse dignéris per æuum.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

Cap 10. IN illo témpore. Intráuit Iesus in quoddã castéllum: & múlier quædam Martha nómine excépit illum in domum suam. Et huic erat soror nómine María: quæ etiam sedens secus pedes Dómini, audiébat verbum illíus. Martha autem satagébat circa frequens ministérium. Quæ stetit, & ait. Dómine, nõ est tibi curæ, quòd soror mea relíquit me solam ministráre? dic ergo illi vt me adiúuet. Et respóndens dixit illi Dñus. Martha, Martha, sollícita es, & turbâris erga plúrima. Porrò, vnũ est necessárium. María óptimam partem elégit: quæ non auferêtur ab ea. Credo dicitur.

Offert. Felix namque es sacra virgo María, & omni laude digníssima: quia ex te ortus est sol iustítiæ, Christus Deus noster. Secreta.

SVbuéniat, Dómine, plebi tuæ Dei genitrícis orátio: quam & si pro conditióne carnis migrâsse cognóscimus: in cælésti glória apud te, pro nobis orâre sentiâmus. Per eúnd

Præfatio. Et te in assumptió: fol. 184.

Communio. Beáta víscera Maríæ vírginis, quæ portauêrunt ætérni patris filium. Complenda.

MEnsę cęléstis partícipes effécti, implorâmus cleméntiam tuã, Dómine Deus noster: vt qui assumptiónem Dei genitrícis cólimus: á cunctis malis imminéntibus eius intercessióne liberémur. Per eúndem.

Infra Octauam Assumptionis B. virginis, & in eius die Octaua fit idem officium quod in die. Kyrie semiduplex. Et infra Octauam vsq. ad Octauam S. Laurentii dicitur memoria de S. Laurentio, & Oratio de Spiritu sancto: Deus qui corda fidélium. nisi Dominica fuerit. Prosa vt in die: vel ibi. Te libri virgo. In Octaua dicitur integra.

IN OCTAVA S. Laurentii. Introitus.

Die 17.



Pſa. 16. RObâsti Dómine cor meum, & visitâsti nocte: igne me examinâsti, & non est inuénta in me iníquitas. Psal. Exáudi Dómine iustítiam meam: inténde deprecatiónem meam. Ver. Glória. Kyrie semiduplex. Credo dicitur. Memoria de B. virg. Maria. Cætera omnia sicut in festo ipsius.

S. AGA-

Die 18.

SANCTI AGAPITI

martyris. Oratio.

Lætétur eccléſia. cum ſua Secre. & Complen. de vno martyre nón pontifice. fo. 4.

Die 22.

IN OCTAVA S. MARIAE virginis.

Omnia ſicut in ipſa die

Die 22.

SS. TIMOTHEI ET Symphoriani martyrum.

Introitus.

Salus autem iuſtôrum. In communi martyrum. fo. 9, Oratio.



Vxílium tuum nobis, quæſumus Dómine, placátus impénde & intercedéntibus beátis martyrib9 tuis Timotheo & Symphoriáno déxterã ſuper nos tuæ propitiatiônis exténde. Per.

Lectio. Iuſtôrum ánimæ. fo. 11.

Grad. Iuſtôrũ ánimæ. Allelúia. Fulgébunt iuſti. Euange. Deſcéndens Ieſus de monte. fo 14. Offert. Mirábilis Deus. fo. 16. Secreta.

ACcépta tibi ſit, Dómine, ſacrátæ plebis oblátio pro tuôrum honôre ſanctôrum: quorum ſe méritis percepîſſe detribulatióne cognóſcit auxílium. Per.

Comm. Etſi coram homínib9. fo. 17.

Complenda.

DIuíni múneris largitâte ſatiâti, quæſumus Dómine Deus noſter: vt intercedéntibus ſanctis martyribus tuis Timothéo & Symphoriâno: in eius ſemper participatióne viuâmus. Per.

Die 23.

S. BERNARDI ABBATIS.

Omnia de communi Confeſſoris & Abbatis. fo. 19. præter orationem.

Oratio.



DErfice, quæſumus, Dómine, piũ in nobis ſanctæ religiónis effectum: & ad obtinéndã tuæ grátiæ largitâtem: beátus Bernardus abbas & doctor egrégius: ſuis apud te ſemper pro nobis méritis & précibus intercédat. Per.

Secreta.

GRata, quæſumus tibi Dómine, ſit huius ſacraménti oblátio: quam in memóriam dominicę paſſiónis & in honôre beáti Bernárdi tuæ offérimus maieſtâti. Per.

Complenda.

SVum in nobis, quæſumus omnípotens Deus, cibus quem ſúmpſimus operêtur effectum: & intercedénte beáto Bernárdo: incórporet nos ſibi eſus edéntes. Per.

Die 23.

S. ZACCHÆI EPISCOPI Ieroſolymitani. commemor:

Oratio.

EXáudi Dómine preces noſtras. Cũ ſua Secre. & Complen. de Confeſſore & Pontifice. fo. 18.

Die 24.

IN FESTO SANCTI BARTOLOMÆI apoſtoli. Introitus.



Ihi autem nimis honorâti sũt amíci tui Deus: nimis confortâtus eſt principâtus eôrum. Pſal. Dómine probáſti me, & cognouiſti

Pſa. 138.

gnouísti me : tu cognouísti sessiónem meam, & resurrectiónem meam. Ver. Glória. Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: qui huius diei venerándã sanctãq; lætítiam in beáti apóstoli tui, Bartholómæi festiuitáte tribuísti: da eccléſiæ tuæ quæsumus : & amâre quod crédidit:& prædicâre quod dócuit. Per.

Epistola. Iam non estis. vt suprà in festo S. Thomæ. fo. 316.

Pſa. 18. Gradu. In omnem terram exîuit sonus eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum. Ver. Cæli enárrant glóriam Dei: & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum. Allelúia. Ver. Nimis honorâti sunt amíci tui Deus : nimis confortâtus est principâtus eôrum.

Pſa. 8. Prosa. Clare sanctôrum. fo. 316.

Sequéntia sancti euangélij secúndùm Lucam.

Cap 6. IN illo témpore: Exiit Iesus in montem orâre:& erat pernóctans in oratióne Dei. Et cùm dies factus esset, vocáuit discípulos suos : & elégit duódecim ex ipsis, quos & Apóstolos nominâuit. Simónem, quem,cognominâuit Petrũ, & Andréam fratrem eius;Iacóbum & Ioánnem,Philíppum & Bartholomæum, Matthęum & Thomam, Iacóbum Alphæi, & Simônem qui vocátur Zelôtes, & Iudam Iacóbi, & Iudam Iscariôten qui fuit próditor.Et descéndens cum illis, stetit in loco campéstri,& turba discipulôrum eius, & multitúdo copiósa plebis ab omni Iudæa, & Ierúsalem : & Marítima, & Tyri & Sidônis, qui venerant vt audîrent eum,& sanaréntur à languóribus suis.Et qui vexabántur à spirítibus immúndis curabántur. Et omnis turba quærébat eum tángere : quia virtus de illo exíbat,& sanábat omnes. Credo dicitur Offert. Constítues eos príncipes super omnem terram : mémores erunt nóminis tui Dómine, in omni progénie & generatione. Pſa. 44. Secreta

BEáti apóstoli tui Bartholomæi solénnia recenséntes:quæsumus Dómine: vt eius auxílio tua beneficia capiámus : pro quo tibi hóstias laudis immolâmus. Per.

Præfatio, de Apostolis. fo. 174.

Communio. Vos qui secûti estis me, sedébitis super sedes iudicántes duódecim tribus Israël, dicit Dóminus. Mat 19.

Complenda.

SVmptum, Dómine, pignus redemptiônis ętérnæ:sit nobis quę sumus interueniénte beáto Bartholomæo apóstolo tuo : vitæ præséntis auxílium páriter & futûræ. Per.

S. RVFFI MARTYRIS

Die 27.

Commemoratio. Oratio.

Lætêtur eccléſia tua Deus. cum sua Secreta & Complenda de vno martyre fo. 4.

IN FESTO S. AVGVSTINI EPISCOPI & Confessoris. Introitus.

Die 28.



IN médio eccléſiæ apéruit os eius:& impléuit eum Dóminus spíritu sapiéntię & intelléctus: stola glóriæ índuit eum. Pſal. Iocunditátem & exultatiónem : thesaurizáuit super eum. Ver. Glória.

Eccl 25.

Oratio.

Oratio.

ADésto supplicatiónibus nostris omnípotens Deus:& quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, intercedénte beáto Augustíno confessôre tuo atque pontífice: consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus effféctum. Per.

Lectio. Ecce sacérdos magnus. f. 20.

Pſa. 36. Gradu. Os iusti meditábitur sapiéntiam: & lingua eius loquêtur iudícium. Ver. Lex Dei eius in corde ipsius: & nõ supplantabúntur gressus eius. Allelúia.

Mat 19. Iste est, qui ante Deum magnas virtûtes operâtus est: & omnis terra doctrína eius repléta est. Allelúia. Prosa. Ad laudes Saluatôris. de Pontifice & Confessore. fo. 23. Euang. Vos estis sal terræ. fo. 25. Credo dicitur.

Pſa. 88. Offert. Véritas mea, & misericórdia mea cum ipso: & in nómine meo exaltábitur cornu eius. Secreta.

SAncti Confessôris tui Augustíni nobis, Dómine, pia non desit orátio: quæ & múnera nostra concíliet: & tuam nobis indulgéntiam sem per obtíneat. Per.

Mat 25. Communio. Fidélis seruus & prudẽs, quem constítuit Dóminus super famíliam suam: vt det illis in témpore trítici mensûram. Complenda.

VT nobis, Dómine, tua sacrifícia dent salûtem: beátus confés sor tuus atque póntifex Augustínus: quæsumus precâtor accédat. Per.

Die 29.

IN DECOLLATIONE S. IOANNIS Baptistæ.

Introitus.

Pſa. 91. IVstus vt palma florébit: sicut cedrus Libani multiplicábitur: plantâtus in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri. Ps. Bonum est confitéri Dómino: & psállere nómini tuo altíssimè. Ver. Glória. Oratio.

SAncti Ioánnis Baptístæ præcursóris & mártyris tui, quæsumus Dómine, veneránda festiuitas: salutâris auxílii nobis præstet effféctum. Per.

Lectio Ieremiæ Prophétæ.

Cap 1. IN diébus illis. Factum est verbum Dómini ad me dicens. Accínge lũbos tuos, & surge: & lóquere ad Iuda ómnia quæ ego præcípio tibi. Ne formídes à fácie eôrum: nec enim timêre te fáciam vultum eôrum. Ego quippe dedi te hódie in ciuitátem munítam, & in colúmnam ferréam, & in murum æreum super omnem terrã, régibus Iuda; princípibus eius & sacerdótibus, & omni pópulo terræ. Et bellábunt aduérsum te, & nõ prę ualébunt: quia ego tecum sum, ait Dóminus, vt líberem te.

Pſa. 20. Gradu. Posuísti Dómine super caput eius corónam de lápide pretióso. Ver. Desidérium ánimæ eius tribuísti ei: & voluntáte labiôrum eius non fraudâsti eum. Allelúia. Ver. Misso Heródes spículatóre, præcêpit amputári caput Ioánnis Baptístæ. Allelúia. Prosa.

PSállite regi nostro psállite, psállite psállite prudénter.

Nam psaltérium est iocúndum cum cíthara.

Nato vírginis quo psallens natus sterilis.

Cítharam carnis percússit in domo Dómini.

Dum quod sonábat clamándo, dócuit viuéndo.

Mortificándo quæ super terram sunt

membra, & hoc álios docéndo.

Præparans Christo plebem perfé[illegible]m Ioánnes, vox clamántis in deſérto.

Sed vox hæc ímpium Heródem, quem córripit, mínimè córrigit.

Haud tamen tácuit, ſed ad vſque ſánguinem ſcéleri réſtitit.

Non licet (inquit) te fratris tui habére cóniugem raptam tibi: peccáſti, quie ſce: pœniténtibus ſic præcépit Dñs.

Vocem incantántis ſapiẽter, Heródes, vt aſpis ſurda ſpernit: vt iuſtum, vt ſanctum Ioánnem timet, quem vinxit in cárcerem.

Sedet in ténebris lucérna lucens, amícus omnipoténtis.

Studet delíciis mundi príncipis, filius perditiónis.

Méretrix ſuadet: puélla ſaltat: rex iubet: ſanctus decollátur.

Dat rex ſaltánti caput Ioánnis, qui ſanctus antè fit quàm natus.

En quómodo perit iuſtus, quaſi non ſit Deo diléctus.

Cùm ſit eius pretióſa mors hæc in conſpéctu Dómini.

Nos corde percépimus qualis & quantus ſit: quia vicínus dignitáte Chriſto ſit & morte.

Nam morte turpíſsima damnátur ſponſus ſponſi, & amícum damnat morte recte turpíſsima.

Cárcere carnis edúctum, quem ferunt pſalléndo cæli ángeli ángelum.

Et nos in terris tibi pſállere fac Chriſte, in memóriam Baptíſtæ.

Heródis ſpretáque menſa, altâris tui menſa ipſum te dum ſúmimus, ſemper tibi canámus.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Marcum.

IN illo témpore. Miſit Heródes, ac ténuit Ioánnem: & vinxit eum in cárcerem, propter Herodíadem vxôrem Philíppi fratris ſui: quia dúxerat eam. Dicébat enim Ioánnes Heródi. Non licet tibi habére vxôrem fratris tui. Herodias autem inſidiabâtur illi: & volébat occídere eũ, nec póterat. Heródes enim metuébat Ioánnem: ſciens eum virum iuſtum, & ſanctũ, & cuſtodiébat eũ: & audíto eo multa faciébat, & libénter eum audiébat. Et cùm dies opportûnus accidíſſet, Herôdes natâlis ſui cœnam fecit princípibus, & tribúnis, & primis Galilææ. Cumque introîſſet fília ipſius Herodíadis, & ſaltâſſet, & placuîſſet Heródi, ſimulque recumbéntibus: rex ait puéllæ. Pete à me quod vis: & dabo tibi. Et iurâuit illi: Quia quicquid petíeris, dabo tibi, licet dimídium regni mei. Quæ cùm exíſſet: dixit matri ſuæ. Quid petam? At illa dixit. Caput Ioánnis Baptíſtæ. Cúmq; introíſſet ſtatim cum feſtinatiône ad regem: petíuit, dicens. Volo, vt protinus des mihi in diſco caput Ioánnis Baptíſtæ. Et contriſtâtus eſt rex. Propter iuſiurândum, & propter ſimul diſcumbéntes, nóluit eam contriſtâre: ſed miſſo ſpiculatôre, præcépit afférri caput eius in diſco. Et decollâuit eum in cárcere. Et áttulit caput eius in diſco: & dedit illud púellæ: & puélla dedit matri ſuæ. Quo audîto: diſcípuli eius venêrunt, & tulêrunt corpus eius: & poſuêrunt illud in monuménto.

Cap 6.

Offert. Deſidérium ánimæ eius tribuíſti ei Dómine, & voluntâte labiôrum eius non fraudâſti eum: poſuíſti in cápite eius corónam de lápide pretióſo.

Pſa. 20.

Pſa. 20.

Die 30.

Secreta.

MVnera, quæ tibi, Dómine, pro ſancti mártyris tui Ioánnis Baptíſtæ paſſióne deférimus, quæſumus: vt eius obténtu nobis proficiant ad ſalútem. Per.

Communio. Magna eſt glória eius in ſalutâri tuo: glóriam & magnum decôrem impónes ſuper eum Dómine. Pſa. 20.

Complenda.

COnferant nobis, Dómine, ſancti Ioánnis Baptíſtę vtraque ſolénnitas: vt & magnífica ſacraménta, quæ ſúmpſimus, ſignificâta veneremur: & in nobis pótius édita gaudeámus. Per.

S. SABINÆ MARTYRIS

Commemoratio. Oratio.



EVs, qui inter cætera poténtiæ tuæ mirácula, etiam in ſexu frágili victóriam martyrii contulíſti: concéde propítius: vt qui beátæ Sabínæ mártyris tuę natalítia cólimus: per eius ad te exémpla gradiâmur. Per. **Secreta.**

HOſtias tibi, Dómine, beátæ Sabínæ mártyris tuæ dicâtas méritis benígnus aſſúme: & ad perpétuum nobis tríbue prouenîre ſubsídium. Per. **Complenda.**

DIuíni múneris largitáte ſatiâti, quæſumus Dómine Deus noſter: vt intercedénte beáta Sabína mártyre tua: in eius ſemper participatiône viuâmus. Per Dóminum.

SS. FELICIS ET ADAVCTI

Die 30.

martyrum. Introitus.

SApiéntiam ſanctorum. **De communi martyrum.** fo. 9. **Oratio.**



AIeſtátem tuã, Dómine, ſúpplices exorâmus: vt ſicut nos iúgiter ſanctôrum tuôrum Felicis & Adáucti commemoratióne lætíficas: ita ſemper pia ſupplicatiône deféndas. Per.

Epiſtola. Sancti per fidem. fo. 12.

Gradu. Iuſtorum ánimæ. **Allelú.** Sancti & iuſti. **Euange.** Dum perſequéntur vos. fo. 15.

Offert. Lætámini in Dómino, & exultáte iuſti; & gloriámini omnes recti corde. **Secreta.**

HOſtias, Dómine, plebis tuæ inténde: vt quas in honôre ſanctôrum tuôrum deuôta mente célebrat: profícere ſibi ſéntiat ad ſalútem. Per Dóminum.

Communio. Quod dico vobis in ténebris, dícite in luce, dicit Dóminus: & quod in aure audîſtis, prædicáte ſuper tecta. Mat. 10. **Complenda.**

REpléti, Dómine, munéribus ſacris: quæſumus: vt intercedéntibus ſanctis tuis, in gratiârum tuârum ſemper actiône maneâmus. Per Dóminum.

FESTA SEPTEMBRIS.

Die 1.

SANCTI ÆGIDII

Abbatis. Introitus.

OS iuſti meditábitur ſapiéntiam. Pſa. 20.

De communi Confeſſoris & Abbatis. fo. 19.

IN NATIVITATE

Die 8.

Beatæ Mariæ virginis.

Introitus.



Audeámus omnes in Dómino, diem festum celebrántes in honôre Maríæ vírginis: de cuius natiuitate gaudent ángeli, & colláudant fílium Dei.

Psa. 44. Psal. Eructáuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. Ver. Gloria. Kyrie minus totum duplex.

Oratio.

FAmulis tuis, quæsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertîre: vt quibus beátæ vírginis partus éxtitit salûtis exórdium, natiuitâtis eius votíua solénnitas, pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Ecc. 24. EGo quasi vitis fructificâui suauitâtem odóris: & flores mei fructus honôris, & honestátis. Ego mater pulchræ dilectiônis, & timôris, & agnitiônis, & sanctæ spei. In me omnis grátia viæ, & veritátis. In me omnis spes vitæ, & virtûtis. Transite ad me omnes, qui concupíscitis me: & à generatiónibus meis adimplémini. Spíritus enim meus super mel dulcis: & hæréditas mea super mel, & fauũ. Memória mea in generatióne seculô rũ. Qui edunt me adhuc esúrient: & qui bibunt me adhuc sítient. Qui audit me, nõ confundétur: & qui operãtur in me: non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam ætérnam habébũt.

Psa. 44. Gradu. Audi filia, & vide, & inclína aurem tuam: quia concupíuit rex spéciem tuam. Ver. Spécie tua, pulchritúdine tua: inténde, prósperè procéde, & regna. Allelúia. Ver. Natíuitas gloriósę vírginis Maríæ, ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Iuda: clara ex stirpe Dauid. Allelúia.

Prosa

STírpe María regia procreáta regẽ génerans Iesum.

LAude digna angelôrum sanctôrum.

ET nos peccatôres tibi deuôtos intuêre benígna.

TU pios patrum mores osténtas in te, sed excellis eósdem.

PAtris tui Salomónis in te lucet sophia.

ET Ezechíæ apud Deum cor rectum, sed nunquam in te corrumpéndum.

PAtris Iosiæ adimpléuit te religiósitas.

SUmmi etiam patriárchę te fides totam possédit patris tui.

SEd quid nos istos recensémus héröas?

CÙm tuus natus omnes præcéllat illos atque cunctos per orbem.

NOs hac die tibi gregátos serua virgo in lucem mundi qua prodísti, paritûra cælórum lumen.

Initium sancti euangélii secundum Matthæum.

Cap. 1. LIber generatiónis Iesu Christi filii Dauid, filii Abrahám. Abraham génuit Isaac. Isaac autem génuit Iacob. Iacob autem génuit Iudã, & fratres eius. Iudas autem génuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem génuit Esrom. Esrom autem génuit Aram. Aram autem génuit Amínadab. Amínadab autem génuit Naáson. Naáson autem génuit Salmon. Salmon autem génuit Booz de Raab. Booz autem génuit Obeth ex Ruth. Obeth autem génuit Iesse. Iesse autem génuit Dauid regem. Dauid autem rex génuit Salomónem: ex ea, quæ fuit Vriæ. Sálomon autem génuit Robóam. Robóam autem génuit Abíam. Abías autem génuit Asa. Asa autem génuit Ió

saphat.

saphat. Iósaphat autem génuit Iorã. Ioram autem génuit Oziam. Ozías autem génuit Ióathan. Ióathan autem génuit Achaz. Achaz autem génuit Ezechíam. Ezechías autem génuit Manáſſen. Manaſſes autem génuit Amon. Amon autem génuit Iosíam. Iosías autem génuit Iechoníam, & fratres eius in tranſmigratiône Babylónis. Et poſt transmigratiônem Babylónis, Iechonías génuit Saláthiel. Saláthiel autem génuit Zorobábel. Zorobábel autem génuit Abiud. Abiud autem génuit Elíachim. Elíachim autem génuit Azor. Azor autem génuit Sadoc. Sadoc autem génuit Achim. Achim autem génuit Eliud. Eliud autem génuit Eleazar. Eleazar autem génuit Mathan. Mathan autem génuit Iacob. Iacob autem génuit Ioſeph virum Maríæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocâtur Chriſtus. C redo dicitur.

Offert. F elix namque es ſacra virgo María, & omni laude digníſsima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtítiæ, Chriſtus Deus noſter. Secreta.

VNigéniti tui, Dómine, nobis ſuccúrrat humánitas: vt qui natus de vírgine, matris integritátẽ non mínuit, ſed ſacráuit: in natiuitátis eius ſolénniis à noſtris nos píaculis éxuens: oblatiónem noſtram ſibi fáciat accéptam. Ieſus Chriſtus filius tuus Dóminus noſter. Qui tecum.

Præfatio de beata virgine. E t te in Natiuitáte. fo. 184.

Communio. B eáta víſcera Maríæ vírginis, quæ portauérunt æterni patris filium. Complenda.

SVmpſimus Dómine celebritátis sánnuæ votíua ſacraménta: præſta quæſumus: vt temporális vitæ nobis remédia præbeant & ætérnæ. Per Dóminum.

Infra Octauam Natiuitatis B. Mariæ dicitur Miſſa ſicut in die. K yrie ſemiduplex. Orationes tres. Secunda de S. Spiritu D eus qui corda: tertia E cclesiæ. Si de ſanctis occurrat commemoratio, pro tertia dicetur de Spiritu ſancto, niſi fuerit Dominica: tunc enim tertia Oratio erit de ſanctis. Proſa ſicut in die. Euangelium. L oquénte Ieſu ad turbas. fo. 52. & L iber generatiónis alternatim legi poterunt præterquàm Dominica die.

SANCTI GORGONII martyris. Introitus.

Die 9.



Lória & honôre coronâſti eum Dómine, & conſtituíſti eum ſuper ópera mánuum tuârum. Pſa. D ómine Dómin⁹ noſter, quàm admirábile eſt nomen tuum in vniuérſa terra! Ver. G lória.

Oratio.

SAnctus tuus Dómine Gorgónius ſua nos interceſsióne lætíficet: & pia fáciat ſolennitáte gaudêre. Per.

Léctio. I uſtus ſi morte. fo. 5. Grad. Poſuîſti Dómine. Allelúia. Ver. Beátus vir. Euange. S i quis vult venîre poſt me. fo. 7. Offerto. P oſuîſti Dómine. fo. 8. Secreta.

GRata tibi ſit Dómine noſtrę ſeruitútis oblátio: pro qua ſanctus Gorgónius martyr interuéntor éxiſtat. Per.

Comm. M agna eſt glória eius. fo. 8.

Complen-

Complenda.

FAmíliam tuam Deus ſuâuitas têrna contíngat & végetet: quę in mártyre tuo Gorgónio, Chriſti filii tui bono iugiter odóre paſcátur. Qui tecum viuit.

Die. 11.

SS. PROTI ET Hyacinthi martyrum.

Introitus.

Iudicant ſancti. In communi plurium martyrum. fol. 9.



Anctôrum mártyrum tuôrum Proti & Hyacinthi nos Dómine fóueat pretióſa conféſſio: & pia iúgiter intercéſſio tueátur. Per.

Lectio. Réddidit Deus. fo. 11.

Gradua. Exultábunt ſancti. Allelúia. Te mártyrum candidátus. Euangeliũ. Cùm perſequéntur vos. fo. 15.

Offert. Gloriabúntur in te. Secreta.

PRo ſanctôrum mártyrum tuôrũ Proti & Hyacínthi commemoratióne múnera tibi Dómine quę debémus exóluimus: pręſta quæſumus: vt remédium nobis perpétuæ ſalûtis operéntur. Per.

Comm. Quod dico vobis. fo. 17.

Complenda.

VTpercépta nos Dómine tua ſancta purificent: beatôrum mártyrum tuôrũ Proti & Hyacínthi quęſumus implóret orátio. Per.

Die. 13.

S. MAVRELII EPISCOPI & Confeſſoris. Oratio.

EXáudi Dómine preces. cum ſua Secre. & Complen. de Confeſſore & Pontifice. fo. 18.

IN EXALTATIONE Sanctæ Crucis

Matura ſeu prima Miſſa de martyribus.

SS. CORNELII ET Cypriani. Introitus.

Die 14.



Acerdótes Dei benedícite Dómino; ſancti & húmiles corde laudáte Deum. Pſal. Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino: laudáte & ſuperexaltâte eum in ſécula. Ver. Glória. Kyrie de alternántibus. Oratio.

INfirmitátem noſtram quæſumus Dómine propítius réſpice: & mala ómnia quæ iuſtè merêmur: ſanctôrum tuôrum Cornélii & Cypriáni interceſſióne auérte. Per.

Epiſtola. Expectátio iuſtôrum. In cõmuni plurium martyrum. fo. 10. Grad. Timéte Dóminum. Allelúia. Mirábilis Dóminus. Euange. Dicébat Ieſus turbis Iudæôrum & princípibus ſacerdôtum. Væ vobis. fo. 16. Non dicitur Credo niſi Dominica fuerit Offe. Lætámini in Dómino. fo. 17.

Secreta.

PLebis tuæ múnera Domine benígnus inténde: quæ maieſtâti tuæ pro ſanctôrum tuôrum Cornélii & Cypriáni ſolennitáte ſunt dicata. Per.

Commu. Iuſtorum ánimæ. fo. 17.

Complenda.

QVæſumus Dómine ſalutáribus repléti myſtériis: vt quorum ſolénnia celebrámus: eorum interceſſiónibus adiuuêmur. Per.

AD SVMMAM Miſſam.

Gal: 6. NOs autem gloriâri opórtet in cruce Dómini nostri Iesu Christi, in quo est salus vita & resurrectio nostra, per quē saluâti & liberâti sumus. Psal. Deus misereátur nostri & benedícat nobis, illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostri. Ver. Gloria. Oratio.

Psa. 66.

DEus qui nos hodiérna die exaltatiônis sanctæ crucis ánnua solennitáte lætíficas: præsta quæsumus: vt cuius mystérium in terra cognóuimus: eius redemptiônis præmia in cælo mereâmur. Per eundem.

Et fit commemoratio de Natiuitate B. Mariæ,

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Philippénses.

Cap 2. FRatres. Christus factus est pro nobis obédiens vsque ad mortem: mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltáuit illum: & donáuit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nómine Iesu omne genu flectâtur, cæléstium, terréstriū & infernórum. Et omnis lingua confiteâtur: quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei patris.

Phi. 2. Gradu. Christus factus est pro nobis obédiens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Ver. Propter quod & Deus exaltáuit illum: & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Allelúia, allelúia. Ver. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens póndera: quæ sola fuísti digna sustinére regem cælôrum, & Dóminum, Allelúia.

Prosa. Laudes Crucis. vt suprà in inuentione S. Crucis. fol. 344.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

IN illo témpore. Dixit Iesus turbis Iudæôrum. Nunc iudícium est mūdi: nunc princeps mundi huius eiiciétur foras. Et ego si exaltâtus fúero à terra, ómnia traham ad meípsum. Hoc autem dicébat, signíficans qua morte esset moritùrus. Respóndit ei turba. Nos audíuimus ex lege, quia Christus manet in ætérnum. Et quómodo tu dicis, opórtet exaltâri fíliū hóminis? Et quis est iste filius hóminis? Dixit ergo eis Iesus. Adhuc módicum, lumen in vobis est. Ambulâte dum lucem habétis: vt non ténebræ vos compræhéndant. Et qui ámbulat in ténebris, nescit quò vadat. Dum lucem habétis, crédite in lucē: vt filii lucis sitis. dicitur Credo. Cap 12.

Offert. Prótege Dómine plebem tuam per signum sanctæ crucis: ab ómnibus insídiis inimicôrum ómnium: vt tibi gratam exhibeâmus seruitûtem, & acceptábile tibi fiat sacrificium nostrum.

Secreta.

IEsu Christi Dómini nostri córpore & sánguine saginándi, per quem crucis est sanctificâtum vexíllū: quęsumus Dómine Deus noster: vt sicut illud adorâre merúimus: ita perénniter eius glóriæ salutâris potiâmur efféctu. Per eúndem Dóminum.

Præfatio. Qui salútem humáni géneris. fo. 191.

Comm. Per signum crucis de inimícis nostris líbera nos Deus noster.

Complenda.

REfécti cibo potuq́; cælésti: quęsumus omnípotens Deus: vt ab hóstium deféndas formídine: quos redemísti pretiôso sánguine filii tui Dómini nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit.

Die 15. In Octaua S. Mariæ virginis, omnia sicut in die cum Kyrie semiduplici.

Die 15.

SANCTI NICOMEDIS martyris. Introitus.

Iustus non conturbábitur. In communi vnius martyris. fo. 2. Oratio



Désto Dómine pópulo tuo: vt beáti Nicomedis mártyris tui mérita præclâra susc ípiens: ad impetrándam misericórdiam tuam semper eius patrocíniis adiuuêtur. Per Dóminum.

Lectio. Iustus si morte præoccupátus. fo. 5. Gradu. Dómine præuenîsti eũ. fo. Allelúia. Iustus non conturbábitur. fo. 6. Euang. Si quis vult venîre post me. fo. 7. Offerto. Iustus vt palma. fo. 8. Secreta.

SVscipe Dómine múnera propítius oblâta: quæ maiestáti tuæ beáti Nicomedis mártyris tui commén det orátio. Per D.

Commu. Qui vult venîre. fo. 8.

Complenda.

PVrificent nos Dómine sacramén ta quæ súmpsimus: & intercedénte beáto Nicomede mártyre tuo, à cunctis efficiant vítiis absolûtos. Per Dóminum.

Die 16.

S. EVFEMIÆ VIRGINIS & martyris. Introitus.

Vultum tuum. fo. 27. Oratio Omnípotens sempitérne Deus. cum sua Secre. & Complen. de communi virginis & martyris. fo. 27. Epistola. Confitébor tibi Dómine rex. Gradua. Specie tua. Allelúia. Hæc est virgo sapiens. Euange. Simile est regnum cælôrum decem virginib. fo. 30. Offert. Afferéntur regi. secundum. Comm. Simile est regnum cælorum:

Die 17.

S. LAMPERTI EPISCOPI & martyris. Introitus.

In virtúte. fo. 2. Oratio. Da quæsumus omnípotens Deus. cum sua Secre. & Complen. de vno mart. & pontifice. fo. 3. Epistola. Nemo mílitans. fo. 5. Gradua. Beátus vir. Allelúia. Lætábitur. Euang. Nisi granum fruménti. fo. 7. Offert. Iustus vt palma. Comm. Qui vult venîre post me.

Die 20.

IN VIGILIA SANCTI MATTHÆI apostoli. Introitus.

Ego autem sicut. In cõm. sanctorũ. fo. 1. Kyrie Quadragesimale. Oratio.



Aquæsumus omnípotens Deus: vt beáti Matthæi apóstoli tui & euangelístæ quem præuénimus veneránda solénnitas: & deuotiônem nobis áugeat, & salûtem. Per.

Epistola. Beátus vir qui in sapiéntia. in communi vnius martyris. fo. 4.

Gradu. Iustus vt palma. fo. 1.

Sequéntia sancti euangélii secundùm Lucam.

Die 21. Psa. 138.

INillo témpore. Vidit Iesus publicánum nómine Leui, sedéntem ad telónium: & ait illi. Séquere me. Et relíctis ómnibus, surgens secûtus est eum. Et fecit ei conuíuium magnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanôrum, & aliôrum qui cũ illis erant discumbéntes. Et murmurábant pharisæi & scribę eôrum, di-

céntes

céntes ad discípulos eius. Quare cũ publicánis & peccatóribus manducâtis & bíbitis? Et respóndens Iesus, dixit ad illos: Non egent, qui sani sũt médico sed qui malè habent. Non veni vocâre iustos, sed peccatôres ad pœniténtiam.

Offert. Glória & honôre coronásti eũ: & constituísti eum super ópera mánuũ tuârum Dómine. Secreta.

APostólicæ reueréntiæ culmen offérimus tibi sacris mystériis imbuéndum: præsta quæsumus Dómine: vt beáti Matthæi apóstoli tui & euangelístæ suffrágiis: cuius natalítia præímus: hæc plebs tua semper & sua vota deprómat: & desiderâta percípiat. Per Dóminum.

Communio. Magna est glória eius in salutári tuo; glóriam & magnum decórem impónes super eum Dómine.

Complenda.

SAncti Matthæi apóstoli tui & euangelístæ, quæsumus Dómine, supplicatiône placâtus: & véniam nobis tríbue: & remédia sempitérna concéde. Per.

IN FESTO S. MATTHÆI APOSTOLI & euangelistæ. Introitus.



Mihi autem nimis honoráti sunt ámici tui Deus: nimis cõfortâtus est principâtus eôrum. Psal. Dómine probâsti me & cognouísti me: tu cognouísti sessiónem meam. Ver. Glória. Oratio.

BEáti Matthæi apóstoli tui & euangelístæ, quæsumus Dómine, précibus adiuuêmur: vt quod possibílitas nostra non óbtinet: eius nobis intercessiône donêtur. Per.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephesios.

FRatres. Vnicuíque nostrum data est grátia secúndum mensúram donatiónis Christi. Propter quod dicit: Ascéndens in altum, captíuam duxit captiuitâtem: dedit dona homínibus. Quod autem ascéndit: quid est, nisi quia & descéndit primùm, in inferiôres partes terræ? Qui descéndit: ipse est & qui ascéndit super omnes cælos, vt adimplêret ómnia. Et ipse dedit quosdam quidem apóstolos, quosdam autem prophétas, álios verò euangelístas, álios autem pastôres, & doctôres ad consummatiônẽ sanctôrum, in opus ministérii, in ædificatiônem córporis Christi: donec occurrâmus omnes in vnitátem fídei & agnitiônis fílii Dei, in virum perféctum, in mensúram ætátis plenitúdinis Christi Dómini nostri. Cap 4.

Gradu. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus: nimis confortâtus est principâtus eorum. Ver. Dinumerábo eos: & super arénam multiplicabûntur. Allelúia. Ver. In omnem terram exîuit sonus eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum. Allelúia. Prosa. Psa. 138. Psa. 18.

In omnem terram exîuit sonus eôrum.
Et in fines orbis terræ, verba eôrum.
Quam speciósi pedes euangelizántium bona, prædicántium pacem.
Sánguine Christi redémptis, ita dicéntium: Sion regnábit Deus tuus.
Cui verbo sécula fecit, quod pro nobis verbum caro factum est in fine seculorum.
Hoc verbum quod prædicámus, Christum crucifíxum: qui viuit & regnat

Deus in cælis.

Hi sunt cæli, in quibus Christe hábi[illegible]s: in quorum verbis tonas, fúlguras i[illegible]gnis, roras grátiam.

His dixísti: roráte cæli désuper, & nubes pluant iustum, aperiátur terra gérminans.

Germen iustum súscitet terra nostra: quam apostólicis verbis serens germináre fácias,

Quorum verbis verbum patris tenéntes, in patiéntia fructum ferre fac nos tibi Dómine.

Hi sunt cæli, quos magni consílii ángelus inhábitas: quos non seruos, sed amícos appéllas: quibus ómnia, quæ audísti à patre, notíficas.

In quorum solennitáte colléctum gregem custódias indiuísum: & in vínculo pacis vnum, vt in te vnum simus, sicut in patre tu es vnus.

Miserêre nostri tu, qui hábitas rex in cœlis.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Matthæum.

Cap 9. IN illo témpore. Vidit Iesus hóminem sedéntem in telónio, Matthęum nómine: & ait illi. Séquere me. Et surgens, secùtus est eum. Et factũ est: discumbénte eo in dòmo, ecce multi publicáni & peccatôres veniéntes, discumbébant cum Iesu & discípulis eius. Et vidéntes phariſæi, dicébant discípulis eius. Quare cũ publicânis & peccatóribus manducat magíster vester? At Iesus aúdiens, ait. Nõ est opus valéntibus médicus, sed male habéntibus. Eúntes autem díscite, quid est, Misericórdiam volo, & non sacrifícium. Non enim veni vocâre iustos, sed peccatôres. dicitur Credo.

Offert. In omnem terram exîuit sonus eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum. Pſa. 18. Secreta.

SVpplicatiónibus apostólicis beáti Matthæi euangelístæ, quæsumus Dómine, eccléſiæ tuæ commendétur oblátio: cuius magníficis prędicatiónibus erudîtur. Per. Præfatio de Apostolis. fol 174.

Commu. Ego vos elégi de mundo: vt eâtis, & fructum afferâtis, & fructus vester máneat. Ioã 15. Complenda.

PErcéptis, Dómine, sacraméntis beáto Matthæo apóstolo tuo & euangelísta interueniénte deprecâmur: vt quæ pro eius celebráta sunt glória: nobis proficiant ad medélã. Per Dóminum.

S. MAVRITII ET SOCIORUM eius martyrum. Introitus.

Die 22.



Alus autem iustôrum à Dómino: & protéctor eôrũ est in témpore tribulatiônis. Psal. Noli æmulari in malignãtib. neq; zeláueris faciẽtẽ iniquitátẽ. Ver. Glória. Pſa. 36. Oratio.

ANnue, quæsumus omnípotens Deus: vt nos sanctôrum mártyrum tuôrum Maurítii, Exupéri, Cãdidi, Victóris, Innocéntii, & Vitâlis, ac sociôrum eorúndem lætificet festíua solénnitas: vt quorum suffrágiis innitimur: natalítiis gloriémur. P. Epistola. Sancti per fidem. fo. 12.

Gradu. Glorióſus Deus in sanctis suis: mirábilis in maiestáte, fáciens prodígia: Ver. Déxtera tua Dómine glorificâta est in virtûte: déxtera manus tua confrégit inimícum. Allelúia. Ver. Sancti Exo. 15. Pſa. 32.

& iusti

& iusti in Dómino gaudête: vos elégit Deus in hæreditátem sibi. Allelúia: Euange. Descéndens Iesus de monte fo.14. Offert. Mirábilis in sanctis suis, Deus Israël: ipse dabit virtûtem, & fortitûdinem plebi suæ: benedíctus Deus. Allelúia. Secreta.

REspice, quæsumus Dómine, múnera quæ in sanctôrum mártyrum tuôrum Maurítii & sociôrum eius commemoratióne deférimus: & præsta: vt quorum honóre sunt grata: eôrum nobis fiant intercessióne perpétua. Per.

Communio. Posuêrunt mortália seruôrum tuôrum Dómine escas volatílibus cæli, carnes sanctórum tuorum béstiis terræ: secúndùm magnitúdinẽ bráchii tui pósside filios morte punitórum.

Complenda.

CAEléstibus refécti sacraméntis & gáudiis: súpplices te rogámus Dómine: vt quorum gloriámur triúmphis: protegâmur auxíliis. Per.

S. THECLÆ VIRGINIS & martyris. Introitus.

Cognóui Dómine. In communi Virginum. fo. 27. Oratio.

DA, quæsumus, omnípotens Deus: vt qui beátæ Theclæ vírginis & mártyris tuæ natalítia cólimus: & ánnua solennitâte lætémur: & tantæ fídei profíciâmus exémplo. Per Dóminum.

Epistola Dómine Deus meus. fo. 29. Gradu. Dilexísti. Allelúia. Veni elécta. Euange. Símile est regnum cælorum thesáuro. fo. 31. Offert. Fíliæ regum.

Secreta.

SVscipe, Dómine, múnera: quæ in beátæ Theclæ vírginis & mártyris tuæ solennitâte deférimus: cuius nos confídimus patrocínio liberâri. Per.

Communio. Confundántur. fol.32.

Complenda.

AVxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: & intercedénte beáta Thecla vírgine & mártyre tua: sempitérna fáciant protectióne gaudére. Per.

S. CLEOPHÆ DISCIPVLI Domini & martyris. Introitus.

Lætábitur iustus. In communi vnius martyris. fo. 2. Oratio.



EÁti Cleóphæ mártyris tui atque discípuli, quæsumus Dómine, supplicatióne placâtus: & véniam nobis tríbue: & remédia sempitérna concéde. Per.

Epistola. Beátus homo qui inuénit sapiéntiam. Gradu. Beátus vir qui timet Dóminum, in mandátis eius cupit nimis. Ver. Potens in terra erit semen eius: generátio rectôrum benedicêtur. Allelúia. Ver. Nonné cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum nobis loquerêtur in via. Allelúia. Euange. Duo ex discípulis Iesu. Require feria íj. paschale. fo. 225.

Offert. Glória & honôre coronásti eũ: & constituísti eum super ópera mánuum tuârum Dómine. Secreta.

BEáti mártyris tui Cleóphæ, quæsumus Dómine, précibus adiuuêmur: & eius dignè solénnia

celebrántes: tuo nómini fac esse deuôtos. Per.

Communio. Posuísti Dómine in cápite eius corônam de lápide pretióso.

Complenda.

MVnéribus nostris, quæsumus Dómine, precibusq; suscéptis: & cæléstibus nos munda mystériis: & per intercessiónem beáti Cleóphæ mártyris tui cleménter exáudi. Per Dóminum nostrum.

Die 26.

SS. CYPRIANI ET Iustinę martyrum. Introitus.

SAlus autem iustorum. In communi plurium martyrum. fo. 9.

Oratio.

BEatôrum mártyrũ tuôrum Cypriáni & Iustínæ nos, Dómine, fóueant continuâta præsídia: quia non désinis propítius intuêri: quos tálibus auxíliis concesseris adiuuâri. Per.

Epistola. Rememorámini. fo. 11.

Gradu. Iustôrum ánimæ. Allelúia. Iudicábunt sancti. Euange. Sedente Iesu. fo. 16. Offert. Anima nostra. ibidẽ.

Secreta.

MVnera tibi, Dómine, nostrę deuotiónis offérimus: quæ & pro tuôrum tibi grata sint honôre iustórum: & nobis salutária te miseránte reddántur. Per Dóminum.

Commu. Quod dico vobis. Ibidem.

Complenda.

PRæsta nobis, quæsumus Dómine, intercedẽtibus sanctis tuis Cypriáno & Iustína: vt quæ ore contíngimus: pura mente capiâmus. Per D.

SS. COSMÆ ET DAMIANI martyrum.

Die 27.

Introitus.

SApiéntiam sanctôrum narrant pópuli: & laudem eôrum núnciet ecclésia: nómina autem eôrum viuent in séculũ seculi. Eccl 44. Psal. Exultáte iusti in Dómino: rectos decet collaudátio. Psa. 32. Ver. Glória.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt qui sanctôrum mártyrum tuôrum Cosmæ & Damiáni natalítia cólimus: à cunctis malis imminéntibus eôrum intercessiónibus liberêmur. Per.

Epistola. Lingua sapiéntum. fo. 10.

Gradu. Clamauêrunt iusti, & Dóminus exaudíuit eos: & ex ómnibus tribulatiónibus eôrum liberâuit eos. Psa. 33. Ver. Iuxta est Dóminus his qui tribuláto sunt corde, & húmiles spíritu saluábit. Allelúia: Ver. Exultábunt sancti in Glória, lætabúntur in cubílibus suis. Allelúia. Psa. 149. Prosa. Obeáta beatôrum. fo. 13. Euang. Videns Iesus turbas. fo. 14.

Offerto. Gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum: quóniam tu Dómine benedíces iustis: Dómine, vt scuto bonæ voluntátis tuæ coronâsti eos. Psa. 5.

Secreta.

SAnctôrum tuôrum nobis Dómine pia non desit orátio: quæ & múnera nostra concíliet: & tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per.

Communio. Posuêrunt mortália seruôrum tuôrum Dómine escas volatílibus cæli, carnes sanctôrum tuôrum béstiis terræ; secúndùm magnitúdinẽ brachij tui, pósside filios morte punitórum. Psa. 78.

Die. 29.

Complenda.

PRótegat, Dómine quæsumus, pópulum

pulum tuum: & participátio cæléstis indúlta conuíuii & deprecátio collâta sanctôrum. Per.

Die 28.

S. VENCESLAI DVCIS Boemiæ martyris.

Introitus.

In virtúte tua. De cõmuni vnius martyris. fo. 2.

Oratio.



Eus qui beáti Venceslái nobilitâtem in meliórem commutâsti dignitátẽ: & pro martyrij palmam ad cæléstẽ perduxísti glóriam: eius nos précibus quæsumus, ab omni aduersitáte líbera: & ætérnæ beatitúdinis concéde pérfrui glória. Per.

Epistola. Beátus vir qui inuéntus est sine mácula. fo. 4. Gradu. Posuísti Domine. Allelúia. Lætábitur iustus.

Euange. Nolîte arbitrári. fo. 8. Offer Glória & honôre. Ibidem.

Secreta.

MVnéribus nostris, quæsumus Dómine, precibusq; súscéptis: intercedénte beáto Vencesláo mártyre tuo: & cæléstibus nos munda mystériis: & cleménter exáudi. Per.

Comm. Magna est glória. Ibidem.

Complenda.

QVæsumus, omnípotens Deus: vt qui aliménta cæléstia percepímus: intercedénte beáto Vencesláo mártyre tuo: per hæc contra ómnia aduérsa muniámur. Per.

Pfa. 102.

Cap 1.

Pfa. 102.

Die. 29.

IN FESTO S. MICHAELIS Archangeli.

Introitus.



Enedícite Dóminum omnes ángeli eius: poténtes virtûte, qui fácitis verbum eius, ad audiéndã vocem sermónũ eius. Psal. Benedic ánima mea Dómino: & ómnia quæ intra me sunt nómini sancto eius. Ver. Glória. Oratio

Oratio.

DEus qui miro órdine angelórũ minístéria hominumq; dispénsas: concéde propítius: vt quibus tibi minístrántibus in cælo semper assístitur: ab his in terra vita nostra muniâtur. Per.

Léctio libri Apocalypsis beáti Ioannis Apóstoli.

IN diébus illis. Significáuit Deus quæ opórtet fíeri citò, loquens per ángelum suum seruo suo Ioánni: qui testimónium perhíbuit verbo Dei, & testimónium Iesu Christi, quæcunq; vidit. Beátus, qui legit, & qui audit verba prophetíæ huius: & seruat ea, quæ in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Ioánnes septem eccléssiis, quæ sunt in Asia, grátia vobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui ventûrus est: & à septem spirítibus, qui in cõspéctu throni eius sunt: & à Iesu Christo, qui est testis fidélis, primogénitus mortuôrum, & princeps regum terræ: qui diléxit nos; & lauit nos à peccâtis nostris in sánguine suo.

Gradu. Benedícite Dóminum omnes ángeli eius, poténtes virtûte, qui fâcitis verbum eius. Ver. Benedic ánima mea Dóminum, & ómnia interióra mea nomen sanctum eius. Allelúia. Ver. Cõcûssum est mare, & contrémuit terra.

vbi Archángelus Michaël descendébat de cælo. Allelúia. Prosa.

SVmmi regis archángele Michaël, intende, quæsumus, nostris vócibus.

Tu Deum óbsecra pro nobis, vt mittat auxílium míseris.

Te namque profitémur esse supernôrũ príncipem cíuium.

Principális est potéstas à Dómino tibi data, peccántes saluificâre ánimas.

Idem tenes perpétui poténtiam paradysi: omnes ciues te honôrant súperi.

Tu in templo Dei thuríbulum áureum visus es habuísse mánibus.

Inde scandens vapor aromáte plúrimo péruenit ante conspéctum Dei.

Quando cum dracóne magno commisísti prælium, fáucibus illíus ánimas eruîsti plúrimas.

Hinc máximum agebâtur in cælo siléntium: míllia míllium dicébant: Salus regi Dómino.

Audi nos Michaël ángele summe; tu parum descénde de poli sede, nobis feréndo opem Dómini, atque leuámen indulgéntiæ.

Tu nostros Gábriel hostes prostérne: tu Raphaël ægris affer medélam: morbos abstérge, noxas dílue, nósq; fac interésse gáudiis beatôrum.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Matthæum.

Cap 18. IN illo témpore. Accessêrunt discípuli ad Iesum, dicéntes. Quis putas maior est in regno cælôrum? Et aduocans Iesus paruulum, státuit eum in médio eôrum, & dixit. Amen dico vobis: nisi conuérsi fuéritis, & efficiámini sicut páruuli: non intrábitis in regnum cælôrum. Quicúnque ergo humiliáuerit se, sicut páruulus iste: hic maior est in regno cælôrum. Et qui suscéperit vnum páruulum talem in nómine meo: me súscipit. Qui autem scandalizáuerit vnum de pusíllis istis, qui in me credunt: éxpedit ei, vt suspẽdâtur mola asinária in collo eius, & demergâtur in profúndum maris. Væ mundo à scándalis. Necésse est enim vt véniant scándala: verùmtámen væ hómini illi per quem scándalũ venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalízat te: abscínde eũ, & proiice abs te. Bonũ est tibi ad vitam íngredi débilem vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habéntem mitti in ignem ætérnum. Et, si óculus tuus scandalízat te: érue eum, & proiice abs te. Bonum est tibi cum vno óculo in vitam intrâre, quàm duos óculos habéntem mitti in gehénnam ignis. Vidête ne contemnátis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis: quia ángeli eôrum in cælis, semper vident fáciem patris mei qui in cælis est. Credo dicitur.

Offerto. Stetit ángelus iuxta aram tẽpli, habens thuríbulum áureum in manu sua: & data sunt ei incénsa multa: & ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dei allelúia. Apo 8. Psal 36. Secreta.

HOstias tibi Dómine laudis offérimus supplíciter exorántes: vt eásdem angélico pro nobis intercedénte suffrágio: & placâtus accípias: & ad salùtem nostram prouenîre cõcédas. Per.

Præfatio communis. fo. 171.

Communio. Benedícite omnes ángeli Dómini Dóminum: hymnum dícite: & superexaltáte eum in sécula. Dan 3. Psal 20.

Complenda.

BEáti archángeli tui Michaëlis intercessiône suffúlti: súpplices te Dómi-

te Dómine, deprecámur: vt quod honôre proſequimur, contingámus & mente. Per Dóminum.

Die 13.

IN FESTO SANCTI HIERONYMI Presbyteri & Confeſſoris.

Introitus.



S iuſti meditábitur ſapiéntiam, & lingua eius loquétur iudícium: lex Dei eius, in corde ipſius. Pſal. 36. N oli æmulári in malignántibus: neque zeláueris faciéntes iniquitátem. Ver. G lória.

Oratio.

DEus qui beátum Hierónymũ confeſſôrem tuum, luce ſapiéntiæ & óperum executióne illuſtrâſti: da nobis, quæſumus, eius dicta recte intellígere: & intellécta opéribus adimplére. Per.

Epiſtola. I uſtus cor ſuum tradet. de v no martyre. fo. 5.

Apo 8.

Pſal 36. Gradu. O s iuſti meditábitur ſapiéntiam: & lingua eius loquêtur iudícium. Ver. L ex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabúntur greſſus eius. Allelúia. Ver. I ſte eſt, qui ante Deum magnas virtûtes operâtus eſt: & omnis terra doctrína repléta eſt. Allelúia. Proſa. A d laudes Saluatôris. De Confeſſore non Pontifice. fo. 23. Euange. V os eſtis ſal terræ. fo. 25. C redo dicitur.

Dan 3.

Pſal 20. Offerto. D eſidérium ánimę eius tribuíſti ei Dómine, & voluntáte labiôrũ eius non fraudáſti eũ: poſuîſti in cápite eius corónam de lápide pretióſo. Secreta.

DOnis cęléſtibus, quæſumus Dómine, líbera nos tríbue mente inſeruîre: vt múnera quæ deférimus intercedénte beáto Hierónymo confeſſôre tuo: & medélam nobis operéntur & glóriam. Per.

Communio. F idélis ſeruus, & prudẽs; quem conſtítuit Dóminus ſuper famíliam ſuam; vt dèt illis in témpore trítici mensûram. Mat 24. Complenda.

REpléti alimónia cæléſti, quæſumus Dómine: vt interueniénte beáto Hierónymo confeſſôre tuo: miſericórdiæ tuæ grátiam cónſequi mereâmur. Per Dóminum.

FESTA OCTOBRIS.

Die 1.

S. REMIGII EPISCOPI & Confeſſoris. Introitus.

S tatuit ei Dóminus. De communi Confeſſorum Pontificũ. fo. 17. Oratio. D eus qui pópulo tuo. cum ſua Secre. & Complen. De communi. fo. 18. Epiſtola. E cce ſacérdos. Gradu. E cce ſacérdos magnus. fo. 20. A llelúia. I urá uit Dóminus. Euange. H omo quidã péregrè. fo. 24. Offerto. I nuéni Dauid. Comm. B eátus ſeruus.

SS. GERMANI ET VEDASTI Epiſco. memor. Oratio.

C oncéde quęſumus omnípotens. cum ſua Secreta & Complen. De communi. fo. 19.

S. LEODEGARII EPISCOPI & martyris. Introitus.

Die 2.

I uſtus non conturbábitur. In communi vnius martyris. fo. 2. Oratio.



Ætétur Eccléſia tua, Deus, beáti Leodegárij mártyris tui, atq. Pontíficis confíſa ſuffrágijs: atq. eius précibus glo-

riòsis:& deuóta permáneat:& secûra cõsistat. Per. cum sua Secre. & Complen. de vno martyre non ponti. fo. 4. Gradu. Posuísti. Allelúia. Iste sanctus dignè. Offerto. In virtûte. Commu. Lætábitur. Cætera de communi. fo. 5.

S. FRANCISCI Confessoris. Introitus.

Die 4.

Psa. 36.



OS iusti meditábitur sapiéntiã, & lingua eius loquêtur iudícium: lex Dei eius in corde ipsius. Psa. Noli æmulári in malignántibus: neque zeláueris faciéntes iniquitátem. Ver. Glória. Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Francísci méritis, fœtu nouæ prolis amplíficas: tríbue, quæsumus, nobis: ex eius imitatiône terréna despícere: & cæléstium donôrum semper participatiône gaudêre. Per.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Galatas.

Cap 6.

FRatres. Mihi autem absit gloriâri, nisi in cruce Dómini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifíxus est & ego mundo. In Christo enim Iesu, neque circumcísio áliquid valet, neque præpútium: sed noua creatûra. Et quicúnque hanc régulam secûti fúerint: pax super illos, & misericórdia, & super Israël Dei. De cætero nemo mihi moléstus sit. Ego enim stígmata Dómini Iesu in córpore meo porto. Grátia Dómini nostri Iesu Christi, cum spíritu vestro fratres. Amen.

Psa. 36.

Gradu. Os iusti meditábitur sapiéntiam: & lingua eius loquêtur iudícium. Ver. Lex Dei eius in corde ipsíus: & non supplantabúntur gressus eius. Allelúia. Ver. Iustus germinábit sicut lílium, & florébit in ætérnum ante Dóminum. Allelúia. Prosa. Ad laudes Saluatoris. de Confess. non Ponti. fo. 23. Euange. Confiteor tibi pater. Require Matthiæ Apostoli. fo. 332.

Os. 14.

Offerto. Desidériũ ánimæ eius tribuísti ei Dómine, & voluntáte labiôrum eius non fraudâsti eum: posuísti in cápite eius corónam de lápide pretióso.

Psa. 20.

Secreta.

MVnera tibi, Dómine, dicâta sanctífica: & intercedénte beáto Francísco: ab omni nos culpârum labe purífica. Per.

Communio. Fidélis seruus, & prudẽs, quem constítuit Dóminus super famíliam suam; vt det illis in témpore trítici mensûram. Complenda.

Mat 24.

ECclésiam tuam, quæsumus Dómine, grátia cæléstis amplíficet: quam beáti Francísci illuminâre voluísti gloriósis méritis & exémplis. P.

S. FIDIS VIRGINIS Commemoratio. Oratio.

Die 6.

Exáudi nos. cum sua Secre. & Complenda de virgine & non mart. fo. 28.

S. MARCI PAPÆ ET Confessoris. Introitus.

Die 7.

Sacerdotes tui Dómine. In communi confess. fol. 17. Oratio.



EXáudi Dómine preces nostras: & intercedénte beáto Marco confessôre tuo atq; pontífice: supplicatiónes nostras placâtus inténde. Per.

Epistola. Ecce sacérdos magnus.

Grad.

Grad. Inuéni Dauid. Allelúia. Dispósui testaméntum. Euange. Homo qui dã nóbilis ábiit. Offerto. Véritas mea. Secreta. Accépta tibi sit Dómine, de communi. fo. 18. Comm. Beátus seruus. Complen. Da, quæsumus, Dñe. de communi Confessorũ Episco. fo. 18.

SS. SERGII, BACCHI, Marcelli, & Apuleii commemo.

Oratio.



Anctôrum mártyrũ tuôrum nos Dómine Sérgii, Bacchi, Marcélli, & Apúleii beâta mérita prosequántur: & tuo semper fáciant amôre feruéntes. Per.

Secreta.

MAiestátem tuam nobis, Dómine quæsumus, hæc hóstia reddat immolánda placátam: tuôrum digna postulatióne sanctôrum. Per.

Complenda.

SAcraméntis, Dómine, muniâmur accéptis, & sanctôrum mártyrum tuôrum Sérgii, Bacchi, Marcélli, & Apuléii intercessióne: contra omnes nequítias irruéntes armis cæléstibus protegâmur. Per.

SS. DIONYSII ET sociorum eius martyrũ.

Die 9.

Introitus.

Pſa. 78.



Ntret in conspéctu tuo Dómine gémitus compeditôrum: redde vicínis nostris séptuplum, in sinu eôrum: víndica sánguinem sanctôrum tuôrum, qui effûsus est. Psal. Deus venêrunt gentes in hæreditátem tuam: polluêrunt templũ sanctum tuum: posuêrunt Ierúsalem in pomôrum custódiam. Ver. Glória.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die beátum Dionysium mártyrem tuum atque pontíficem virtûte constántiæ in passióne roborâsti: quíque illi ad prædicándum géntibus glóriam tuam: Rusticum & Eleutérium sociâre dignâtus es: tríbue nobis, quæsumus: eôrũ imitatióne pro amôre tuo próspera mundi despícere: & nulla eius aduérsa formidâre. Per Dóminum.

Léctio Actuum Apostolôrum.

IN diébus illis. Stans Paulus in médio Areópagi, ait. Viri Athenienses, per ómnia quasi superstitiôsos vos vídeo. Prętériẽs enim & vidẽs simulácra vestra, inuéni & aram, in qua scriptũ erat, Ignóto Deo. Quod ergo ignorántes cólitis, hoc ego annúntio vobis. Deus qui fecit mundum, & ómnia, quæ in eo sunt, hic cæli & terræ cùm sit Dóminus, non in manufáctis templis hábitat, nec mánibus humánis cólitur, índigens áliquo, cùm ipse det ómnibus vitam & inspiratiônem & ómnia: fecitque ex vno omne genus hóminum inhabitâre super vniuérsam fáciem terræ, defíniens statûta témpora, & términos habitatiônis eôrum, quærere Deum, si fortè attréctent eum, aut inuéniant, quamùis non longè sit ab vnoquóque nostrum. In ipso enim víuimus, & mouémur, & sumus, sicut & quidam vestrôrum poetârum dixêrunt: Ipsius enim & genus sumus. Genus ergo cùm simus Dei, non debémus æstimâre auro & argénto, aut lápidi, sculptûræ artis, & cogitatiónis hóminis, Cap 17.

diuínum

diuínum esse símile. Et témpora quidem huius ignorántiæ despíciens Deus, nunc annúntiat homínibus, vt omnes vbique pœniténtiam agant: eò quòd státuit diem, in quo iudicatûrus est orbem in æquitâte in viro, in quo státuit, fidem præbens ómnibus súscitans eum à mórtuis. Cùm audíssent autem resurrectiónem mortuôrum, quidam quidẽ irridébant, quidam verò dixêrunt. Audiémus te de hoc íterum. Sic Paulus exíuit de médio eôrum. Quidam verò viri adhæréntes ei, credidêrunt: in quibus & Dionysius Areopagíta, & múlier nómine Damaris, & alii cum eis.

Exo 15 **Gradu.** Glorióſus Deus in sanctis suis: mirábilis in maiestáte, fáciens prodígia. **Ver.** Déxtera tua Dómine glorificâta est in virtûte: déxtera manus tua confrégit inimícos. **Alleluia. Ver.** Iudicábunt sancti natiónes, & dominabúntur pópulis: & regnábit illôrum rex in ætérnum. Allelúia. **Prosa.** O beáta beatôrũ

Sap 3. **Euange.** Descéndens Iesus de monte. **Offerto.** Lætámini in Dómino, & exultâte iusti: & gloriámini omnes recti corde.

Psa. 31. **Secreta.**

HOstia hæc, quæsumus Dómine, quam sanctôrum mártyrũ Dionysii, Rústici, & Eleuthérii natalítia recenséntes offérimus: & víncula nostræ prauitátis absóluat: & tuæ nobis dona misericórdiæ concíliet. Per Dóminum.

Luc 6. **Communio.** Multitûdo languéntium, & qui vexabántur à spirítibus immúndis, veniébant ad eum: quia virtus de illo exíbat, & sanábat omnes.

Complenda.

QVæsumus omnípotens Deus: vt qui cęléstia aliménta percépimus: intercedéntibus sanctis tuis Dionysio, Rústico & Eleuthério: per hæc contra ómnia aduérsa muniâmur. Per.

S. CALIXTI PAPÆ & martyris. Introitus.

Die 14.

In virtûte tua. In communi vnius martyris. fo. 2. **Oratio.**

DEus, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte deficere: ad amórem tuum nos misericórditer per sanctôrum tuôrum exémpla restáura. Per.

Epistola. Beátus vir qui in sapiéntia. fo. 4. **Gradu.** Dómine præuenîsti. **Alleluia.** Iste sanctus. **Euange.** Si quis venit ad me. fo. 7. **Offerto.** Glória & honóre. Ibidem. **Secreta.**

MYstica nobis, Dómine, prosit oblátio: quæ nos & à reátibus nostris expédiat: & perpétua saluatióne confírmet. Per Dóminum.

Comm. Posuísti. Ibidem. **Complen.**

QVæsumus omnípotens Deus: vt reátum nostrum múnera sacra purificent: & rectè viuéndi nobis operéntur efféctum. Per Dñum.

S. HEDVIGIS VIDVÆ Introitus.

Die 15.

Dilexísti. de Virginibus. fo. 27. **Oratio.**

DEus grátiæ dator & glóriæ: tuæ nobis propítius sinum áperi pietátis: & præsta: vt qui manéntem ciuitátem hîc non habémus: ad futûram quã quærimus: beátæ Heduígis interueniénte suffra-

te suffrágio perducâmur. Per.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Pro. 31. MVlíerem fortem quis inuéniet? Procul, & de vltimis fínibus prétium eius. Confídit in ea cor viri sui: & spóliis non indigébit. Reddet ei bonum, & non malum, ómnibus diébus vitæ suæ. Quæsiuit lanam & linum: & operâta est cõsílio mánuũ suârum. Facta est quasi nauis institôris de longè portans panem suum. Et de nocte surréxit, deditque prædam domésticis suis: & cibaria ancíllis suis. Considerâuit agrum, & emit eum: de fructu mánuum suârum plantâuit víneam. Accínxit fortitúdine lũbos suos: & roborâuit bráchium suum. Gustáuit & vidit, quia bona est negotiátio eius: non extinguétur in nocte lucérna eius. Manũ suam misit ad fórtia: & dígiti eius apprehendêrunt fusum. Manum suam apéruit inópi: & palmas suas exténdit ad páuperem. Non timébit dómui suæ à frigóribus niuis: omnes enim domésticí eius vestíti sunt duplícibus. Stragulátam vestem fecit sibi, byssus & púrpura induméntum eius. Nóbilis in portis vir eius, quando séderit cum senatóribus terræ. Sindonem fecit & véndidit, & cíngulum trádidit Chananæo. Fortitúdo & decor indumén tum eius, & ridébit in die nouíssimo. Os suum apéruit sapiéntiæ: & lex cle méntiæ in lingua eius. Considerâuit sémitas domus suæ: & panem otiósa non cómedit. Surrexêrunt filii eius, & beatíssimam prædicauêrunt: vir eius, & laudâuit eam. Multæ fílię congregauêrunt diuítias: tu supergréssa es vniuérsas. Fallax grátia, & vana pulchritûdo: múlier timens Dóminum ipsa laudábitur. Date ei de fructu manuum suârum: & laudent eam in portis ópera eius.

Gradu. Audi filia. Allelúia. Egrégia. de virginibus.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Marcum.

Cap 12. IN illo témpore. Sedens Iesus contra gazophilácium, aspiciébat, quómodo turba iactâret æs in gazophilácium: & multi díuites iactabant multa. Cùm veníssset autem vna vídua pauper, misit duo minuta, quod est quadrans. Et cónuocans discípulos suos, ait illis. Amen dico vobis: quóniam vidua hæc pauper, plus ómnibus misit, qui misêrunt in gazophilacium. Omnes enim ex eo, quod abundábat illis, misêrunt: hæc verò de penúria sua ómnia quæ hábuit misit, totum victum suum.

Offerto. Filiæ regum. Secreta.

MVnera Dómine nostræ deuotiónis offérimus: & tibi grata & nobis salutâria: beátæ Heduígis pia supplicatióne reddántur. Per.

Comm. Diffûsa est. de virgini.

Complenda.

QVæsumus omnípotens Deus: vt quos salutáribus dignâtus es erudíre mystériis: beátæ Heduígis intercéssio gloriôsa cæléstibus refíciat aliméntis. Per.

S. GALLI CONFESSORIS commemoratio. Oratio.

Die 16.



DEus fidélium remunerátor animàrum: præsta quæsumus: vt beáti Galli confessôris tui, cuius venerándam solennitátem cólimus: précibus indulgen

tiam

tiam consequâmur. Per Dóminum.

Secreta.

LAudis tibi, Dómine, hóstias immolâmus, in tuôrum commemoratióne sanctôrum: quibus nos & præséntibus éxui malis cõfídimus & futûris. Per D.

Complen.

REfécti cibo potúq; cæléstí, Deus noster, te súpplices exorâmus: vt in cuius hæc commemoratiône percépimus, eius muniâmur & précibus. Per Dóminum.

IN FESTO S. LVCÆ

Die 18.

Euangelistæ. Introitus.

Ecc 15.

IN médio Eccléſię apéruit os eius; & impléuit eum Dóminus ſpíritu ſapiéntiæ, & intelléctus: ſtola glóriæ índuit eũ.

Psal. IOcunditátẽ & exultatiônẽ: thesaurizáuit ſuper eũ. Ver. Gloria. Oratio.

INteruéniat pro nobis, quæsumus Dómine, sanctus tuus Lucas euangelísta: qui crucis mortificatiônem iúgiter in suo córpore pro tui nóminis honôre portáuit. Per.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

2. Cap 8.

FRatres. Grátias ago Deo, qui dedit eándem solicitúdinem pro vobis in corde Titi; quòniam exhortatiónem quidem suscépit: sed cum solícitior esset, sua voluntâte profécius est ad vos. Misimus étiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in euangélio per omnes eccléſias. Non solùm autem: sed & ordinátus est ab eccléſiis comes peregrinatiónis nostræ, in hanc grátiam, quæ ministrátur á nobis ad Dómini glóriam, & destinâtam voluntâtem nostram. Deuitántes hoc, ne quis nos vitúperet in hac plenitúdine, quæ ministrâtur á nobis in Dómini glóriam. Prouidémus enim bona: non solùm coram Deo, sed étiam coram homínibus. Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probáuimus in multis sæpè solícitum esse: nunc autẽ multò solicitiôrẽ, confidéntia multa in vos: siue pro Tito, qui est sócius meus, & in vobis auditor: siue fratres nostri, apóstoli eccleſiârum, glória Christi. Ostensiónem ergo, quæ est charitâtis vestræ, & nostræ glórię pro vobis, in illos osténdite in fácie eccleſiârum.

Psa. 20.

Grad. OS iusti meditábitur sapiéntiã: & lingua eius loquétur iudíciũ. Ver. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabúntur gressus eius. Allelúia. Ver. Primus ad Sion dicet: ecce adsum: & Ierúsalem euangelístam dabo. Allelúia.

Psa. 36.

Prosa. In omnem terram. Require in festo S. Matthæi. fo. 397

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

Cap 10.

IN illo témpore. Designáuit Dóminus & álios septuagínta duos: & misit illos binos ante fáciem suam, in omnem ciuitátem & locum, quò erat ipse ventûrus. Et dicébat illis. Messis quidem multa: operárii autẽ pauci. Rogâte ergo Dóminum messis, vt mittat operários in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portâre sáculum, neque peram, neque calceaménta: & néminem per viam salutauéritis. In quamcúnque domum intrauéritis: primùm dícite, Pax huic domui. Et si ibi fúerit fílius pacis, requiéscet super illum pax vestra: sin

autem, ad vos reuertétur. In eádem autem domo manéte: edéntes,& bibéntes, quæ apud illos sunt. Dignus est enim operárius mercéde sua. Nolíte transíre de domo in domum. Et in quamcúnque ciuitátem intrauéritis, & susceperint vos: manducáte, quæ apponúntur vobis: & curáte infírmos, qui in illa sunt: & dícite illis. Appropinquáuit in vos regnum Dei. C redo dicitur.

Psa. 20. **Offerto.** Posuísti Dómine in cápite eius corónam de lápide pretióso: vitam pétiit à te,& tribuísti ei. **Secreta.**

DOnis cæléstibus da nobis,quæsumus Dómine, líbera tibi mẽte seruíre: vt múnera quæ deférimus, interueniénte beáto euangelísta tuo Luca: & medélã nobis operéntur & glóriã. P. **Præfatio, de Apost. fo.** 199. **Comm.** Dómine, quinq; talenta tradidísti mihi: ecce alia quinq; superlucrátus sum: euge serue bone & fidélis:quia in pauca fuísti fidélis:supra multa te cõstítuã:intra in gáudiũ Dñi tui. **Compl.**

PRæsta,quæsumᵒ,omnípotens Deus: vt quod de sancto altári tuo percépimᵒ:précibus beáti euãgelistæ tui Lucæ sanctíficet ánimas nostras: per quod tuti esse possímus. Per.

SS. VNDECIM MILLIVM virginum martyrum. Introitus.

Die 21. SAudeámus omnes in Dómino,diẽ festum celebrántes,in honóre sanctàrum vírginũ: de quarum passióne gaudent ángeli, & colláudant fílium Dei. **Psal** Exultáte iusti in Dómino: rectos decet collaudátio. **Ver.** Glória. **Oratio.**

Psa. 32. DEus, qui dignè sacratis tibi virgínibus mirándi agónis robur indidísti: quo per martyrij palmam ad supérnæ contemplatiónis, pertíngerẽt glóriam: da quæsumus: eârũ nos intercessiónibus adiuuâri: quas hodiérna die transcénso mortis stádio in cælestibus fecísti triumphâre. Per.

Epistola. Respóndit vnus de seniórib⁹. **de pluri. martyri. fo.** 12. **Gradu.** Gloriósus Deus in sanctis suis: mirábilis in maiestáte, fáciens prodígia. **Ver.** Déxtera tua Dómine glorificáta est in virtúte: déxtera manus tua confrégit inimícos. **Allelúia. Ver.** Te martyrum candidátus laudat exércitus Dómine. Allelúia. **Prosa.** Obeáta beatórũ **fo** 13. **Euange.** Descéndens Iesus de monte. **fo.** 14. **Offerto.** Exultábũt sancti in glória: lætabúntur in cubílibus suis: exultatiónes Dei in fáucibus eórũ. **Secreta.**

Exo 15.

Psa. 149

SAcrifícium, laudis tibi, Dómine Deus noster, offérimus,tuam cleméntiã implorántes: vt per huius sacramẽti virtútẽ:intercedéntibus sanctis virgínibus tuis: nos & à peccátis expédias: & à perículis tueâris. Per. **Comm.** Posuêrunt mortália seruórũ tuórum Dómine escas volatílibus cæli, carnes sanctórum tuórum béstiis terræ: secúndùm magnitúdinẽ bráchii tui,póssside fílios morte punitórum. **Complẽ.**

Psa. 78.

SAtiâti Domínici córporis alimónia,Dómine Deus noster:súpplici deuotiône depóscimus:vt ipsis pro nobis patrocinántibus, quarũ solénnia celebrámus:hæc eádem mystéria sacrâta:ad nostrârum vegetatiónẽ animârum prouenîre sentiámus. Per.

S. MARCI EPISCOPI & martyris commem: Oratio.

Preces pópuli tui. cum sua Secreta & Complen: de cõmuni vnius mart. fo. 3.

SS. CRISPINI ET CRISpiniani marty. commemora.

Die 25. Oratio. Deus qui nos concédis. cũ sua Secre. & Complen. de communi pluriũm marty. fol.

IN VIGILIA APOSTOLORVM Simonis & Iudæ. Introitus.

Die 27. Intret in conspéctu. de plur. martyrib. Kyrie Quadragesimale. Oratio.

CONcéde, quæsumus omnípotens Deus: vt sicut apostolôrũ tuôrum Simônis & Iudæ gloriósa natalítia præuénimus: sic ad tua benefícia promerénda maiestâtem tuã pro nobis ipsi præuéniant. Per.

Epistola. Iustorum animæ. Incommũni martyrũ. fo. 11. Grad. Vindica Dómine. fo. 12. Euange. Ego sum vitis vera. fo. 1. Offerto. Exultábunt sancti in glória lętabũtur in cubílibus suis: exultatiónes Dei in fáucibus eôrũ. Secre.

MVnéribus nostris, Dñe, sanctôrũ Apostolôrũ tuôrũ Simônis & Iudæ festa præcédimus: te supplíciter deprecântes: vt quæ cõscientię nostræ præpediúntur obstáculis: illôrũ méritis tibi grata reddántur. Per.

Comm. Iustorũ ánimę. fo. 12. Cõpl.

SVmpto, Dómine, sacramẽto supplíciter deprecámur: vt intercedéntibus beátis apóstolis tuis: quod temporáliter gérimus: ad vitam capiámus ætérnam. Per Dóminum.

Si fuerit Sabbathum Missa dicitur de S. Maria: & fit tantùm memoria de Vígilia. Et pro tertia Oratione dicitur de Spiritu sancto: Deus qui corda.

IN FESTO APOSTOLORVM SIMONIS & Iudæ. Introitus.

Die 28.

MIhi autem nimis honorâti sũt amîci tui Deus: nimis confortâtus est principâtus eôrũ. Psal. Dómine probásti me & cognouísti me: tu cognouísti sessiónem meam. Ver. Glória. Oratio. Ps. 138.

DEus, qui nos per beátos apóstolos tuos Simonẽ & Iudã ad agnitiónẽ tui nóminis veníre tribuísti: da nobis eorum glóriam sempitérnã & proficiéndo celebrâre: & celebrãdo proficere. Per.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romanos.

FRatres. Scimus, quóniã diligéntibus Deum, ómnia cooperátur in bonum: iis qui secúndùm propósitũ vocâti sunt sancti. Nam quos præsciuit, & prædestinâuit conformes fieri imáginis filii sui; vt sit ipse primogénitus in multis frátribus. Quos autem prædestinâuit, hos & vocâuit: & quos vocâuit, hos & iustificâuit: quos autem iustificâuit, illos & magnificáuit. Quid ergo dicémus ad hæc? Si Deus pro nobis: quis contra nos? Qui etiam próprio filio suo non pepércit, sed pro nobis ómnibus trádidit illũ: quómodo nõ étiam cum illo ómnia nobis donâuit? Quis accusâbit aduérsus eléctos Dei? Deus, qui iustíficat. Quis est qui condémnet? Christus Iesus, qui mórtuus est; immo qui & resurréxit: qui est ad déxteram Dei: qui étiam interpéllat pro nobis. Quis ergo nos separâbit a charitâte Christi? Tribulátio? an angústia? an fames? an núditas? an perículum? an persecútio? an gládius? sicut scriptũ est, Quia propter te mortificâmur tota die æstimâ

ti sumus,sicut oues occisiónis. Sed in his ómnibus superâmus,propter eum qui diléxit nos. Certus sũ enim, quia neq; mors,neq; vita,neq; ángeli,neq; principâtus,neq; virtûtes,neq; instatia,neq; futûra, neq; fortitûdo, neq; altitûdo,neq; profúndum,neq; creatûra ália póterit nos separâre à charitáte Dei. Quæ est in Christo Iesu Dómino nostro. Pſa. 138.

Gradu. Nimis honorâti sunt amíci tui Deus: nimis confortâtus est principâtus eôrum. Ver. Dinumerábo eos : & super arénam multiplicabúntur. Allelúia. Ver. Non vos me elegístis,sed ego vos elégi : & pósui vos, vt eátis, & fructum afferâtis, & fructus vester máneat. Allelúia. Pſa 138

Prosa. Clare sanctórum. Require suprà in festo S. Thomę Apost. fo. 316.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Hæc mando vobis:vt diligátis ínuicem. Si mundus vos odit: scitóte,quia me priórem vobis ódio hábuit. Si de mundo fuissétis: mundus, quod suum erat,dilígeret. Quia verò de mundo non estis,sed ego elégi vos de mundo: proptérea odit vos mundus. Mementóte sermónis mei, quẽ ego dixi vobis: Non est seruus maior dómino suo. Si me persecúti sunt: & vos persequéntur. Si sermónem meũ seruauérunt,& vestrũ seruabunt. Sed hæc ómnia fácient vobis propter nomen meum : quia néscium eum , qui misit me. Si non venîssem, & locûtus eis fuîssem:peccátum non habêrent. Nunc autem excusatiónem non habent de peccato suo. Qui me odit:& patrem meum odit. Si ópera non fecíssem in eis , quæ nemo álius fecit: peccátum non habérent. Nunc autẽ & vidêrunt & odêrunt , & me & patrem meũ. Sed vt impleâtur sermo, qui in lege corũ scriptus est:quia odio habuêrunt me gratis. C redo dicitur.

Offert. In omnẽ terrã exîuit son' eôrũ: & in fines orbis terrę verba eôrũ. Secre. Pſa. 18.

GLóriam , Dómine, sanctôrũ apostolôrum tuôrum perpétuã veneránt̃es: quæsumus,vt eã sacris mystériis expiáti:dígniùs celebrémus. P. Præfatio, de Apostolis. fo. 174.

Comm. Vos qui secûti estis me , sedébitis super sedes iudicántes duódecim tribus Israël,dicit Dóminus. Complen. Mat 19.

PErcéptis,Dñe,sacramẽtis supplíciter exorámus : vt intercedẽtib' beátis apóstolis tuis Simone & Iuda: quę pro illorũ venerãda gérimus passióne;nobis proficiãt ad medélã. Per.

S. QVINTINI MARTYRIS.

Die 31.

Oratio. A désto Dñe supplicatiónibus. cum sua Secreta & Complenda de vno martyre non pontifice. fo. 3.

IN VIGILIA OMNIVM Sanctorum. Introitus.

TIméte Dóminum omnes sancti. In communi plurium mart. fo. 9. Kyrie Quadragesimale. Oratio.

DOmine Deus noster,multípli ca super nos grátiam tuam:& quorum præuénimus gloriósa solénnia: tríbue subsequi in sancta promissióne lætítiam. Per,

Secunda Oratio de S. Quintino nisi Vigilia in Sabbathum anticipetur : tertia de Spiritu sancto D eus qui corda. Alioqui si Vigilia anticipetur , secunda Oratio erit de Spiritu sancto,tertia Ec-

cleſiæ. Et ſequenti Dominica fit memoria de S. Quintino.

Léctio libri Apocalypſis beáti Ioánnis Apóſtoli.

Cap 5. IN diébus illis. Ecce ego Ioánnes vidi in médio throni & quátuor animálium,& in médio ſeniórũ, agnũ ſtantem tanquam occíſum, habéntẽ córnua ſeptem,& óculos ſeptem:qui ſunt ſeptem ſpíritus Dei, miſſi in omnem terram. Et venit,& accépit librũ de déxtera ſedéntis in throno. Et cũ aperuíſſet librum: quatuor animália & vigintiquátuor ſeniôres cecidérũt coram agno,habéntes ſínguli cithâras & phíalas áureas,plenas odoramentôrum: quæ ſunt oratiónes ſanctôrum. Et cãtábant cãticum nouũ, dicéntes. Dignus es,Dómine,accípere librum, & ſóluere ſignacula eius: quóniã occíſus es: & redemíſti nos Deo in sãguine tuo,ex omni tribu,& lingua,& pópulo,& natióne: & fecíſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdótes: & regnábimus ſuper terram. Et vidi, & audíui vocem angelôrum multôrum in circúitu throni & animálium, & ſeniôrũ: & erat númerus eôrum míllia mílliũ voce magna dicéntium. Dignus eſt agnus,qui occíſus eſt,accípere virtûtem,& diuinitátem, & ſapiéntiam, & fortitúdinem, & honôrem,& glóriam,& benedictiónem,in ſécula ſeculôrum. Amen.

Grad. Glorióſus Deus. Tuange. Deſcéndens Ieſus de monte. fo. 14.

Offert. Lætámini in Dómino, & exultáte iuſti:& gloriámini omnes recti corde.

Secreta.

ALtâre tuum,Dómine Deus, munéribus cumulâmus oblâtis:da quæſumus: vt ad ſalûtem noſtram ómniũ ſanctôrum tuôrum precatiône proficiant:quórum ſolénnia ventûra præcúrrimus. Per.

Comm. Iuſtôrum ánimæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos torméntum malítiæ: viſi ſunt óculis inſipiéntium mori, illi autem ſunt in pace. Complenda.

SAcraméntis,Dómine, & gáudiis optáta celebritáte explétis:quæſumus: vt eórũ précibus adiuuémur: quorũ recordatiónibus exhibẽtur.P.

FESTA NOVEMBRIS.

Die 1.

IN FESTO OMNIVM Sanctorum. Introitus.

GAudeámus ões in Dómino, diem feſtum celebrántes, in honôre Sanctôrum ómniũ: de quorũ ſolennitáte gaudent ángeli, & colláudant filiũ Dei. Ver. Exultâte iuſti in Dómino: rectos decet collaudátio. Ver. Gloria. Kyrie. maius totumduplex.

Pſal 32.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui nos ómnium ſanctôrũ tuôrum mérita ſub vna tribuíſti celebritáte venerâri: quæſumus: vt deſiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam: multiplicátis interceſſóribus largiâris. Per.

Léctio libri Apocalypſis beáti Ioánnis Apóſtoli.

Pſal 33.

IN diébus illis. Ecce,ego Ioánnes vidi álterum ángelum aſcendéntem ab ortu ſolis: habéntem ſignum Dei viui. Et clamáuit voce magna quátuor ángelis, quibus datum eſt nocêre terræ,& mari,dicens. Nolîte nocêre terræ,&mari,neq; arbóribus:quoaduſq; ſignémus ſeruos Dei noſtri in

Cap 7.

frontibus eôrum. Et audíui numerũ signatôrum, centũ quadragínta quá tuor míllia signâti ex omni tribu filiô rum Israël. Ex tribu Iuda, duódecim míllia signâti. Ex tribu Ruben, duódecim míllia signâti. Ex tribu Gad, duódecim míllia signâti. Ex tribu Aser, duódecim míllia signâti. Ex tribu Néphtalim, duódecim míllia signâti. Ex tribu Manâsse, duódecim míllia signâti. Ex tribu Simeõ, duódecim míllia signâti. Ex tribu Leui, duódecim míllia signâti. Ex tribu Issachar, duódecim míllia signâti. Ex tribu Zábulon, duódecim míllia signâti. Ex tribu Ioseph, duódecim míllia signâti. Ex tribu Beniámin, duódecim míllia signâti. Post hęc vidi turbam magnã, quam dinumerâre nemo póterat, ex ómnibus géntibus, & tribubus, & pópulis, & linguis, stantes ante thronũ: & in conspéctu agni, amícti stolis albis, & palmæ in mánibus eôrum: & clamabant voce magna, dicéntes. Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Et omnes ángeli stabãt in circúitu throni, & seniôrũ, & quátuor animálium: & cecidêrunt in cõspéctu throni in fácies suas, & adorauêrunt Deum, dicéntes, Amen. Benedíctio, & cláritas, & sapiéntia, & gratiarũ áctio, honor, virtus, & fortitúdo Deo nostro, in sécula seculôrũ. Amẽ.

Pfal 33. Gradu. Timéte Dóminum omnes sancti eius: quóniam nihil deest timéntibus eum. Ver. Inquiréntes autem Dóminũ nõ deficient omni bono. Allelúia. Ver. Vox exultatiónis & salútis, in tabernáculis iustórum. Allelúia. Prosa.

OMnes sancti, Séraphin, Chérubin, Throni quoq., Dominationésq. Principátus, potestátes, virtûtes. Archángeli, ángeli, vos decet laus & honóres.

Ordines nouem spirituum beatôrum.

Quos in Dei láudibus firmáuit cháritas

Nos frágiles hómines firmáte précibus

Vt spiritáles prauitátes vestro iuuámine vincéntes fórtiter.

Nunc & in æuum, vestris simus digni solénniis interésse sacris.

Vos, quos Dei grátia víncere terrea.

Et ángelis sócios fecit esse polo.

Vos Patriárchæ, Prophétę, Apóstoli, Cõfessóres, Mártyres, Mónachi, Vírgines.

Et Viduárum sanctârum omniumque placéntium pópulus, suprémo Dño,

Nos adiutórium, Nunc & perénniter,

Fóueat, prótegat, vt vestrum, in die pó scimus gaudiôrum vestrôrum.

Euange. Videns Iesus turbas. Credo dicitur. fo. 14. Offerto: Mirábilis Deus in sanctis suis, Deus Israël; ipse dabit virtútem, & fortitúdinem plebi suæ: benedíctus Deus, allelúia. Secreta. Psal 7.

MVnera tibi, Dómine, nostræ deuotiónis offérimus: quę & procunctôrum tibi grata sint honôre iustôrum: & nobis salutária té miserántе reddántur. Per. Præfatio cómunis. Comm. Gaudéte iusti in Dño, allelúia: rectos decet collaudátio, alle. Compl.

DA quæsumus Dómine fidélibꝰ pópulis, ómniũ Sanctôrum tuôrũ semper veneratiône lætâri: & cô rũ perpétua supplicatióne muníri. P.

Infra Octauam Omnium sanctorum, Missa dicitur sicut in die cum Kyrie semiduplici. secunda Oratio de Spiritu S. Deus qui corda: tertia Ecclesiæ. Prosa à principio, vel ibi: Vos patriárchæ.

Secunda die fit commemoratio omnium fidelium defunctorum: & dicitur Die 2.

Missa Requiem ætérnam: quę loco suo circa finem Missalis habetur. fo. 75. Si autem secunda dies fuerit Dñica, dicta commemoratio defunctorum fit feria ij.

Die 6.

Pro commemoratione S. LEONARDI Confessoris. Oratio.

Deus qui nos beáti. cu sua Secre. & Cõplen. de Confes. nõ Ponti. fo. [illegible]. Tertia Oratio de sancto Spiritu, nisi venerit in Dominica, quia tunc tertia erit de sancto Aut nisi venerit in Sabbatho, qa tunc tertia erit de B. Maria.

Die 8.

IN OCTAVA Omnium Sanctorum dicitur Missa vt in die. Kyrie semiduplex.

Die 9

S. THEODORI MARTYRIS.

In virtute tua. In communi vnius martyris. fo. 2. Oratio.

DEus, qui nos beáti Theodóri mártyris tui confessiône gloriôsa circũdas & prótegis: præsta nobis ex eius imitatióne proficere: & oratióne fulcîri. Per.

Epistola. Spectáculũ facti sum⁹. fo. 6. Gradu. Dómine præuenîsti. de Cõfes. fo. 22. Allelú. Ver. Iste sanct⁹. fo. 6. Euange. Nihil opertũ. fo. 7. Offerto. Glória & honôre. fo. 8. Secreta.

SVscipe, Dómine, fidélium preces cum oblatiónibus hostiârum: & intercedénte beáto Theodóro mártyre tuo: per hæc piæ deuotiónis offícia, ad cæléstẽ glóriã transeámus. P. Cõm. Posuîsti Dñe. fo. 8. Complen.

PRæsta nobis, quęsumus Dómine, intercedénte beáto Theodóro mártyre tuo: vt quod ore contíngimus: pura mente capiamus. Per D.

Die 10.

SS. QVATVOR CORONATORUM martyrum.

Intret in conspéctu. In communi plurium martyrum. fo. 8.

Oratio.

PRæsta quæsumus omní potens Deus: vt qui glorióſos mártyres fortes in sua cõfessióne cognóuimus: pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per.

Epistola. Reddidit Deus. fo. 11. Gradu. Vindica Dñe. fo. 12. Allelúia. Isti sunt qui. fo. 13 Euange. Cùm audiéritis prælia. fo: 14. Offerto. Anima nostra. fo. 16.

Secreta.

BEnedíctio tua, Dómine, larga descẽdat: quæ & múnera nostra deprecántibus sanctis martyribus tuis tibi reddat accépta: & nobis sacraméntum redemptiónis efficiat. Per.

Comm. Posuérunt mortália. fo. 17.

Complenda.

CAeléstibus refécti sacraméntis & gáudiis: súpplices te Dómine deprecamur: vt quorũ gloriámur triúmphis: protegámur auxíliis. Per.

Pro commemoratione S. MARTINI PAPÆ & martyris. Oratio.

Die 10.

Preces pópuli tui. cum sua Secre. & Complen. de mart. & ponti. fo. 8.

IN FESTO S. MARTINI Episcopi & Confessoris.

Die 11.

Intro-



Introitus.

TÁtuit ei Dómin⁹ testaméntum pacis:& príncipem fecit eum: vt sit illi sacerdótii dignitas in ætérnum. Psal. M isericórdias Dómini: in ætérnum cantábo.

Ver. G lória. Oratio.

DEus qui cónspicis quia ex nulla nostra virtúte subsístimus: concéde propítius: vt intercessióne beáti Martíni confessóris tui atq; pōtíficis: contra ómnia aduérsa muniámur. Per.

Pſa. 88. Epistola. E cce sacerdos magnus. De communi Confess. Pontificum. fo. 29.

Gradu. I nuéni Dauid seruum meum: óleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei, & bráchium meum confortábit eum. Allelúia. Ver. M artinus Epíscopus migráuit à século: viuit in Christo gemma sacerdótum. Allelúia.

Prosa.

SAcerdótem Christi Martínum cūcta per orbem canat eccléſia pacis cathólicæ.

Atque illius nomen omnis hæréticus fúgiat pállidus.

Pannónia lætétur genítrix talis filij.

Itália exúltet álitrix tanti iûuenis.

Et Galliæ trina diuísio, sacro certat litígio, cuius esse débeat præsul.

Sed páriter habêre se patrē omnes gaudeāt: Turóni soli eius corpus fóueāt.

Huic Francorū atque Germániæ plebs omnis plaudat.

Quibus vidéndum inuéxit Dóminum in sua veste.

Hic célebris est Ægypti pártibus, Græciæ quoque cunctis sapiéntibus.

Qui impares se Martíni méritis sénti-unt, atque eius medicámini.

Nam febres sedat, dæmonésq; fugat, paralytica membra glútinat.

Et mortuôrum sua prece trium reddit córpora vitæ pristínæ.

Hic ritus sacrílegos déstruit,& ad Christi glóriam dat ígnibus idôla.

Hic nudis mystéria bráchiis cōfíciens, præditus est cæléſti lúmine.

Hic óculis ac mánibus in cælum & totis víribus suspénsus, terréna cuncta réspuit.

Eius ori nunquam Christus abfuit, siue iustítia, vel quicquid ad veram vitam pértinet.

Igitur te cuncti póscimus ô Martíne, vt qui multa mira hîc ostendísti,

Etiam de cælo grátiam Christi nobis supplicátu tuo semper infúndas.

Euange. S int lumbi vestri. fo. 24.

Offert. V éritas mea, & misericórdia mea cum ipso: & in nómine meo exaltábitur cornu eius. Pſa. 88.

Secreta.

DA, miséricors Deus: vt hæc nos salutâris oblátio: & à própriis reátibus indesinénter expédiat: & ab ómnibus tueatur aduérsis. Per.

Comm. F idélis seruus & prudens, quē constítuit Dóminus super famíliam suā. vt det illis in témpore trítici mensûram. Mat 25.

Complenda.

PRæsta quæsumus Dómine Deus noster: vt beáti Martíni confessóris tui atq; pontíficis, cuius festiuitáte votíua sunt sacraménta: eius nobis salutária intercessióne reddántur. P.

Die 13.

S. BRICCII EPISCOPI & confessoris. Introitus.

Sacerdótes tui. fo. 17. Oratio.

DA, quæsumus, omnípotens Deus: vt alácribus ánimis beáti Briccii cõfessôris tui atq; pontíficis solénnia celebrémus: cuius virtútibus multímodis decorâta tibi vita complácuit. Per.

Epistola. Ecce sacérdos magnus qui in vita sua suffúlsit. fo. 20. Gradu. Iuráuit Dóminus. Allelûia. Inuéni Dauid. Euange. Homo quidam nóbilis. fo. 25. Offert. Inuéni Dauid. Secreta

SAncti Briccii confessôris tui atq; pontíficis, quęsumus Dómine veneránda solénnitas: tuæ pietâti nostrum sacrifícium reddat accéptum: vt per hanc salutârem hóstiam & véniam consequámur & grátiam. Per.

Comm. Semel iuráui. Complen.

REféctí cibo potúq; cælésti Deus noster, te súpplices exorâmus: vt in cuius hęc festiuitate percépim9: eius méritis muniâmur & précibus. P.

Die 9.

IN FESTO S. ELIZABETH. Introitus.

GAudeámus in Dómino, diem festũ celebrãtes, in honôre Elyzabeth víduæ: de cuius soleñitáte gaudent ángeli, & colláudant filiũ Dei. Psal. Eructáuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. Ver. Glória. Oratio. Psa. 44.

TVôrũ corda fidéliũ Deus misérátor illústra: & beátæ Elízabeth précibus gloriósis: fac nos próspera mundi despícere: & cælésti sem per consolatióne gaudêre. Per.

Léctio. Mulíerem fortem. Require in festo S. Heduigis. fo. 407. Pro. 31.

Gradu. Audi filia, & vide, & inclína aurem tuam: quia concupíuit rex spéciem tuam. Ver. Spécie tua, & pulchritúdine tua: inténde, prósperè procéde, & regna. Allelúia. Ver. Opia regum filia, felix alúmna páuperum, Christo nos reconcília Elízabeth beáta: virtus tuôrum óperum ad súperum consórtiũ claret glorificâta. Allelúia. Prosa.

Gaude Sion, quod egréssus à te decor, & depréssus tui fulgor spéculi.

Rediuíua luce redit o & alpha, quod accédit iam in fine séculi.

Poma prima primitíuos Deus sanctos, adhuc viuos vidit in cacúmine.

Vt extrémos addat primis, quamùis stãtes nos in imis, suo visit lúmine.

Sed præ multis te respéxit: odor tuus hunc alléxit, & sapor, & púritas.

Tu de regum ramis nata, iustè verè sis vocâta, tu Dei satúritas.

Gaudent astra matutína, quod in hora vespertína ortu noui sideris.

Cæli sidus illustrâtur: in quo terra designâtur noui signum fœderis.

Verè sidus tu præclárum, quod à sole differt parum, & luna lucídius.

Tu quòd sole sis amícta, carne probat hic relicta, lucis tuæ rádius.

O quàm dignis fulges signis: vasa rapis à malígnis posséssa dæmóniis.

Lepræ mundas labe tactos, claudos po

nis &

nis & contráctos in pedum officiis.
Quod negâtum est natûræ,tu virtûtum agis iure, & potes ex grátia.
Vita functos tu redûcis: cœcis reddis membra lucis,& membrôrum spátia.
Eia mater nos agnósce, libro vitæ nos depósce, cum eléctis ínseri.
Vt consórtes tuæ sortis, & à pœnis, & à portis eruâmur inferi.

Euange. Sedens Iesus. In festo S. Heduigis. fo. 407. Offerto. Filiæ regum. fo.

Secreta.

MVnera Dómine,nostræ deuotiónis offérimus:vt tibi grata,& nobis salutária beátæ Elízabeth pia supplicatióne reddántur. Per.

Communio. Símile est regnum cælôrum hómini negotiatóri, quærénti bonas margarítas: inuénta vna pretiósa margaríta, dedit ómnia bona sua, & comparáuit eam.

Complenda.

QVæsumus,omnípotẽs Deus: vt quos salutáribus dignátus es erudíre mystériis:beátæ Elizabeth intercéssio gloriósa cæléstibus refíciat aliméntis. Per.

IN FESTO S. CECILIÆ virginis & martyris Introitus.

LOquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum,& non confundébar : & meditábar in mandátis tuis, quæ dilexi nimis. Psal. Beáti immaculáti in via qui ámbulant in lege Dómini. Ver. Glória.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beátæ Cecíliæ vírginis & mártyris tuæ solennitáte lætificas: da vt quam venerâmur officio: étiam piæ conuersatiónis sequâmur exémplo. Per.

Lectio. Dómine Deus meus. fo. 29.
Gradu. Audi filia, & vide,& inclína aurem tuam: quia concupíuit rex spéciem tuam. Ver. Spécie tua, & pulchritúdine tua: inténde,prósperè procéde,& regna. Allelúia. Ver. Veni elécta mea, & ponam in te thronum meum: quia concupíuit rex spéciem tuam. Allelúia.
Prosa. Exultent filiæ Sion. fo. 30.
Euang. Símile est regnum cælôrum decem virgínibus. fo. 30.
Offerto. Afferéntur regi vírgines post eam: próximæ eius afferéntur tibi.

Secreta.

HAEc hóstia,Dómine, placatiónis & laudis, quæsumus: vt interueniénte beáta Cecília mártyre tua: nos propitiátione tua dignos semper effíciat.Per.

Communio. Confundántur supérbi, quia iniústè iniquitátem fecérunt in me: ego autem in mandâtis tuis exercébor, in tuis iustificatiónibus, vt non confúndar.

Complenda.

SAtiâsti,Dómine, famíliam tuam munéribus sacris : eius, quæsumus,semper interuentiône nos refôue: cuius soléñia celebrámus. Per D.

IN FESTO S. CLEMENTIS Papæ & martyris. Introitus.



Icit Dóminus : sermónes mei quos dedi in os tuũ,nõ defícient de ore tuo: adest enim nomen tuum : & múnera tua accépta erunt super altâre meum. Psal. Dómine exáudi oratiónem meã : & clamor meus ad te véniat. Ver. Glória.

Oratio.

Oratio.

DEus qui nos ánnua beáti Cleméntis mártyris tui atq; pontíficis ſolennitáte lætíficas : concéde propítius: vt cuius natalítia cólimus: virtútē quoq; paſsiónis imitémur. P.

Epiſtola Doctrínis váriis. fo. 21.

Pſa. 109. Gradu. Iuráuit Dóminus, & non pœnitébit eum: tu es ſacérdos in ætérnum, ſecúndùm órdinem Melchíſedech. Ver. Dixit Dóminus Dómino meo: ſede à dextris meis. Allelúia. Ver. Iuſtus vt palma florébit, & ſicut cedrus multiplicábitur. Allelúia. Proſa. Spe mercédis. Euange. Vigiláte quia neſcítis. fo. 24. Offerto. Poſuíſti Dómine in cápite eius corónam de lápide pretiôſo: vitam pétiit à te, & tribuíſti ei.

Pſal 91.

Pſal 20.

Secreta.

MVnera tibi Dómine obláta ſanctífica: & intercedénte beáto Cleménte mártyre tuo atq; pontífice: per hæc nos à peccatôrum noſtrôrum máculis emúnda. Per.

Communio. Beátus ſeruus, quē cùm vénerit Dóminus, inuénerit vigilántem: amen dico vobis, ſuper ómnia bona ſua conſtítuet eum.

Mat 24.

Complenda.

COrporis ſacri & pretióſi ſánguinis repléti libámine: quæſumus Dómine Deus noſter: vt quod pia deuotióne gérimus: intercedénte beáto Cleménte mártyre tuo atq; pōtífice: certa redēptióne capiámus. P.

SANCTI CHRISOGONI martyris commemor. Oratio.

Die 24.

Adéſto Dómine ſupplicatiónibus. cum ſua Secreta & Complenda de communi vnius martyris non pontificis. fo. 3.

IN FESTO S. CATHARINÆ virginis & martyris.

Introitus.



Audeámus ōnes in Dómino, diem feſtū celebrántes, in honóre Catharínæ vírginis: de cuius paſsióne gaudent ángeli, & colláudant filium Dei. Pſal. Eructáuit cor meum verbum bonum, dico ego ópera mea regi. Ver. Glória.

Oratio.

DEus qui dedíſti legem Moyſi in ſummitáte montis Sinai: & in eódem loco per ſanctos ángelos tuos corpus beátæ Catharínæ vírginis & mártyris tuæ mirabíliter collocâſti: præſta quæſumus: vt eius méritis & interceſsióne ad montē qui Chriſtus eſt: peruenîre valeámus. Per.

Pſa. 44.

Lectio. Confitébor tibi Dómine. De communi vnius virginis marty. fo. 28.

Pſal 45. Gradua. Adiuuábit eam Deus vultu ſuo: Deus in médio eius non commouébitur. Ver. Flúminis ímpetus lætíficat ciuitátem Dei: ſanctificáuit tabernáculum ſuum altíſsimus. Allelúia. Ver. Qui creáuit ómnia, cælum terramque mária: vocáuit ad cæléſtia Catharínam cum glória. Allelúia. Proſa.

SAnctíſsimæ vírginis votíua feſta recolâmus.

Venerántes hanc diem præclâram, omnes concinâmus.

Próferat hæc cóncio laudes, & deuótio ſit ſyncêra.

Cóncrepet orgánicis módulis, & cánticis laude digna.

Hanc fuíſſe filiam Coſti regis únicam tradunt ſcripta.

Annis puerílibus, ártibus sophísticis fuit clara.
Turbam philosóphicam vicit & rhetóricam, disputándo.
Huic regína crédidit: Deos vanos réspuit venerâri.
Fit pænális machína: péreunt hac míllia, dum rotátur, ágmina paganôrum.
Mox priuátur cápite: adsunt turbæ cælicæ: sepélitur vértice monte Sina.
Ora pro pópulo, precâre pro clero, martyr Christi Catharína.
Astántem pópulum, laudántem te clerum, foue, rege per sécula.
Euange. Símile est regnum cælôrum decem virgínibus. fo. 30.
Offerto. Filiæ regum in honôre tuo, ástitit regína à dextris tuis in vestitu deaurâto, circumdáta varietáte. Psa. 44.

Secreta.

SVscipe, Dómine, múnera quæ in beátæ Catharínę vírginis & mártyris tuæ solennitáte deférimus: cuius nos confídimus patrocínio liberâri. Per Dóminum. Psal 45.

Communio. Quinque prudéntes vírgines accepêrunt óleum in vasis suis cũ lampádibus: média autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exíte obuiam Christo Dómino. Mat 25.

Complenda.

AVxiliéntur nobis Dómine sumpta mystéria: & intercedénte be áta Catharína vírgine & mártyre tua: sempitérna fáciant protectióne gaudére. Per Dóminum.

S. LINI PAPAE & martyris commemora. Die 26.

Oratio.

Deus qui nos beáti Lini. cum sua Secreta & Complen. de martyre & pontifice. fo. 3.

Pro commemoratione SS. AGRICOLÆ & Vitalis. Oratio. Die 27.

Da quæsumus omnípotens Deus. cum sua Secreta & Complenda decommuni plurium martyrum. fo. 10.

FINIS.

Pſa. 51.

Ecc 44. & 45.

COMMVNE SANCTORVM.

IN VIGILIA VNIVS vel plurium Apostolorum.

Psa. 51. EGO autem sicut olíua fructificáui in domo Dñi: speráui in misericórdia Dei mei: & expectábo nomen tuum, quóniam bonum est ante conspéctum sanctôrum tuôrũ. Psal. Quid gloriâris in malítia: qui potẽs es in iniquitáte? Ver. Glória. Kyrie Quadragesimale. Oratio, vt suis locis in Proprio sanctorum. Vel ista.

DA, quæsumus omnípotens Deus, vt beáti N. Apóstoli tui, quam præuénimus, veneránda solénnitas, & deuotiónem nobis áugeat & salútem. Per.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Ecc 44. & 45. BEnedíctio Dómini super caput iusti. Ideò dedit illi Dóminus hæreditátem: & diuísit ei partem in tribûbus duódecim: & inuénit grátiam in conspéctu omnis carnis. Magnificáuit eum in timôre inimicôrum: & in verbis suis monstra plácauit. Glorificáuit eum in conspéctu regum, & osténdit illi glóriam suam. In fide & lenitâte ipsíus, sanctum fecit illum: & elégit eum ex omni carne. Et dedit illi coràm præcépta: & legem vitæ & disciplínæ: & excélsum fecit illum. Státuit illi testaméntum ætérnum: & circumcínxit eum zona iustítiæ: Et induit eum Dóminus corónam glóriæ.

Grad. Iustus vt palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur in domo Dómini. Ver. Ad annunciándum manè misericórdiam tuam, & veritátem tuam per noctem. Psa. 91.

Sequéntia sancti Euangélii secúndum Ioánnem.

IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Ego sum vitis vera: & pater meus agrícola est. Omnem pálmitẽ in me non feréntem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructũ, purgábit eum, vt fructum plus áfferat. Iam vos mundi estis propter sermónem, quem locútus sum vobis. Manête in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetípso, nisi mánserit in vite: sic nec vos, nisi in me manséritis. Ego sum vitis: vos pálmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multũ: quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit: mittêtur foras sicut palmes, & aréscet, & cólligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manséritis in me, & verba mea mánserint in vobis: quodcúnque voluéritis, petêtis, & fiet vobis. Cap 15.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Ioánnem.

Cap 15. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Ego sum vitis: vos pálmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me nō mánserit: mittétur foras sicut palmes, & aréscet, & cólligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manséritis in me, & verba mea in vobis mānserint: quodcunque voluéritis, petétis: & fiet vobis. In hoc clarificâtus est pater meus: vt fructum plúrimū afferâtis, & efficiámini mei discípuli. Sicut diléxit me pater, & ego diléxi vos. Manéte in dilectióne mea. Si præcépta mea seruauéritis, manébitis in dilectióne mea: sicut & ego præcépta patris mei seruáui, & máneo in eius dilectióne. Hæc locútus sum vobis: vt gáudium meum in vobis sit, & gáudium vestrū implcátur.

Pſa. 8. **Offert.** Glória & honóre coronâsti eū: & constituísti eum super ópera mánuum tuârum Dñe.

Secreta.

APostólicæ reueréntiæ culmen, offérimus tibi sacris mystériis imbuéndum: præsta, quæsumus Dómine: vt beáti Apóstoli tui N. suffrágiis, cuius natalítia præuénimus, hæc plebs tua semper & sua vota depromat, & desiderâta percípiat. Per D.

Præfatio Communis.

Pſa. 20. **Comm.** Magna est glória eius in salutâri tuo: glóriam & magnum decórem impones super eum Dómine.

Compl.

SAncti Apóstoli tui N. quęsumus Dómine supplicatióne placátus, & véniam nobis tríbue, & remédia sempitérna concéde. Per Dóminum nostrum.

IN NATALITIIS Apostolorum & Euangelistarum, omnia vt suis locis in Proprio Sanctorum.

IN COMMVNI VNIVS martyris, pontificis.



Pſa. 63. AEtábitur iustus in Dño, & sperábit in eo: & laudabúntur omnes recti corde. **Psal.** Exáudi Deus oratiónē meam cùm déprecor: à timóre inimíci éripe Dómine ánimā meā. **Ver.** Glória.

Introitus.

Pſa. 20. IN virtúte tua Dómine lætábitur iustus, & super salutâre tuum exultábit veheménter: desidérium ánimæ eius tribuísti ei. **Psal.** Quóniam præuenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite eius corónam de lápide pretióso. **Ver.** Glória.

Introitus.

Pſa. 63. PRotexísti me Deus à conuéntu malignántium, allelúia: à multitúdine operántium iniquitátem, allelúia, allelúia. **Psal.** Exáudi Deus oratiónem meam cùm déprecor: à timóre inimíci éripe ánimam meam. **Ver.** Glória.

Introitus.

Pſa 91. IVstus vt palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur: plantâtus in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri. **Psal.** Bonum est confitéri Dómino: & psállere nómini tuo altíssimè. **Ver.** Glória.

Introitus.

Pſa. 36. IVstus non conturbábitur, quia Dóminus firmat manum eius: tota die miserétur, & cómmodat: & semen eius in benedictióne erit: in ætérnum conseruábitur. **Psal.** Noli æmulâri in

malignántibus: neque zeláueris faciéntes iniquitátem. Ver. Glória.

DE MARTYRE ET Pontifice. Oratio.

DEus, qui nos beáti N. martyris tui atque pontíficis ánnua ſolennitáte lætíficas: concéde propítius: vt cuius natalítia cólimus: de eiúſdem etiam protectióne gaudeámus. Per. Secreta.

MVnera tibi, Dómine, dicâta sãctífica: & intercedénte beáto N. mártyre tuo atque pontífice: per eádem nos placátus inténde. Per.

Complenda.

HAec nos cómmúnio, Dómine, purget à crímine: & intercedénte beáto N. mártyre tuo atque pontífice: cæléſtis remédii fáciat eſſe conſórtes. Per.

De martyre & pontifice alia. Oratio.

PReces pópuli tui, quæſumus Dómine, cleménter exáudi: vt beáti N. martyris tui atque pontíficis méritis adiuuémur: cuius paſſióne lætâmur. Per. Secreta.

SVſcipe, quæſumus Dómine, fidéliũ preces cum oblatiónibus hóſtiárum: vt intercedénte beáto N. mártyre tuo atque pontífice: per hæc piæ deuotiónis offícia, ad cæléſtem glóriam tranſeámus. Per.

Complenda.

SAtiáſti, Dómine, famíliam tuam múneribus ſacris: eius, quæſumus, ſemper nos interuentióne refóue: cuius ſolénnia celebrámus. Per.

De martyre & pontifice alia. Oratio.

DA, quæſumus, omnípotens Deus: vt qui beáti N. mártyris tui atque pontíficis ſolénnia cólimus: eius apud te patrocínia ſentiámus. Per. Secreta.

HAec hóſtia, Dómine, placatiónis & laudis: quæſumus: vt interueniénte beáto N. mártyre tuo atque pontífice: nos tua propitiatióne dignos ſemper efficiat. Per.

Complenda.

REfécti participatióne múneris ſacri, quæſumus, Dómine Deus noſter: vt intercedénte beáto N. mártyre tuo atque pontífice: cuius exéquimur cultum: ſentiámus effectum. Per.

DE MARTYRE NON Pontifice. Oratio.

ADeſto, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris: vt qui ex iniquitáte noſtra reos nos eſſe cognóſcimus: beáti N. mártyris tui interceſſióne liberémur. Per.

Secreta.

OBlátis, quæſumus Dómine, placâre munéribus: & intercedénte beáto N. mártyre tuo: à cunctis nos defénde periculis. Per.

Complenda.

TVi, Dómine, perceptióne ſacraménti: & à noſtris mundêmur occúltis: & ab hóſtium liberémur inſídiis. Per.

De martyre non pontifice alia. Oratio.

ADéſto, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris: vt qui ex iniquitáte noſtra reos nos eſſe cognóſcimus: beáti N. mártyris tui interceſſióne liberêmur. Per. Secreta.

MVnéribus noſtris, quæſumus Dómine, precibuſque ſuſcéptis: & cæléſtibus nos munda myſtériis: & cleménter exáudi. Per.

Complenda.

QVæsumus, omnípotens Deus: vt qui cæléstia aliménta percépimus, intercedénte beáto N. mártyre tuo: per hæc contra ómnia aduersa muniámur. Per.

De martyre non pontifice alia.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus: vt qui beáti N. mártyris tui natalítia cólimus: à cunctis malis imminéntibus eius intercessióne liberêmur. Per. Secreta.

OBlátis, quæsumus Dómine, placâre munéribus: & intercedête beáto N. mártyre tuo: à cunctis nos defénde periculis. Per.

Complenda.

SIt nobis, Dómine, reparátio mẽtis & córporis cæléste mystériũ: vt cuius exéquimur actiônem: sentiámus effectum. Per.

De martyre non pontifice alia.

Oratio.

LAetétur eccléſia tua, Deus, beáti N. mártyris tui confísa suffrágiis: atq; eius précibus gloriósis: & deuóta permáneat: & secûra consístat. Per. Secreta.

SVscipe, Dómine, múnera quæ in eius tibi solennitáte deférimus: cuius nos confídimus patrocínio liberâri. Per. Complenda.

SAtiâsti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: eius quæsumꝰ semper nos interuentióne refoue: cuius solénnia celebrámus. Per.

De martyre non pontifice alia.

Oratio.

DEus, qui beátum N. mártyrem tuum virtúte constántię in passióne roborâsti: ex eius nobis imitatióne, tríbue, pro amôre tuo próspera mundi despícere: & nulla eius aduérsa formidâre. Per. Secreta.

SAcrifícium tibi, Dómine, laudis offérimus in tuôrum commemoratióne Sanctôrum: da quæsumus: vt quod illis cóntulit ad glóriam: nobis prosit ad salútem. Per. Comple.

REpléti, Dómine, benedictióne cæléſti, quæsumus cleméntiam tuam: vt intercedénte beáto N. mártyre tuo: quæ humíliter gérimus: salúbriter consequâmur. Per.

Léctio libri Sapiéntiæ.

BEátus vir, qui in sapiéntia morábitur: & qui in iustítia sua meditábitur, & in sensu cogitábit circũspectiónem Dei. Cibábit illum pane vitæ & intellectus: & aqua sapiéntiæ salutâris potábit illum. Et firmábitur in illo, & non flectêtur: & continébit illum, & non confundétur: & exaltábit illum apud próximos suos. Et nómine ætérno hæreditábit illum: Dóminus Deus noster. Eccl 14. Cap 4.

Lêctio libri Sapiéntiæ.

BEátus vir, qui inuéntus est sine mácula: & qui post aurum non ábiit, nec speráuit in pecúniæ thesauris. Quis est hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, & perféctus inuéntus est, & erit illi glória ætérna. Qui pótuit transgrédi, & non est trãsgréssus: fácere mala, & nõ fecit. Ideò stabílita sunt bona illíus in Dómino: & eleemósynas illíus enarrábit omnis eccléſia sanctôrum. Eccl 31. Eccl 39.

Léctio libri Sapiéntiæ.

BEátus homo, qui inuénit sapiéntiã, & qui áffluit prudéntia. Mélior est acquisítio eius negotiatióne Pro 3.

auri

auri & argénti: primi & puríſsimi fructus eius. Pretióſior eſt cunctis ópibus: & ómnia quæ deſiderántur, huic non valent comparâri. Longitúdo diérum in déxtera eius, & in ſiníſtra illíus diuítiæ & glória. Viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſémitæ eius pacíficæ. Lignum vitæ eſt his qui apprehénderint eam: & qui tenúerit eã, beátus. Dóminus ſapiéntia fundáuit terram: ſtabilíuit cælos prudéntia. Sapiéntia illíus erupêrunt abyſsi, & nubes rore concréſcunt.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Cap 4. IVſtus ſi morte præoccupâtus fúerit, in refrigério erit. Senéctus enim venerábilis eſt, non diutûrna: neque annôrum número computáta. Cani ſunt autem ſenſus hóminis: & ætas ſenectútis, vita immaculâta. Placens Deo, factus diléctus: & viuens inter peccatôres tranſlâtus eſt. Raptus eſt, ne malítia mutâret intelléctum eius: aut ne fictio deciperet ánimam illíus. Conſummátus in breui, expléuit témpora multa: plácita enim erat Deo ánima illíus. Propter hoc properáuit edúcere illum de médio iniquitâtum: quóniam grátia Dei, & miſericórdia eſt in ſanctos eius: & reſpéctus in eléctos illíus.

Ecclı 14.

Ecclı 31.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Ecclı 39. IVſtus cor ſuum tradet ad vigilándum dilúculo, ad Dóminum qui fecit illum: & in conſpéctu altíſsimi deprecâbitur. Apériet os ſuum in oratióne, & pro delíctis ſuis deprecábitur. Si enim Dóminus magnus volúerit, ſpíritu intelligéntiæ replébit illum. Et ipſe tanquam imbres mittet elóquia ſapiéntiæ ſuæ, & in oratióne confitébitur Dómino. Et ipſe díriget consílium eius, & diſciplínam: & in abſcónditis ſuis conſiliábitur. Ipſe palàm fáciet diſciplínam doctrínæ ſuæ, & in lege teſtaménti Dómini gloriábitur. Collaudábunt multi ſapiéntiam eius, & vſque in ſéculum non delébitur. Non recédet memória eius: & nomen eius requirêtur à generatióne in generatiónem. Sapiéntiã eius enarrábunt gentes, & laudem eius enunciábit eccléſia.

Pro 3.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

2. Cor 1. FRatres. Benedíctus Deus & pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti: pater miſericordiârum, & Deus totíus conſolatiónis: qui conſolátur nos in omni tribulatióne noſtra: vt poſſimus & ipſi conſolâri eos, qui in omni preſsûra ſunt, per exhortatiónem qua exhortámur & ipſi à Deo. Quóniam ſicut abúndãt paſsiónes Chriſti in nobis: ita & per Chriſtum abúndat cõſolátio noſtra. Siue autem tribulâmur, pro veſtra exhortatióne & ſalúte: ſiue conſolámur, pro veſtra cõſolatióne: ſiue exhortâmur, pro veſtra exhortatióne & ſalúte: quæ operâtur tolerántiam earúndem paſsiónum, quas & nos pátimur: vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis: ſciéntes quóniam ſicut ſócii paſsiónum eſtis, ſic éritis & conſolatiónis. In Chriſto Ieſu Dómino noſtro.

Lectio Epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Timotheum.

2. Cap 2. CHariſſime. Nemo mílitãs Deo, ímplicat ſe negótiis ſeculáribus: vt ei pláceat, cui ſe probáuit. Nam & qui certat in agóne: non coronábitur, niſi legítimè certáuerit. Laborántem agrícolam opórtet

primúm de frúctibus accípere. Intél lige, quæ dico. Dabit enim tibi Dóminus in ómnibus intelléctum. Memor esto Dóminum Iesum Christum resurrexísse à mórtuis, ex sémine Dauid, secúndùm euangélium meum, in quo labôro vsq; ad víncula, quasi male óperans: sed verbum Dei non est alligátum. Ideò ómnia sustíneo propter eléctos: vt & ipsi salútem consequántur. In Christo Iesu Dómino nostro.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

1. Cap 4. FRatres. Spectáculũ facti sumus huic mundo, & ángelis, & homínibus. Nos stulti propter Christum: vos autem prudéntes in Christo. Nos infírmi: vos autem fortes. Vos nóbiles: nos autem ignóbiles. Vsque in hanc horam & esúrimus, & sitímus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instábiles sumus, & laborâmus operántes mánibus nostris. Maledícimur, & benedícimus: persecutiónem pátimur, & sustinémus: blasphemâmur, & obsecrámus. Tanquàm purgaménta huius mundi facti sumus ómnium peripsema, vsque adhuc. Non vt confúndam vos, hæc scribo: sed vt filios meos charíssimos móneo. In Christo Iesu Dño nostro.

Pſa. 20. Graduale. Posuísti Dómine super caput eius corónam, de lápide pretióso. Ver. Desidérium ánimæ eius tribuísti ei: & voluntáte labiôrum eius non fraudâsti eum.

Pſa. 111. Grad. Beátus vir, qui timet Dóminũ: in mandátis eius cupit nimis. Ver. Potens in terra erit semen eius: generátio rectôrum benedicêtur.

Pſa. 91. Grad. Iustus vt palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur in domo Dómini. Ver. Ad annunciándum manè misericórdiam tuam, & veritátem tuam per noctem.

Pſa. 136. Grad. Iustus non conturbábitur: quia Dóminus firmat manum eius. Ver. Tota die miserêtur, & commodat: & semen eius in benedictióne erit.

Pſa. 8. Grad. Glória & honôre coronâsti eũ: & constituísti eum super ópera mánuum tuârum. Ver. Quóniã eleuâta est magnificéntia tua super cælos, Deus.

Pſa. 111. Allelúia. Ver. Beátus vir qui timet Dóminum: in mandâtis eius cupit nimis.

Pſa. 20. Allelúia. Ver. Posuísti Dómine super caput eius corónam de lápide pretióso.

Pſa. 19. Allelúia. Ver. Iustus vt palma florébit, & sicut cedrus multiplicábitur.

Pſa. 63. Allelúia. Ver. Lætábitur iustus in Dómino, & sperábit in eo: & laudabúntur omnes recti corde.

Pſa. 36. Allelúia. Ver. Iustus non conturbábitur: quia Dóminus firmat manum eius.

Allelúia. Ver. Iste sanctus dignè in memóriam vértitur hóminum, qui ad gáudium transit angelôrum.

Sequentia siue Prosa.

SPe mercédis & corónæ, stetit martyr in agône, ad mortem obédiens.

Morte Christum imitâtus, fide firmus & firmâtus, firmo gressu grádiens.

Furit furor militâris, dum vir sacer, sacris aris immolátur hóstia.

Quem óccidunt & scriéntes, introdúcũt nescriéntes ad ætérna gáudia.

Christi fortis hic athléta, qui subîre mẽte læta, mortem non abhórruit.

Vt sit salus infirmôrum, & medéla peccatôrum, grátiam proméruit.

Cæci, claudi, surdi, muti, sunt ad vsum restitúti, diuína cleméntia.

Non est morbus, quem non curet, dum

Cap 16.

Cap 14.

fidén-

morbósum non obdúret mentis diffidéntia.

Hóstes Christi Christo credunt, signa signis dum sucédunt, arguménto fidei.

Ergo martyr inuocétur, vt per[illegible] nobis detur ad supérna próuehi.

Pſa. 2. Post Septuagesimã. Tractus. Desiderium ánimæ eius tribuísti ei, & voluntáte labiórũ eius non fraudásti eum. Ver. Quóniam præuenísti eum in benedictiónibus dulcédinis. Ver. Posuísti super caput eius corónam de lápide pretióso.

Sequéntia sancti euangélij secúndum Matthæum.

Cap 16. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Si quis vult venire post me, ábneget semetípsum, & tollat crucẽ suam & sequátur me. Qui enim volúerit ánimam suam saluam fácere, perdet eam. Qui autẽ perdíderit ánimam suam propter me, inuéniet eã. Quid enim prodest hómini, si vniuérsum mundum lucrétur, ánimæ verò suæ detriméntum patiátur? Aut quã dabit homo commutatiónẽ pro ánima sua? Fílius enim hóminis ventúrus est in glória patris sui cum ángelis suis: & tunc reddet vnicuíque secúndum ópera sua.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Lucam.

Cap 14. IN illo témpore. Dixit Iesus turbis. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & vxórem & filios, & fratres & soróres, adhuc autem & ánimam suam: non potest meus esse discípulus. Et qui non báiulat crucem suam, & venit post me: non potest meus esse discípulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificáre, non priùs sedens cómputat sumptus qui necessárii sunt, si hábeat ad perficiéndum: ne póstea quàm posúerit fundaméntum, & non potúerit perfícere, omnes qui vident, incípiãt illúdere ei, dicéntes: quia hic homo cœpit ædificáre, & non pótuit consummáre? Aut quis rex itúrus commíttere bellum aduérsus áliũ regem, nõ priùs sedens cógitat, si possit cum decẽ míllibus occúrrere ei, qui cum vigínti míllibus venit ad se? Alióquin adhuc illo longè agénte, legatiónem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renúnciat ómnibus quæ pósidet: non potest meus esse discípulus.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Ioánnem.

Cap 12. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Amen, amen dico vobis. Nisi granum fruménti cadens in terrã, mórtuum fúerit: ipsum solum manet. Si autem mórtuum fúerit: multum fructum affert. Qui amat ánimam suam, perdet eam: & qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitã ætérnam custódit eam. Si quis mihi minístrat, me sequátur: & vbi ego sum, illic & miníster meus erit. Si quis mihi ministráuerit, honorificábit eũ pater meus, qui est in cælis.

Sequéntia sancti Euangélii secúndum Matthæum.

Cap 10. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Nihil opértum, quod non reuelétur: & occúltum quod non sciátur. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine: & quod in aure audítis, prædicáte super tecta. Et nolíte timére eos qui óccidunt corpus, ánimam autem non possunt occídere: sed potiùs, eum timéte, qui potest & ánimam & corpus pérdere in gehén

nam. Nonné duo pásseres asse veneunt: & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autẽ & capílli cápitis, omnes numeráti sunt. Nolîte ergo timêre: multis passéribus meliôres estis vos. Omnis ergo qui confitébitur me coram homínibus: confitébor & ego eum corã patre meo, qui in cælis est.

Sequéntia sancti euangélij secúndùm Matthæum.

Ca o IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Nolîte arbitrâri, quòd vénerim pacem míttere in terram: non veni pacem míttere, sed gládiũ. Veni enim separâre hóminem aduérsus patrem suum, & filiam aduérsus matrem suam: & nurum aduérsus socrum suam: & inimíci hóminis, domésticí eius. Qui amat patrẽ aut matrem plus quàm me: non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me: non est me dignus. Et qui non áccipit crucem suam, & sequitur me: non est me dignus. Qui ínuenit ánimã suam, perdet eam: & qui perdíderit ánimam suam propter me, inuéniet eam. Qui récipit vos, me récipit: & qui récipit me, récipit eum qui me misit. Qui récipit prophétam in nómine prophétæ: mercédem prophétæ accípiet. Et qui récipit iustum in nómine iusti: mercédem iusti accípiet. Et quicunque déderit vni ex mínimis istis cálicem aquæ frígidæ, tantùm in nómine discípuli: amen dico vobis, non perdet mercédem suam.

Pſa. 8. **Offertorium.** Glória & honôre coronâsti eum: & constituísti eum super ópera mánuum tuârum Dómine.

Pſa. 91. **Offert.** Iustus vt palma florébit: sicut cedr⁹, qui in Líbano est, multiplicábitur.

Pſa. 20. **Offert.** Posuîsti Dómine in cápite eius corônam de lápide pretiôso: vitam pétiit à te, & tribuîsti ei.

Pſa. 20. **Offert.** In virtúte tua Dómine lætábitur [illegible], & super salutâre tuum exultâbit veheménter: desidérium ánimæ eius tribuîsti ei.

Pſa. 144. Pſa. 20. **Communio.** Magna est glória eius in salutári tuo, glóriam & magnum decôrem impónes super eum Dómine.

Pſa. 20. **Com.** Posuîsti Dómine in cápite eius corônam de lápide pretiôso.

Pſa. 32. Mat 16. **Com.** Qui vult venîre post me, ábneget semetípsum, & tollat crucem suam: & sequátur me.

Ioã 12. **Com.** Qui mihi minístrat, me sequátur: & vbi ego sum, illic & miníster meus erit.

Pſa. 63. **Com.** Lætábitur iustus in Dómino, & sperábit in eo: & laudabúntur omnes recti corde, allelúia.

Eccl 44. Ioã. 15. **Com.** Ego sum vitis vera, & vos pálmites: qui manet in me, & ego in eo: hic fert fructum multum, allelúia, allelú.

IN COMMVNI plurium martyrum.

Introitus.



Pſa. 78. Ntret in conspéctu tuo Dómine, gémitus compéditôrum: redde vicínis nostris septuplum, in sinu eôrum: víndica sánguinem sanctôrum tuôrum, qui effúsus est. Pſal. Deus venêrunt gentes in hæreditátem tuam: polluêrunt templũ sanctum tuum: posuêrunt Ierúsalem in pomôrum custódiam. Ver. Glória.

Introitus.

Pſa. 33. CLamauêrunt iusti, & Dóminus

exau-

exaudíuit eos: & ex ómnibus tribulatiónibus eôrum liberâuit eos. Pſal. Benedîcam Dóminum in omni témpore: ſemper laus eius in ore meo. Ver. Glória.

Pſa. 144 Introitus.

SAncti tui, Dómine, benedícent te: glóriam regni tui dicent allelúia, allelúia. Pſal. Exaltábo te Deus meus rex: & benedícam nómini tuo in ſéculum, & in ſéculum ſéculi. Ver. Glória.

Pſa. 32. Introitus.

ECce óculi Dómini ſuper timéntes eum, ſperántes in miſericórdia eius, allelúia, vt erípiat à morte ánimas eôrum: quóniam adiútor & protéctor noſter eſt, allelúia, allelúia. Pſal. Exultáte iuſti in Dómino: rectos decet collaudátio. Ver. Glória.

Introitus.

Ecc 44 SApiéntiam ſanctôrum narrant pópuli: & laudem eôrum núnciet eccléſia: nómina autem eôrum viuent in ſéculum ſeculi. Pſal. Exultáte iuſti in Dómino: rectos decet collaudátio. Ver. Glória.

Pſa 32 Introitus.

Pſa. 84. LOquétur Dóminus pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos: & in eos, qui conuertúntur ad ipſum. Pſal. Benedixíſti Dómine terrã tuam: auertíſti captiuitátem Iacob. Ver. Glória.

Introitus.

Pſa. 33. MVltæ tribulatiónes iuſtôrum: & de his ómnibus liberâuit eos Dóminus: Dóminus cuſtódit ómnia oſſa eôrum: vnum ex his non conterêtur. Pſal. Benedícam Dóminũ in omni témpore: ſemper laus eius in ore meo. Ver. Glória.

Introitus.

Pſa. 112. LAudâte púeri Dóminum, laudâte nomen Dómini: qui habitâre facit ſtérilem in domo, matrem filiórum lætántem. Pſal. Sit nomen Dómini benedíctum: ex hoc nunc, & vſque in ſéculum. Ver. Glória.

Introitus.

Pſa. 36. SAlus autem iuſtôrum à Dómino: & protéctor eôrum eſt in témpore tribulatiónis. Pſal. Noli æmulâri in malignántibus: neque zelâueris faciéntes iniquitátem. Ver. Glória.

Introitus.

Sap 3. IVdicant ſancti gentes, & dominántur pópulis: regnábit Dóminus Deus illôrum in perpétuum. Pſal. Exultáte iuſti in Dómino: rectos decet collaudátio. Ver. Glória.

Introitus.

Pſa. 32. TImête Dóminum omnes ſancti eius, quóniam nihil deeſt timéntibus eum: díuites eguêrunt, & eſurierunt: inquiréntes autem Dóminum non deficient omni bono. Pſal. Benedícam Dóminum in omni témpore: ſemper laus eius in ore meo. Ver. Glória.

Introitus.

Pſa. 33. IVſti epuléntur, & exúltent in conſpéctu Dei: & delecténtur in lætítia. Pſal. Exúrgat Deus & diſsipéntur inimíci eius: & fúgiant qui odêrunt eum à fácie eius. Ver. Glória.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beatôrum mártyrum tuôrũ N. & N. ſolennitáte lætíficas: præſta quæſumus: vt quorum gaudémus méritis: inſtruâmur exémplis. Per.

Secreta.

OBlátis, quæſumus Dómine, placâre munéribus: & intercedéntibus ſanctis martyribus tuis: à cunctis nos defénde periculis. Per.

Complenda.

HAec nos commúnio, Dómine, purget à crímine: & intercedéntibus ſanctis martyribus tuis: cæléſtis remédii fáciat eſſe conſórtes. Per.

Oratio.

DEus, qui nos concédis ſanctôrum mártyrum tuôrum N. & N. natalítia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine, de eôrum ſocietáte gaudêre. Per Dóminum. Secreta.

MVnera tibi, Dómine, noſtræ deuotiónis offérimus: quæ & pro tuôrum tibi grata ſint honôre iuſtôrum: & nobis ſalutária te miſeránte reddántur. Per. Complenda.

PRæſta nobis, quæſumus Dómine: intercedéntibus ſanctis martyribus tuis N. & N. vt quæ ore cõtíngimus: pura mente capiámus. Per.

Oratio.

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus: vt qui glorióſos mártyres tuos N. & N. fortes in ſua confeſsióne cognóuimus: pios apud te in noſtra interceſsióne ſentiámus. Per.

Secreta.

SAcrifíciis præſéntibus, quæſumus Dómine, inténde placâtus: vt intercedéntibus ſanctis martyribus tuis N. & N: & deuotióni noſtræ proficiant & ſalûti. Per.

Complenda.

QVæſumus omnípotens Deus: vt intercedéntibus ſanctis tuis: illíus ſalutâris capiámus effédum: cuius per hæc myſtéria pignus accépimus. Per. Oratio.

DA, quæſumus omnípotens Deus: vt qui beatôrum mártyrum tuôrum N. & N. ſolénnia cólimus: eôrum apud te interceſsiónibus adiuuêmur. Per Dóminum. Secreta.

HOſtias tibi, Dómine, ſanctôrũ mártyrum tuôrum N. & N. dicátas méritis benígnus aſſume: & ad perpétuum nobis tríbue prouenîre ſubsídium. Per. Complenda.

QVæſumus omnípotens Deus: vt qui cæléſtia alimênta percépimus: intercedéntibus ſanctis tuis N. & N. per hæc contra ómnia aduérſa muniámur. Per. Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus: vt qui ſanctôrum mártyrum tuôrum N. & N. ſolénnia cólimus: eôrum etiam virtútes imitêmur. Per. Secreta.

HOſtia hæc, quæſumus Dómine, quam ſanctôrum tuôrum natalítia recenséntes offérimus: & víncula noſtræ prauitátis abſóluat: & tuæ nobis miſericórdiæ dona concíliet. Per. Complenda.

SAcro múnere ſatiáti ſúpplices te, Dómine, deprecâmur: vt quod débitæ ſeruitûtis celebrámus officio: intercedéntibus ſanctis martyribus tuis, ſaluatiónis tuæ ſentiámus augméntum. Per.

Léctio libri Sapiéntiæ.

LIngua ſapientûm ornat ſciéntiam: os fatuôrum ebúllit ſtultitiam. In omni loco óculi Dómini cõtemplántur bonos & malos. Lingua placábilis, lignum vitæ: quæ autem immoderáta eſt, cónterit ſpíritum. Domus iuſti plúrima fortitúdo: & in frúctibus ímpij conturbátio. Lábia ſapientûm diſſeminábunt ſciéntiam: cor ſtultôrum diſsímile erit. Víctimę impiôrum abominábiles Dómino: vota iuſtôrum placabília. Qui ſéquitur iuſtítiam, diligêtur à Dómino. Pro. 15.

Léctio libri Sapiéntiæ.

EXpectátio iuſtôrum lętítia: ſpes autem impiôrum períbit. Fortitúdo ſímplicis via Dómini: & pauor his qui operántur malum. Iuſtus in Pro. 10.

ætér-

ætérnum non commouébitur: ímpii autem non habitábunt ſuper terram. Os iuſti partúriet ſapiéntiam, & lingua prauôrum peribit. Lábia iuſti cõ síderant plácita: & os impiorum peruérſa. Simplícitas iuſtôrum díriget eos: & ſupplantátio peruerſôrum vaſtábit illos. Iuſtítia rectôrum liberábit eos: & in insídiis ſuis capiéntur iníqui. Iuſtus de angúſtia liberâtus eſt: & tradétur ímpius pro eo. Simulátor ore décipit amícum ſuum: iuſti autem liberabúntur ſciéntia. In bonis iuſtôrum exaltábitur cíuitas: & in perditióne impiôrum erit laudátio. In benedictióne iuſtôrum exaltábitur cíuitas.

Cap. 11

Léctio libri Sapiéntiæ.

IVſtôrum ánimæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos torméntũ mortis. Viſi ſunt óculis ínſipiéntium mori: & æſtimâta eſt afflíctio, exítus illôrum. Et ab itínere iuſto abiérunt in extermínium: & quod à nobis eſt iter extermínii: illi autem ſunt in pace. Et ſi coram homínibus torménta paſsi ſunt: ſpes illôrum immortalitáte plena eſt. In paucis vexâti, in multis benè diſponéntur: quóniam Deus tentáuit eos, & inuenit eos dignos ſe. Tãquam aurum in fornáce probáuit illos, & quaſi holocáuſti hóſtiam accépit illos, & in témpore erit reſpéctus illôrum. Fulgébunt iuſti, & tanquàm ſcintíllæ in arundinéto diſcúrrent. Iudicábunt natiónes, & dominabúntur pópulis: & regnábit Dóminus illôrum in perpétuum.

Cap. 3.

Léctio libri Sapiéntiæ.

REddidit Deus iuſtis mercédem labôrum ſuôrum: & dedúxit illos in via mirábili. Et fuit illis in velaménto diei, & in luce ſtellârum per noctem. Tránſtulit illos per mare rubrum: & tranſuéxit illos per aquam nímiam. Inimícos autem illôrum demérſit in mare, & ab altitúdine inferôrum eduxit illos. Ideò iuſti tulêrũt ſpólia impiôrum: & decantauêrunt Dómine nomen ſanctum tuum, & victrícem manum tuam laudauêrũt páriter, Dómine Deus noſter.

Cap. 10.

Léctio libri Sapiéntiæ.

IVſti autem in perpétuum viuent: & apud Dóminum eſt merces eôrum: & cogitátio eôrum apud altíſſimum. Ideò accípient regnum decôris, & diadéma ſpeciéi de manu Dómini: quóniam déxtera ſua teget eos, & bráchio ſancto ſuo deféndet illos. Accípiet armatûram zelus illíus, & armábit creatûram ad vltiónem inimicôrum. Induet pro thórace iuſtítiam: & accípiet pro gálea iudícium certum. Sumet ſcutum inexpugnábile, æquitátem.

Cap. 5.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

FRatres. Rememorámini priſtínos dies, in quibus illuminâti, magnum certámen ſuſtinuîſtis paſſiónum. Et in áltero quidem oppróbriis & tribulatiónibus ſpectáculum facti: in áltero autem ſócii táliter cõuerſántium effécti. Nam & vinctis compáſsi eſtis: & rapínam bonôrum veſtrôrum, cum gaudio ſuſcepíſtis, cognoſcéntes vos habêre meliôrem & manéntem ſubſtántiã. Nolíte itaque amíttere confidéntiam veſtram, quę magnam habet remuneratiónẽ. Patiéntia enim vobis neceſſária eſt: vt voluntátem Dei faciéntes, reportétis promiſſiónem. Adhuc enim módicũ

Cap. 10.

aliquán-

aliquantulumque, qui ventûrus est véniet, & non tardábit. Iustus autem meus ex fide viuit.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

Cap 11. FRatres. Sancti per fidem vicêrũt regna: operâti sunt iustitiam: adépti sunt repromissiónes. Obturauêrunt ora leónum: extinxêrunt ímpetum ignis: effugauêrũt áciem gládii: conualuêrunt de infirmitáte: fortes facti sunt in bello: castra vertêrunt exterórum: accepêrunt mulíeres de resurrectióne mórtuos suos. Alii autem distênti sunt, non suscipiéntes redemptiónem, vt meliórem inuenírẽt resurrectiónem. Alii verò ludíbria & vérbera expérti, ínsuper & víncula & cárceres: lapidáti sunt, secti sunt, tentáti sunt, in occisióne gládii mórtui sunt. Circuiêrunt in melótis, in péllibus caprínis: egéntes, angustiáti, afflícti: quibus dignus non erat mundus. In solitudínibus errántes, in móntibus, & spelúncis, & in cauérnis terræ. Et hi omnes testimónio fidei probáti, digni inuénti sunt. In Christo Iesu Dómino nostro.

Léctio Epístolæ beáti Petri Apóstoli.

1. Cap 1. BEnedíctus Deus & pater Dómini nostri Iesu Christi, qui secúndum magnam misericórdiam suam regenerâuit nos, in spem viuam, per resurrectiónem Iesu Christi ex mórtuis, in hæreditátem incorruptibilẽ, & incontaminátã, & immarcessíbilẽ, conseruátam in cælis in vobis: qui in virtúte Dei custodímini per fidẽ in salûtẽ, parâtam reuelâri in témpore nouíssimo: in quo exultábitis, módicum nunc si opórtet, contristâri in variis tentatiónibus: vt probátio vestræ fídei multò pretiósior sit auro: (quod per ignem probâtur) Inueniátur in laudem, & glóriam, & honórem, in reuelatiónem Dómini nostri Iesu Christi.

Léctio libri Apocalypsis beáti Ioánnis Apóstoli.

Cap 7. IN diébus illis. Respóndit vnus de senióribus, & dixit mihi. Hi qui amícti sunt stolis albis, qui sunt? & vnde venêrunt? Et dixi illi. Dómine mi, tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt qui venêrunt de tribulatióne magna: & lauêrunt stolas suas, & dealbauêrunt eas in sánguine agni. Idò sunt ante thronum Dei, & séruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitábit super illos. Non esúrient, neque sítient ámplius: nec cadet super illos sol, neq; vllus æstus. Quóniam Agnus qui in médio throni est, reget illos: & deducet eos ad vitæ fontes aquârum: & absterget Deus omnem láchrymam ab óculis eórũ.

Graduale. Anima nostra sicut passer erépta est de láqueo venántium. Ver. Láqueus contrítus est, & nos liberáti sumus: adiutórium nostrũ in nómine Dómini, qui fecit cælum & terram. Pſa. 123.

Grad. Glorióſus Deus in sanctis suis: mirábilis in maiestáte, fáciens prodígia. Ver. Déxtera túa Dómine glorificáta est in virtúte: déxtera manus tua confrégit inimícos. Ex. 15.

Grad. Iustórum ánimæ in manu Dei sunt: & non tanget illos torméntum malítiæ. Ver. Visi sunt óculis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace. Sap 3.

Grad. Víndica Dómine sánguinẽ sanctórum tuórũ, qui effúsus est. Ver. Posuêrunt mortália seruórum tuórũ, escas Pſa 87.

vola-

volatílibus cæli: carnes ſanctôrum tuôrum béſtiis terræ.

Pſa. 132. Grad. Ecce quàm bonum,& quàm iucúndum, habitâre fratres in vnũ. Ver. Sicut vnguéntum in cápite,quod deſcẽdit in barbam, barbam Aaron. Ver. Mandáuit Dóminus benedictiónem,& vitam vſque in ſéculum.

Pſa. 149 Grad. Exultábunt ſancti in glória: lætabúntur in cubílibus ſuis. Ver. Cantáte Dómino cánticum nouum:laus eius in eccléſia ſanctôrum.

Pſa. 33. Grad. Timéte Dóminum omnes ſancti eius: quóniam nihil deeſt timéntibus eum. Ver. Inquiréntes autem Dóminũ, non defícient omni bono.

Pſa. 33. Grad. Clamauérunt iuſti,& Dóminus exaudíuit eos: & ex ómnibus tribulatiónibus eôrum liberáuit eos. Ver. Iuxtà eſt Dóminus his qui tribuláto ſunt corde: & húmiles ſpíritu ſaluábit.

Pſa. 32 Allelúia. Ver. Sancti & iuſti in Dómino gaudête: vos elégit Deus in hæreditátem ſibi.

Allelúia. Ver. Te martyrum candidátus laudat exércitus Dómine.

Apo 7. Allelúia. Ver. Iſti ſunt, qui venêrũt ex magna tribulatióne, & lauêrunt ſtolas ſuas, & dealbauêrunt eas in ſánguine agni.

Pſa. 32. Allelúia. Ver. Gaudête iuſti in Dómino: rectos decet collaudátio.

Pſa. 67. Allelúia. Ver Mirábilis Dóminus noſter in ſanctis ſuis.

Pſa. 67. Allelúia. Ver. Iuſti epuléntur, & exúltent in conſpéctu Dei: & delecténtur in lætítia.

Sap 3. Allelúia. Ver. Fulgébunt iuſti, & tanquam ſcintíllæ in arundinéto diſcúrrent in ætérnum.

Pſa. 31. Allelúia. Ver. Lætámini in Dómino, & exultáte iuſti: & gloriámini omnes recti corde.

Pſa. 144 Allelúia. Ver. Sancti tui Dómine benedícent te: glóriam regni tui dicent.

Sap 3. Allelúia. Ver. Iudicábunt ſancti natiónes, & dominabúntur pópulis: & regnábit illôrum rex in ætérnum.

Pſa. 149 Allelúia. Ver. Exultábũt ſancti in glória: lætabúntur in cubílibus ſuis.

Tractus. Qui ſéminant in láchrymis, in exultatióne metent. Ver. Eúntes ibant, & flebant, mitténtes ſémina ſua. Ver. Veniéntes autem vénient cũ exultatióne, portántes manípulos ſuos.

Proſa.

O Beáta beatôrum mártyrum ſolénnia.

O deuotè recolénda victorũ certámina.

Digni dignis fulgent ſignis, & florent virtútibus

Illos ſemper condecénter venerémur láudibus.

Fide, voto, corde toto, adhæsêrunt Dómino.

Et inuícti,ſunt addicti atroci martyrio.

Carceráti, trucidáti,tormentôrum génera.

Igne læſi,ferro cæſi,pertulêrũt plúrima.

Dum ſic torti cedunt morti, carnis per intéritum: vt elécti, ſunt adépti beatôrum præmia.

Per contémptum mundanôrum, & per bella fórtia, meruêrunt angelôrum, victôres, conſórtia.

Ergo facti cohærédes Chriſto in cæléſtibus.

Apud ipſum vota noſtra promouête précibus.

Vt poſt huius finem vitæ,& poſt tranſitória,

In perénni mereámur exultári glória.

Sequéntia sancti Euangélij secúndùm Lucam.

Cap 21. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Cùm audiéritis prælia & seditiónes, nolíte terrêri: opórtet primùm hæc fíeri, sed nondum statim finis. Tunc dicébat illis. Surget gens contra gentem: & regnum aduérsus regnum: & terræmótus magni erunt per loca, & pestiléntiæ,& fames: terróresque de cælo, & signa magna erunt. Sed ante hæc ómnia, inícient vobis manus suas: & persequéntur, tradéntes in synagógas & custódias, trahéntes ad reges & præsides, propter nomen meum. Contínget autẽ vobis in testimónium. Pónite ergo in córdibus vestris, non præmeditâri quemádmodum respondeâtis. Ego enim dabo vobis os & sapiéntiam: cui non póterunt resístere & contradícere omnes aduersárij vestri. Tradémini autem à paréntibus & frátribus, & cognátis & amícis; & morte affícient ex vobis. Et éritis ódio ómnibus homínibus,propter nomẽ meum: & capíllus de cápite vestro non períbit. In patiéntia vestra possidébitis ánimas vestras.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Matthæum.

Cap 5. IN illo témpore. Videns Iesus turbas, ascéndit in montem. Et cùm sedísset, accessêrunt ad eum discípuli eius: & apériens os suum, docébat eos, dicens. Beáti páuperes spíritu: quóniam ipsôrum est regnum cælôrum. Beáti mites; quóniam ipsi possidébunt terram. Beáti qui lugent: quóniam ipsi consolabúntur. Beáti qui esúriunt, & sítiunt iustitiã: quóniam ipsi saturabúntur. Beáti misericórdes: quóniam ipsi misericórdiam consequéntur. Beáti mundo corde: quóniam ipsi Deum vidébunt. Beáti pacífici: quóniam filii Dei vocabúntur. Beáti qui persecutiónem patiúntur propter iustítiam: quóniam ipsôrum est regnum cælôrum. Beáti estis cùm maledíxerint vobis hómines,& persecûti vos fúerint: & díxerint omne malum aduérsum vos,mentiéntes propter me. Gaudéte & exultáte: quóniam merces vestra copiósa est in cælis.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

Cap 6. IN illo témpore. Descéndens Iesus de monte, stetit in loco campéstri, & turba discipulôrum eius, & multitûdo copiósa plebis ab omni Iudæa & Ierúsalem: & marítima & Tyri & Sidónis,qui venérant vt audîrent eũ, & sanaréntur à languóribus suis. Et qui vexabántur à spiritibus immúndis,curabántur. Et omnis turba quę-rébat eum tángere: quia virtus de illo exîbat, & sanábat omnes. Et ipse eleuátis óculis in discípulos suos, dicébat. Beáti páuperes: quia vestrum est regnum Dei. Beáti qui nunc esúritis: quóniam saturabímini. Beáti qui nunc fletis: quia ridébitis. Beáti éritis cùm vos óderint hómines,& cùm separáuerint vos,& exprobráuerint,& eiécerint nomen vestrum tanquàm malum, propter fíliũ hóminis. Gaudéte in illa die & exultâte: ecce enim merces vestra,multa est in cælo.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

Cap 11. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Atténdite à ferménto pharisæôrum: quod est hypocrisis.

Nihil autem opértum, quod non reuelétur: neque abscónditum, quod non sciâtur. Quóniam quæ in ténebris dixîstis, in lúmine dicéntur: & quod in aure locûti estis in cubículis, prædicábitur in tectis. Dico autem vobis amícis meis: Ne terreámini ab his qui óccidunt corpus: & post hæc non habent ámplius quid fáciant. Osténdam autem vobis quem timeátis. Timéte eum qui postquàm occíderit, habet potestâtẽ míttere in gehénnam. Ita dico vobis, hunc timéte. Nonné quinque pásseres vęneunt dipóndio: & vnus ex illis non est in obliuióne coram Deo? Sed & capílli cápitis vestri, omnes numerâti sunt. Nolîte ergo timêre: multis passéribus pluris estis vos. Dico autem vobis: omnis quicunque conféssus fúerit me coram homínibus, & fílius hóminis confitébitur illũ coram ángelis Dei.

Sequéntia sancti euangélij secúndum Matthæum.

Cap 10. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Cùm persequéntur vos in ciuitáte ista, fúgite in áliam. Amen dico vobis: non consummábitis ciuitátes Israël: donec véniat filius hóminis. Non est discípulus super magístrum: neq; seruus super dóminum suum. Súfficit discípulo, vt sit sicut magíster eius: & seruo, sicut dóminus eius. Si patrem famíliâs Beélzebub vocauêrunt: quantò magis domésticos eius? Ne ergo timuéritis eos. Nihil enim est opértum, quod nõ reuelêtur: & occúltum, quod non sciâtur. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine. Et quod in aure audîtis, prædicâte super tecta. Et nolîte timêre eos qui óccidunt corpus, ánimam autem non possunt occídere. Sed pótius eum timête: qui potest & ánimam, & corpus pérdere in gehénnam. Nonné duo pásseres asse væneunt: & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autẽ & capílli cápitis, omnes numerâti sunt. Nolîte ergo timêre: multis passéribus meliôres estis vos. Omnis ergo, qui confitébitur me corã homínibus: confitébor & ego eum coram patre meo, qui in cælis est.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Marcum.

Cap 13. IN illo témpore. Egrediénte Iesu de templo, ait illi vnus ex discípulis suis. Magíster, áspice quales lápides, & quales structûræ. Et respóndens Iesus, ait illi. Vides has omnes magnas ædificatiónes? Non relinquêtur lapis super lápidem, qui non destruátur. Et cùm sedéret in monte oliuârum contra templum, interrogábant eum separátim Petrus, & Iacobus, & Ioánnes, & Andréas. Dic nobis, quando ista fient? & quod signũ erit, quando hęc omnia incípient cõsummâri? Et respóndens Iesus, cœpit dícere illis. Vidête ne quis vos sedûcat. Multi enim véniẽt in nómine meo dicéntes, quia ego sum: & multos sedûcent. Cùm audiéritis autem bella, & opiniónes bellôrũ: ne timuéritis. Opórtet enim hæc fíeri: sed nondũ finis. Exúrget enim gens contra gentem, & regnum super regnũ: & erunt terræmótus per loca, & fames. Inítium dolôrum, hæc. Videte autem vosmetípsos. Tradent enim vos in concíliis: & in synagógis vapulábitis: & ante præsides & reges stábitis propter me, in testimónium illis.

illis. Et in omnes gentes primùm opórtet prędicâri euangélium. Et cùm dúxerint vos tradéntes, nolîte præcogitâre quid loquámini: ſed quod datum vobis fúerit in illa hora, id loquímini. Non enim vos eſtis loquéntes, ſed Spíritus ſanctus. Tradet autẽ frater fratrem in mortem, & pater filium: & conſúrgent filii in paréntes, & morte affícient eos. Et éritis ódio ómnibus propter nomen meum. Qui autem ſuſtinúerit in finem: hic ſaluus erit.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndùm Matthæum.

Cap 24. IN illo témpore. Sedénte Ieſu ſuper montem oliuéti, acceſſêrunt ad eũ diſcípuli eius ſecrétò, dicéntes. Dic nobis, quando hæc erunt, & quod ſignũ aduéntus tui, & conſummatiónis ſéculi? Et reſpóndens Ieſus, dixit eis. Vidête, ne quis vos ſedûcat. Multi enim vénient in nómine meo dicéntes, ego ſum Chriſtus: & multos ſedûcent. Auditûri enim eſtis prælia, & opiniónes prælîórum. Vidête, ne, turbémini. Opórtet enim hæc fíeri: ſed nondũ eſt finis. Conſúrget enim gens in gentem, & regnum in regnũ: & erunt peſtiléntiæ, & fames, & terræmótus per loca. Hęc autem ómnia inítia ſunt dolôrum. Tunc tradent vos in tribulatiónẽ, & óccident vos: & éritis ódio ómnibus géntibus propter nomen meum. Et tunc ſcandalizabúntur multi: & ínuicem tradent: & ódio habébunt ínuicem. Et multi pſeudoprophétæ ſurgent: & ſedúcẽt multos. Et quóniam abundábit iníquitas: refrigéſcet cháritas multôrum. Qui autem perſeueráuerit vſq; in finem; hic ſaluus erit.

Sequéntia ſancti euangélij ſecúndùm Lucam.

Cap 11. IN illo témpore. Dicébat Ieſus turbis Iudæôrum, & principibus ſacerdótum: Væ vobis, qui ædificátis monuménta prophetârum: patres autẽ veſtri occidêrunt illos. Profécto teſtificámini, quòd conſéntitis opéribus patrum veſtrôrum: quóniam ipſi quidem eos occidérunt, vos autem ædificátis eôrum ſepúlchra. Proptérea & ſapiéntia Dei dixit. Mittam ad illos prophétas & apóſtolos, & ex illis óccident, & perſequéntur: vt inquirâtur ſanguis ómnium prophétarũ, qui effûſus eſt à conſtitutióne mundi à generatióne iſta, à ſánguine Abel vſque ad ſánguinem Zachâriæ, qui périit inter altâre & ædem. Ita dico vobis, requirétur ab hac generatióne. Væ vobis legiſpéritis, qui tulíſtis clauem ſciéntiæ. Ipſi non introîſtis: & eos qui introíbant, prohibuîſtis. Cùm autem hæc ad illos díceret, cœperunt phariſæi & legiſpériti gráuiter inſíſtere, & os eius opprímere de multis: inſidiántes ei, & quęréntes áliquid cápere ex ore eius: vt accuſârent eũ.

Offertorium. Anima noſtra ſicut paſſer erépta eſt de láqueo venántium: láqueus contrîtus eſt, & nos liberáti ſumꝰ. Pſa. 123.

Offert. Lætámini in Dómino, & exultáte iuſti: & gloriámini omnes recti corde. Pſa. 31.

Offert. Repléti ſumus manè miſericórdia tua: & exultáuimus, & delectáti ſumus, allelúia. Pſa. 89.

Offert. Mirábilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraël: ipſe dabit virtútem, & fortitúdinem plebi ſuæ: benedíctus Deus, allelúia. Pſa. 67.

Offert. Confitebúntur cæli mirabília Pſa. 82.

tua Dómine: & veritátem tuam in eccléſia ſanctórum, allelúia, allelúia.

Pſa. 149. **Offert.** Exultábunt ſancti in glória: lætabúntur in cubílibus ſuis: exultatiónes Dei in fáucibus eórum.

Pſa. 5. **Offert.** Gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum: quóniam tu Dómine benedíces iuſtis: Dómine, vt ſcuto bonæ voluntátis tuæ coronâſti eos.

Luc 6. **Communio.** Multitúdo languéntiũ, & qui vexabántur à ſpirítibus immúndis, veniébant ad eum: quia virtus de illo exíbat, & ſanábat omnes.

Pſa 32. **Com.** Gaudéte iuſti in Dómino, allelúia: rectos decet collaudátio allelúia.

Sap 3. **Com.** Iuſtórum ánimæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos torméntum malítiæ: viſi ſunt óculis inſipiéntium mori: illi autem ſunt in pace.

Pſa. 78. **Com.** Poſuérunt mortália ſeruórum tuórum Dómine eſcas volatílibus cæli, carnes ſanctórum tuórum béſtiis terræ: ſecúndùm magnitúdinẽ bráchii tui póſſide filios morte punitórum.

Mat 25. **Com.** Amen dico vobis: quod vni ex mínimis meis fecíſtis, mihi fecíſtis: venîte benedícti patris mei, poſsidéte parâtum vobis regnum ab inítio féculi.

Sap 3. **Com.** Etſi corã homínibus torménta paſsi ſunt, Deus tentáuit eos: tanquam aurum in fornáce probáuit eos: & quaſi holocáuſta accépit eos in ætérnum.

Mar 16. **Com.** Signa eos qui in me credunt, hæc ſequéntur: dæmónia eiícient: ſuper ægros manus impónent: & bene habébunt.

Luc 12. **Com.** Dico autem vobis amícis meis: ne terreámini ab his, qui vos perſequuntur.

Mat 10. **Com.** Quod dico vobis in ténebris, dícite in luce, dixit Dóminus: & quod in aure audîſtis, prædicâte ſuper tecta.

Com. Ego vos elégi de mundo: vt eátis, & fructum afferâtis, & fructus veſter máneat. Ioã. 15.

Com. Beáti mundo corde; quóniam ipſi Deum vidébunt: beáti pacífici; quóniam filii Dei vocabúntur: beáti qui perſecutiónem patiúntur propter iuſtítiã; quóniam ipſórum eſt regnum cælórum.

IN COMMVNI Confeſſorum & Pontificum. Introitus.

Eccl 45. Tatuit ei Dóminus teſtaméntum pacis: & príncipem fecit eum: vt ſit illi ſacerdótii dignitas in ætérnum. Pſal. Miſericórdias Dómini in ætérnum cantábo. Pſa. 88. Ver. Glória.

Introitus.

Pſa. 131. Sacerdótes tui Dómine índuant iuſtítiam, & ſancti tui exúltent: propter Dauid ſeruum tuum, non auértas fáciem Chriſti tui. Pſal. Meménto Dómine Dauid: & omnis manſuetúdinis eius. Ver.. Glória.

Introitus.

Dan 3. Sacerdótes Dei benedícite Dómino: ſancti & húmiles corde, laudáte Deum. Pſal. Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino: laudáte & ſuperexaltáte eum in ſecula. Ver. Glória.

Introitus.

Pſa. 31. Sacerdótes eius índuant ſalutâre: & ſancti eius exultatióne exultábunt. Pſal. Meménto Dómine Dauid: & omnis manſuetúdinis eius. Ver. Gloria.

Introitus.

Pſa. 36. Os iuſti meditábitur ſapiéntiam, & lingua eius loquétur iudícium: lex Dei eius, in corde ipſius.

Psal. Noli æmulári in malignántibus: neque zeláueris facientes iniquitátem. Ver. Glória.

DE CONFESSORE ET Pontifice. Oratio.

DA quæsumus omnípotens Deus: vt beáti N. confessóris tui atque pontíficis veneránda solénnitas: & deuotiónem nobis áugeat & salútem. Per. Secreta.

SAncti confessóris tui atque pontíficis N. nobis, Dómine, pia nõ desit orátio: quæ & múnera nostra concíliet: & tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per. Comple.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus: vt de percéptis múneribus grátias exhibéntes: intercedénte beato N. confessóre tuo atque pontífice: beneficia potiôra sumámus. Per.

De confessore & pontifice alia Oratio.

EXáudi, quæsumus Dómine, preces nostras: quas in beáti N. cõfessóris tui atque pontíficis solennitáte deférimus: & qui tibi dignè meruit famulâri: eius intercedéntibus méritis ab ómnibus nos absólue peccátis. Per. Secreta.

SAncti N. confessóris tui atq; põtíficis, quęsumus Dómine, ánnua solénnitas pietáti tuæ nos reddat acceptos: vt per hæc piæ placatiónis offícia: & illum beáta retribútio comitétur: & nobis grátiæ tuæ dona concíliet. Per. Complenda.

DEus fidélium remunerátor animârum, præsta vt beáti N. cõfessóris tui atque pontíficis: cuius veneránda celebrámus festiuitátem: précibus eius indulgéntiam consequámur. Per Dóminum.

De Confessore & Pontifice alia. Oratio.

EXáudi, Dómine, preces nostras: & intercedénte beato N. confessóre tuo atque pontífice: indulgéntiam nobis tríbue placâtus & pacem. Per. Secreta.

ACcépta tibi sit, quæsumus Dómine, sacratæ plebis oblatio pro tuôrum honôre sanctôrum, quorum se méritis percepîsse de tribulatióne cognóscit auxílium. Per.

Complenda.

DA, quæsumus Dómine, fidelibus pópulis sanctôrum tuôrũ semper veneratiône lætâri: & eôrum perpétua supplicatióne munîri. Per. Dóminum.

DE DOCTORE Oratio.

DEus qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum N. miníſtrum tribuîsti: præsta quæsumus: vt quem doctórem vitæ habúimus in terris: intercessórem habêre mereámur in cælis. Per. Secreta.

OMnípotens sempitérne Deus: múnera quæ tuæ maiestáti offérimus: per beáti N. confessóris tui atque pontíficis intercessiónem: fac nobis, quæsumus, ad ætérnam proficere salûtem. Per Dóminum.

Complenda.

SAcraménta salútis nostræ suscipiéntes: concéde misericors Deus: vt beáti N. confessóris tui atque pontíficis nos vbiq; orátio ádiuuet: in cuius veneratióne hæc tuæ obtúlimus maiestáti. Per.

DE CONFESSORE NON pontifice Oratio.

DEus, qui nos beáti N. confessóris tui ánnua solennitáte lætíficas:

Psa. 36.

tíficas: concéde propítius: vt cuius natalítia cólimus: per eius ad te exémpla gradiâmur. Per. **Secreta.**

Láudis tibi, Dómine, hóstias immolâmus in tuorum commemoratióne sanctôrum: quibus nos & præséntibus éxui malis cõfidimus & futúrss. Per. **Comple.**

REfécti cibo potúque cæléſti, Deus noſter, te ſúpplices exorâmus: vt in cuius hæc commemoratióne percépimus: eius muniámur & précibus. Per.

De confessore non pontifice

Oratio.

ADésto, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris: quas in beáti N. confeſſóris tui ſolennitáte deférim⁹: vt qui noſtræ iuſtítiæ fidúciam non habémus: eius qui tibi plácuit précibus adiuuémur. Per Dóminum.

Secreta.

PRæſta nobis quęſumus omnípotens Deus: vt noſtræ humilitátis oblátio: & pro tuôrum tibi grata ſit honôre ſanctórum: & nos córpore páriter & mente purificet. Per.

Complenda.

QVæſumus omnípotens Deus: vt qui cæléſtia aliménta percépimus: intercedénte beáto N. confeſſóre tuo: per hæc contra ómnia aduérſa muniámur. Per.

IN COMMVNI CONfeſſoris & Abbatis. Introitus.

Pſa. 36.



S iuſti meditábitur ſapiéntiã, & lingua eius loquétur iudícium: lex Dei eius, in corde ipsíus. **Pſal.** Noli æmulari in malignántibus: neque zeláueris faciéntes iniquitátem. **Ver. Glória.** **Oratio.**

INtercéſſio nos, quæſumus Dómine, beáti N. abbatis commendet: vt quod noſtris méritis nõ valémus: eius patrocínio aſſequâmur. Per.

Epiſtola. Diléctus Deo & homínibus. vt infra. **Grad.** Dómine præuenîſti eum. **Allelúia.** Os iuſti. **Proſa.** Ad laudes Saluatóris. **de Confeſſore nõ Pontifi.** **Poſt Septuageſimam Tractus.** Beátus vir. **Tempore Paſchali.** Allelúia. Os iuſti. Allelúia, **Ver.** Nonné cor noſtrum ardens erat in nobis de Ieſu, dum nobis loquerétur in via? Allelúia **Proſa.** Victimæ paſchali laudes. **Euangelium omni tempore.** Nemo accéndit. **Offert.** Deſidérium ánimæ. Luc 24.

Secreta.

SAcris altáribus, Dómine, hóſtias ſuppóſitas, ſanctus N. abbas quæſumus in ſalûtem nobis proueníre depóſcat. Per. **Com:** Amẽ dico vobis: quòd vos qui reliquîſtis ómnia: & ſecúti eſtis me: centuplum accipiétis, & vitã ætérnam poſsidébitis. **Complen.**

PRótegat nos, Dómine, cum tui perceptióne ſacraménti beátus N. abbas pro nobis intercedéndo: vt & conuerſatiónis eius experiámur insígnia: & interceſsióne ipsíus percipiámus ſuffrágia. Per.

IN COMMVNI PLVrium Confeſſorum.

SAcerdotes tui Dómine.

Oratio.

SOncéde, quæſumus omnípotens Deus: vt ad meliórem vitam ſanctôrum tuôrum N. & N. exempla nos próuocent: quátenus quorum ſolénnia ágimus: eti-

am actus imitêmur. Per.

Epistola. Plures facti sunt sacerdótes. Grad. Sacerdótes eius. Allelúia. Ver. Sancti tui Dómine benedícent te: glóriã regni tui dicent. Allelúia. Euange. Sint lumbi vestri. Offert: Exultábunt sancti in glória: lætabúntur in cubílibus suis: exultatiónes Dei in fáucibus eôrũ.

Psa. 144

Psa. 149

Secreta.

SAncti tui, quæsumus Dómine, Svbíq; nos lætíficent & ádiuuẽt: vt dum eôrum mérita recólimus: patrocínia sentiámus. Per.

Communio.

Sap 3. Iustòrum animæ in manu Dei sunt, & nõ tanget illos torméntum malítiæ: visi sunt óculis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace. Compl.

QVæsumus omnípotens Deus, salutáribus repléti mystériis: vt quorum solénnia celebrâmus: eôrũ étiam oratiónibus adiuuémur. Per.

ALIVD OFFICIVM de Confessoribus.

DEus, qui nos sanctôrum tuôrum confessiónibus glorióſis circúmdas & prótegis: da nobis ex eôrum imitatióne proficere: & intercessióne gaudére. Per.

Epistola. Iusti in perpétuum viuent. fol. 11. Grad. Exultábunt sancti. fo. Allelúia. Iusti epuléntur. fol. 13. Euãge. Vidéte vigiláte. Offert. Gloriabuntur fol. 17.

Secreta.

SVscipe, quæsumus Dómine, preces & múnera: quæ vt tuo sint digna conspéctu: sanctôrum tuôrum précibus adiuuémur. Per.

Comm. Ego vos elégi. fol. 17.

Complenda.

CORporis sacri & pretióſi sángui nis tui repléti libámine, quæsumus Dómine Deus noster: vt quod pia deuotióne gérimus: certa redemptióne capiámus. Per.

Lèctio libri Sapiéntiæ.

Ecc. 44. ECce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, & inuéntus est iustus: & in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio. Non est inuéntus símilis illi, qui conseruáret legem excélsi. Ideò iureiurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi, & testaméntum suum confirmáuit super caput eius. Cognóuit eum in benedictiónibus suis: conseruáuit illi misericórdiam suam: & inuénit grátiam coram óculis Dómini. Magnificáuit eum in conspéctu regum: & dedit illi corónam glórię. Státuit illi testaméntum sempitérnũ, & dedit illi sacerdótium magnum: & beatificáuit illum in glória. Fungi sacerdótio, & habére laudem in nómine ipsíus, & offérre illi incénsum dignum: in odôrem suauitátis.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Ecc. 50. ECce sacérdos magnus, qui in vita sua suffúlsit domum, & in diébus suis corroboráuit templũ. Templi étiã altitúdo ab ipso fundáta est: duplex ædificátio, & excélsi paríetes templi. In diébus ipsíus emanauêrũt pútei aquârum, & quasi mare adimpléti sunt supra modum. Qui curáuit gentem suam, & liberáuit eam à perditióne. Qui pręuáluit amplificâre ciuitátem: qui adéptus est glóriã in conuersatióne gentis, & ingréssum domus & átrii amplificáuit. Quasi stella matutína in médio nébulæ, & quasi luna plena in diébus suis lucet. Et quasi sol refúlgens: sic ille effúlsit in templo Dei. Quasi arcus refúl-

Ecc. 45.

gens

gens inter nébulas glóriæ, & quasi flos rosârum in diébus vernis,&quasi lília quæ sunt in tránsitu aquæ: & quasi thus redolens in diébus æstâtis.

Lectio libri Sapientiæ.

Ecclí 47. DEdit Dóminus confessiónem sancto suo: & excélso in verbo glóriæ. De omni corde suo laudáuit Dóminum: & diléxit eum qui fecit illum. Et dedit illi contra inimícos poténtiam:& stare fecit cantôres cõtra altâre, & in sono eôrum dulces fecit modos. Et dedit in celebratiónibus decus: & ornáuit témpora vsque ad consummatiónẽ vitæ. Christus purgáuit peccáta ipsíus: & exaltáuit in ætérnum cornu eius.Sapiéntia laudábit ánimam suam;& in Deo honorificábitur: & in médio pópuli sui glorificábitur. Et in eccléfiis altíssimi apériet os suum: & in conspéctu virtútis eius gloriábitur. In médio pópuli exaltábitur, & in plenitúdine sancta administrábitur: & in multitúdine electôrum habébit laudem: & inter benedíctos benedicétur.

Lectio libri Sapientiæ.

Ecc. 45. DIléctus Deo & homínibus, cuius memória in benedictióne est.Símilem illum fecit in glória sanctôrum, & magnificáuit eum in timôre inimicôrum, & in verbis suis monstra plácauit. Glorificáuit eum in conspéctu regum, & iussit illi coram pópulo suo, & osténdit illi glóriam suam. In fide & lenitáte ipsíus sanctum fecit illum, & elégit eum ex omni carne. Audíuit enim vocem ipsíus, & indúxit illum in nubem. Et dedit illi cor ad præcépta, & legem vitæ, & disciplínæ.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Timotheum.

2. Cap 4. CHaríssime. Testíficor corã Deo & Christo Iesu,qui iudicatûrus est viuos & mórtuos, & per aduéntũ ipsíus, & regnum eius: prædica verbũ: insta opportúne,importúne: árgue, óbsecra, íncrepa, in omni patiéntia,& doctrína. Erit enim tempus, cùm sanam doctrínam non sustinébunt: sed ad sua desidéria coaceruábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus: & à veritáte quidem audítum auértent, ad fábulas autem conuerténtur.Tu verò vígila,in ómnibus labôra, opus fac euangelístæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim iam delíbor: & tempus resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certáui, cursum consummáui, fidem seruáui. In réliquo repósita est mihi coróna iustítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die iustus iudex: non solùm autem mihi, sed & iis qui díligunt aduéntum eius.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

Cap 13. FRatres. Doctrínis váriis, & peregrínis nolîte abdúci.Optimũ est enim grátia stabilîre cor: non escis, quæ non profuérunt ambulántibus in eis. Habêmus altâre: de quo édere non habent potestátem,qui tabernáculo deséruiunt. Quorum enim animálium infértur sanguis pro peccáto in sancta per Pontíficem: horũ córpora cremántur extra castra.Propter quod & Iesus, vt sanctificâret per suum sánguinem pópulum,extra portam passus est. Exeámus ígitur ad eum extra castra: impropérium eius portántes. Non enim habémus hîc

manén-

manéntem ciuitátem, sed futûram inquírimus. Per ipsum ergo offerámus hóstiam laudis semper Deo, id est, fructum labiôrum confiténtium nómini eius. Beneficéntiæ autem, & cõmunicatiónis nolîte obliuíscí: tálibus enim hóstiis promerétur Deus.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Cap 10. IVstum dedûxit Dóminus per vias rectas: & osténdit illi regnum Dei: & dedit illi sciéntiam sanctôrum. Honestáuit illum in labóribus: & compléuit labóres illíus. In fraude circũueniéntium illum áffuit illi, & honéstum fecit illum. Custodíuit eum ab inimícis: & à seductóribus tutáuit illum. Et certámen forte dedit illi vt vínceret, & sciret quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Hæc vénditũ iustum non derelíquit: sed à peccatóribus liberáuit eum. Descenditq; cum illo in fóueam, & in vínculis nõ derelíquit illum: donec afférret illi sceptrum regni, & poténtiam aduérsus eos qui eum deprimébant. Et mẽdáces osténdit, qui maculauêrunt eum. Et dedit illi claritátem ætérnam, Dóminus Deus noster.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

Cap 7. FRatres. Plures facti sunt sacerdótes secúndùm legem, iccírco quòd morte prohiberéntur permanêre. Iesus autem eò quòd maneat in ætérnum, sempitérnum habet sacerdótium. Vnde & saluâre in perpétuũ potest, accédens per semetípsum ad Deum, semper viuens ad interpellándum pro nobis. Talis enim decébat vt nobis esset póntifex, sanctus, ínnocens, impollûtus, segregátus à peccatóribus, & excélsior cælis factus. Qui non habet quotídie necessitátem (quemadmodum sacerdótes) priùs pro suis delíctis hóstias offérre, deínde pro pópuli. Hoc enim fecit semel, se offerendo, Dóminus noster Iesus Christus.

Graduale. Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo. Ver. Non est inuéntus símilis illi, qui conseruâret legem excélsi. Ecl 44.

Grad. Iuráuit Dóminus, & non pœnitébit eum: tu es sacérdos in ætérnum, secúndùm órdinem Melchísedech. Ver. Dixit Dóminus Dómino meo: sede à dextris meis. Pſa. 109

Grad. Inuéni Dauid seruum meum: óleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei, & bráchium meum confortábit eum. Ver. Nihil proficiet inimícus in eo; & filius iniquitátis non nocébit ei. Pſa. 88.

Grad. Sacerdôtes eius índuant salutâre: & sancti eius exultatióne exultábũt. Ver. Illuc prodúcam cornu Dauid: paráui lucérnam Christo meo. Pſa. 131.

Grad. Dómine, præuenîsti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite eius corónam de lápide pretióso. Ver. Vitam pétiit; & tribuîsti ei longitúdinem diérum, in séculum séculi. Pſa. 20.

Grad. Os iusti meditábitur sapiéntiã: & lingua eius loquétur iudícium. Ver. Lex Dei eius in corde ipsíus: & non supplantabúntur gressus eius. Pſa. 36.

Allelúia. Ver. Pósui adiutórium super poténtem; & exaltáui eléctum de plebe mea. Pſa. 88.

Allelúia. Ver. Inuéni Dauid seruum meum: óleo sancto meo vnxi eum.

Allelúia. Ver. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est: & omnis terra doctrîna eius repléta est.

Alle-

Allelúia. Ver. Diſpóſui teſtaméntum eléctis meis: iuráui Dauid ſeruo meo.
Allelúia. Ver. Iuráuit Dóminus, & nõ pœnitébit eum: tu es ſacérdos in ætérnum ſecúndùm órdinem Melchiſedech.
Allelúia. Ver. Iuſtus germinábit ſicut lílium, & florébit in ætérnum ante Dñm.
Allelúia. Ver. Os iuſti meditábitur ſapiéntiã, & lingua eius loquétur iudíciũ.
Allelúia. Ver. Amáuit eum Dóminus, & ornáuit eum: ſtola glóriæ índuit eum.
Allelúia. Ver. Iuſti epuléntur, & exúltent in conſpéctu Dei: & delecténtur in lætítia.
Tractus. Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. Ver. Potens in terra erit ſemen eius: generátio rectôrum benedicétur. Ver. Glória & diuítiæ in domo eius: & iuſtítia eius manet in ſéculum ſéculi.

Pſa. 109
Oſe. 14.
Eccl 44.
Pſa. 36.
Pſa. 67.
Pſa. 109
Pſa. 111.
Pſa. 88.
Pſa. 131.
Pſa. 20.
Pſa. 36.
Pſa. 88.

Proſa de Confeſſ. & Pontifice.

AD laudes ſaluatôris vt mens incitetur húmilis.
Sentiat hunc diem iuſta de cauſa celebrem.
Gáudeat & ſeſe ſic pia vota prómere.
Hac die cælòrum ſecrétum pétiit lux pontíficum.
Iúgiter ſanctòrum in choro ſplendens vt ſydus áureum.
Et gáudium ángelis factum eſt ex aduentu cómparis.
Fuíſſe quem ángelum Dômini conſtat exercítuum.
Qui cuique ſuam trítici dat menſúram: ad fidei caulas cóngregans ouículas, lupi præuidit insídias.
Fidélis, & prudens crédita diſtríbuens: hic dedit ad menſam Dómini pecúniam, vt dignam fáceret vsûram.
Beátus hic ſeruus, quem cùm venerit Dóminus ita inuénerit.
Probátum in terra ſuper ómnia ſtátuet illum in pátria.
Ad tanti patris glóriam celebrándam, clerus iúbilet laudem dignam, & pópulus lætis reſpóndeat vócibus.
Dicámus omnes cérnui tanto patri, iungat ſe ſuo grex paſtóri, & precibus fuſísque láchrymis clamêmus,
Paſtor bone, miſerêre eccleſiæ, tuisque precibus refóue.
Confer opem plebi tuæ, preces atténde, & pio iuuámine máculas dílue.
In via nos adiúua: cólloca in pátria: redde quæ ſperámus bona.

Proſa de Confeſſore non pontifice dicitur Ad laudes Saluatóris vt ſuprà: niſi quòd in quarto verſu loco petiit lux Pôtíficũ: dici debet petiit lux Confeſſorũ.

Alia Proſa de Confeſſore non Pontifice.

DIléctus Deo & homínibus: & erit angélicus aſpéctus eius.
Verbum vitæ lingua eius: & qui diléxerit eam, beátus.
Lábia eius myrrha probatíſſima, guttur eius dúlcia rúctuans arómata.
In circúitu déntium eius fortitúdo: ibi erit ſapiéntia cum consílio.
Corpus illíus quaſi ſcutum ſculptile, ornátum gemmis vndique.
Via illíus, quaſi via símplicis: liberátor in angúſtiis.
Quis ínuenit fáciem eius? ipſe Deus fortis, potens, & conſiliárius.
Et in fide, & in lenitáte, ſanctum fecit illum Dóminus Deus omnípotens.
Ora ſancte Confeſſor Dei, ne damnémur cum ímpiis in die iudícii.
Qui tenúerit verba ſapiéntiæ, habébit ſpem vitæ ſempitérnæ.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Lucam.

Cap 12. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Sint lumbi veſtri præcíncti, & lucérnæ ardéntes in mánibus veſtris. Et vos, símiles homínibus expectántibus dóminum ſuum, quando reuertátur à núptiis: vt cùm vénerit & pulſáuerit, confeſtim apériant ei. Beáti ſerui illi, quos cùm vénerit Dóminus, inuénerit vigilántes. Amen dico vobis, quòd præcínget ſe, & fáciet illos diſcúmbere: & tránſiens miniſtrábit illis. Et ſi vénerit in ſecúnda vigília, & ſi in tértia vigília vénerit, & ita inuénerit: beáti ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitôte, quóniam ſi ſciret paterfamíliâs qua hora fur venîret: vigilâret vtíque, & non ſineret perfódi domum ſuam. Et vos eſtôte parâti: quia qua hora non putâtis, filius hóminis véniet.

Sequéntia ſancti eúangélii ſecúndúm Matthæum.

Cap 24. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Vigiláte, quia néſcitis qua hora Dóminus veſter ventûrus ſit. Illud autem ſcitôte, quóniam ſi ſciret paterfamíliâs qua hora fur venîret: vigilâret vtíque, & non ſineret perfódi domum ſuam. Ideò & vos eſtôte parâti: quia néſcitis qua hora fílius hóminis ventûrus ſit. Quis putas eſt fidélis ſeruus & prudens, quem conſtítuit dóminus ſuper famíliam ſuã, vt det illis cibum in témpore? Beátus ille ſeruus, quem cùm vénerit dóminus eius, inuénerit ſic faciéntem. Amen dico vobis, quóniã ſuper ómnia bona ſua conſtítuet eum.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

Cap 25. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis, parábolam hanc. Homo quidam peregre proficíſcens, vocáuit ſeruos ſuos, & trádidit illis bona ſua. Et vni dedit quinque talénta, alii autem duo, alij verò vnum: vnicuíq; ſecúndùm própriam virtutẽ: & proféctus eſt ſtatim. Abiit autẽ qui quinque talénta accéperat, & operátus eſt in eis, & lucrâtus eſt alia quinque. Simíliter & qui duo talénta accéperat, lucrâtus eſt ália duo. Qui autem vnum accéperat, ábiens fodit in terram, & abſcóndit pecúniam dómini ſui. Poſt multum verò témporis venit dóminus ſeruôrum illôrum, & póſuit ratiónem cum eis. Et accédẽs qui quinq; talénta accéperat, óbtulit ália quinq;, dicens. Dómine, quinque talénta tradidîſti mihi: ecce, ália quinq; ſuper lucrâtus ſum. Ait illi Dóminus eius. Euge ſerue bone & fidélis: quia in pauca fuíſti fidélis: ſupra multa te conſtítuam: intra in gáudium dómini tui. Accéſſit autem & qui duo talénta accéperat, & ait. Dómine, duo talénta tradidîſti mihi: ecce, ália duo ſuper lucrâtus ſum. Ait illi dóminus eius. Euge ſerue bone & fidélis: quia ſuper pauca fuîſti fidélis, ſupra multa te conſtítuam: intra in gáudium dómini tui.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Marcum.

Cap 13. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Vidéte, vigilâte, & orâte: neſcitis enim quando tempus ſit. Sicut homo, qui péregrè profectus réliquit domum ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtátem cuiusque óperis: & ianitôri

præcépit, vt vigilâret. Vigilâte ergo: neſcítis enim quando dóminus domus véniat: ſerò, an média nocte, an galli cántu, an mané: ne cùm vénerit repénte, inuéniat vos dormiéntes. Quod autem dico vobis: ómnibus dico, vigilâte.

Cap 25

Sequéntia ſancti euangélij ſecúndùm Lucam.

Cap 19. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis, parábolã hanc. Homo quidam nóbilis ábiit in regiónem longínquam accípere ſibi regnum, & reuérti. Vocátis autem decem ſeruis ſuis: dedit eis decem mnas: & ait ad illos. Negotiámini dum vénio. Ciues autem eius óderant eum: & miſérũt legatiónem poſt illum, dicéntes. Nólumus hunc regnâre ſuper nos. Et factum eſt vt rediret accépto regno: & iuſſit vocâri ſeruos, quibus dedit pecúniam: vt ſciret quantum quiſque negotiátus eſſet. Vênit autem primus dicens. Dómine, mna tua decẽ mnas acquiſiuit. Et ait illi. Euge ſerue bone, quia in módico fuíſti fidélis, eris poteſtátem habens ſuper decem ciuitátes. Et alter venit, dicens. Dómine, mna tua fecit quinq; mnas. Et huic ait. Et tu eſto ſuper quinq; ciuitátes. Et alter venit, dicens. Dómine, ecce mna tua quam hábui, repóſita eſt in ſudário. Timui enim te, quia homo auſtêrus es: tollis quod non poſuíſti, & metis quod non ſeminâſti. Dicit ei. De ore tuo te iúdico ſerue nequam. Sciébas quod ego homo auſtêrus ſum, tollens quod non póſui, & metens quod non ſemináui: & quare nõ dedîſti pecúniam meam ad menſam, & ego véniens cum vſuris vtiq; exegíſſem illam? Et aſtántibus dixit. Auférte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixêrunt ei. Dómine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habénti dábitur, & abundábit: ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferétur ab eo.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Lucam.

Cap 12. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Nolîte timére pusíllus grex: quia complácuit patri veſtro dare vobis regnum. Véndite quæ poſſidétis, & date eleemóſynam. Fácite vobis ſácculos qui non veteráſcunt, theſáurum non deficiéntem in cælis: quò fur non appróp iat, neque tínea corrúmpit. Vbi enim theſáurus veſter eſt: ibi & cor veſtrum erit.

Sequéntia ſancti Euangélii ſecúndùm Matthæum.

Cap 5. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanúerit, in quo ſaliétur? ad níhilum valet vltrà, niſi vt mittátur foras, & conculcétur ab homínibus. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt cíuitas abſcóndi ſupra montem póſita. Neque accéndunt lucérnam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelábrum, vt lúceat ómnibus qui in domo ſunt. Sic lúceat lux veſtra coram homínibus: vt vídeant ópera veſtra bona, & glorífic ent patrem veſtrum qui in cælis eſt. Nolîte putâre, quóniam veni ſóluere legẽ aut prophétas: nõ veni ſóluere, ſed adimplêre. Amen quippè dico vobis, donec tránſeat cælum & terra, iota vnum aut vnus apex non præterîbit à lege, donec ómnia fiant. Qui ergo ſóluerit vnum de mandátis iſtis mínimis, & docûerit

docúerit ſic hómines: mínimus vocábitur in regno cælôrum. Qui autẽ fécerit, & docúerit: hic magnus vocábitur in regno cælôrum.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndum Lucam.

Cap 10. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autẽ me ſpernit: ſpernit eum qui me miſit. Reuérſi ſunt autem ſeptuagínta duo cum gáudio, dicéntes. Dómine, étiã dæmónia in nómine tuo ſubiiciúntur nobis. Et ait illis. Vidébam ſátanam ſicut fulgur de cælo cadéntem. Ecce, dedi vobis poteſtátem calcándi ſuper ſerpéntes, & ſcorpiónes, & ſupra omnem virtútem inimíci: & nihil vobis nocébit. Verumtámen, in hoc nolîte gaudêre quia ſpíritus vobis ſubiiciúntur: gaudéte autem quia nómina veſtra ſcripta ſunt in cælis.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndum Lucam.

Ca 11. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Nemo accéndit lucérnam, & in abſcóndito ponit: neq; ſub módio, ſed ſupra candelábrum: vt qui ingrediúntur, lumen vídeant. Lucérna córporis tui, eſt óculus tuus. Si óculus tuus fúerit ſimplex, totum corpus tuum lúcidum erit. Si autem nequam fúerit, étiam corpus tuum tenebróſum erit. Vide ergo, ne lumen quod in te eſt, ténebræ ſint. Si ergo corpus tuum lúcidum fúerit, non habens áliquam partem tenebrârum: erit lúcidum totum. Et ſicut lucérna fulgôris illuminábit te.

Pſa. 149. Offertorium. Exultábũt ſancti in glória: lætabúntur in cubílibus ſuis: exultatiónes Dei in fáucibus eôrum.

Offert. Inuéni Dauid ſeruum meum: óleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei: & bráchium meum confortábit eum. Pſa. 88.

Offert. Veritas mea, & miſericórdia mea cum ipſo: & in nómine meo exaltábitur cornu eius. Pſa. 88.

Offert. Deſidérium ánimæ eius tribuîſti ei Dómine, & voluntáte labiôrum eius non fraudâſti eum: poſuîſti in cápite eius corónam de lápide pretióſo. Pſa. 20.

Communio. Beátus ſeruus, quem cũ vénerit Dóminus, inuénerit vigilántem: amen dico vobis, ſuper ómnia bona ſua conſtítuet eum. Mat 24.

Com. Dómine, quinque talénta tradidîſti mihi: ecce, ália quinque ſuperlucrátus ſum: euge ſerue bone & fidélis: quia in pauca fuîſti fidélis, ſupra multa te conſtítuam: intra in gáudium Dómini tui. Mat 25.

Com. Fidélis ſeruus & prudens, quem conſtítuit Dóminus ſuper famíliam ſuã: vt det illis in témpore trítici menſûram. Mat 25.

Com. Semel iuráui in ſancto meo: ſemen eius in ætérnum manébit, & ſedes eius ſicut ſol in conſpéctu meo, & ſicut luna perfécta in æternum, & teſtis in cælo fidélis. Pſa. 88.

IN COMMVNI Virginum.

DE VIRGINE ET MARtyre. Introitus.



Ilexîſti iuſtítiam, & odîſti iniquitátem: proptérea vnxit te Deus Deus tuus óleo lætíciæ, præ conſórtibus tuis. Pſal. Eructáuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. Ver. Glória. Pſa. 44

Intro-

Introitus.

Psa. 118. LOquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum, & non confundébar: & meditábar in mandátis tuis, quæ diléxi nimis. Psal. Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Ver. Glória. Introitus.

Psa. 44. VVltum tuum deprecabúntur omnes díuites plebis, adducéntur regi vírgines post eam: próximæ eius afferéntur tibi in lætítia, & exultatióne. Psal. Eructáuit cor meũ verbum bonum: dico ego ópera mea regi. Ver. Glória. Introitus.

Psa. 118. ME expectauérunt peccatóres, vt pérderent me: testimónia tua Dómine intelléxi: omnis consummatiónis vidi finem: latum mandátum tuum nimis. Psal. Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Ver. Glória. Introitus.

Psa. 118. COgnóui Dómine, quia æquitas iudícia tua, & in veritáte tua humiliásti me: cónfige timóre tuo carnes meas: à mandátis enim tuis timui. Psal. Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Ver. Glória

DE VIRGINE ET MARtyre. Oratio.

DEus qui inter cætera poténtiæ tuæ mirácula: étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti: concéde propítius: vt qui beátæ N. vírginis & mártyris tuæ natalítia cólimus: per eius ad te exémpla gradiâmur. Per. Secreta.

SVscipe, quæsumus Dómine, múnera, quæ in beátæ N. vírginis & mártyris tuæ solennitate deférimus: cuius nos confídimus patrocínio liberâri. Per.

Complenda.

AVxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: & intercedénte beáta N. vírgine & mártyre tua: sempitérna fáciant protectióne gaudére. Per.

De virgine & martyre. Oratio.

DA quæsumus omnípotens Deus, vt qui beátæ N. vírginis & mártyris tuæ natalítia cólimus: & ánnua solennitáte lætémur: & tantæ fídei proficiámus exémplo. Per. Dó.

Secreta.

HOstia, quæsumus Dómine, quã sanctæ N. vírginis & mártyris tuæ natalítia recenséntes offérimus: & víncula nostrę prauitátis absóluat: & tuæ nobis misericórdiæ dona conciliet. Per D.

Complenda.

QVæsumus Dómine, salutáribus repléti mystériis: vt cuius solénnia celebrámus, eius oratiónibus adiuuémur. Per Dóminum.

De virgine & martyre. Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: qui infirma mundi éligis, vt fortia quæque confúndas: concéde propítius: vt qui beátæ N. vírginis & mártyris tuæ solénnia cólimus: eius apud te patrocínia sentiámus. Per.

Secreta.

HOstias, Dómine, quas tibi offérimus propítius réspice: & intercedénte beáta N. vírgine & mártyre tua: víncula peccatórum nostrórum absólue. Per.

Complenda.

REfécti cibo potúq; cælésti Deus noster, te súpplices exóramus: vt in cuius hæc commemoratióne percépimus: eius muniâmur & précibus. Per.

De virgine & martyre alia. Oratio.

INdulgéntiam nobis, quæsumus Dómine, beáta N. virgo & martyr implóret: quæ tibi grata éxtitit: & mérito castitátis: & tuæ profesióne virtútis. Per. Secreta.

SVscipe, quæsumus Dómine, múnera, quæ in beátæ N. vírginis & mártyris tuæ solennitáte deférimus: cuius nos confídimus patrocínio liberâri. Per. Complenda.

AVxiliéntur nobis Dómine sũpta mystéria: & intercedénte beáta N. virgine & mártyre tua: sempitérna fáciant protectióne gaudére. Per.

De virgine non martyre. Oratio.

EXaudi nos Deus salutáris noster: vt sicut de beátæ N. vírginis festiuitáte gaudémus: ita piæ deuotiónis erudiámur affectu. Per Dó.

Secreta.

ACcépta tibi sit Dómine nostræ deuotiónis oblátio: & eius nobis fiat supplicatióne salutáris: pro cuius solennitáte defértur. Per. Dñm.

Complenda.

SAtiásti Dómine famíliam tuam munéribus sacris: eius, quæsumus, semper interuentióne nos refóue: cuius solénnia celebrámus. Per.

De virgine & matyre. Oratio.

DEus qui nos annua. vt in die S. Agnetis secundo, fol.

Plurium virginum. Oratio.

EXaudi nos Deus salutáris noster, vt sicut de beatârum N. & N. Cum sua Secre. & Complenda, vt suprà de vna virgine. Alia Oratio.

DEus qui nos in tot periculis constitútos pro humána scis fragilitâte non posse subsístere: da nobis per mérita sanctárum vírginũ tuârum salútem mentis & córporis: vt ea quæ pro peccátis nostris pátimur: te adiuuánte vincámus. Per.

Secreta

CONcéde, quæsumus omnípotens Deus: vt huius sacrifícii munus oblátum: fragilitátem nostram ab omni malo purget semper & múniat: & sanctárum vírginum méritis à prætéritis nos delíctis éxuat & futûris. Per. Complenda.

SVpplices te rogámus omnípotens Deus: vt intercedéntibus sanctis virgínibus tuis: & tua in nobis dona multíplices & témpora nostra dispónas. Per.

Léctio libri Sapiéntiæ.

CONfitébor tibi Dómine rex, & collaudábo te Deum saluatórem meum. Confitébor nómini tuo: quóniam adiútor & protéctor factus es mihi: & liberâsti corpus meum à perditióne, à láqueo linguæ iníquæ, & à lábiis operántium mendácium: & in conspéctu astántium factus es mihi adiútor. Et liberâsti me secúndùm multitúdinem misericórdiæ nóminis tui, à rugiéntibus præparátis ad escam: de mánibus quæréntium ánimam meam, & de portis tribulatiónum quæ circũdedérunt me. A pressûra flammæ, quæ circumdédit me: & in médio ignis non sum æstuâta. De altitúdine ventris ínferi, & à lingua coinquinâta, & à verbo mendácii, à rege iníquo, & à lingua iniústa. Laudábit vsque ad mortem ánima mea Dóminum: quóniam éruis sustinéntes te, & líberas eos de mánibus géntium: Dómine Deus noster.

Ecc 51.

Cap 8.

Eccl 51.

Léctio libri Sapiéntiæ.

DOmine Deus meus exaltâsti super terram habitatiónem meam, & pro morte defluénte deprecáta sum. Inuocáui Dominum patrem Dómini mei, vt non derelínquat me in die tribulatiónis meæ, & in témpore superbôrũ sine adiutório. Laudábo nomen tuum assíduè, & collaudábo illud in confessióne: & exaudíta est orátio mea. Liberâsti me de perditióne, & eripuísti me de témpore iníquo. Proptérea confitébor tibi, & laudem dicam nómini tuo, Dómine Deus noster.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

2. Cap 10. & 11

FRatres. Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est: sed quem Deus comméndat. Vtinã sustinerétis módicum quid insipiéntiæ meæ: sed & supportáte me. Æmulor enim vos Dei æmulatióne. Despóndi enim vos vni viro, vírginem castam exhibére Christo.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Cap 8.

SApiéntia vincit malítiam. Attíngit ergo à fine vsque ad finẽ fórtiter, & dispónit omnia suáuiter. Hãc amáui: & exquisíui eam à iuuentúte mea: & quæsíui sponsam mihi eam assúmere: & amátor factus sum formæ illíus. Generositátem illius glorificat, contubérnium habens Dei: sed & Dóminus ómnium diléxit eam. Doctrix enim est disciplínæ Dei, & eléctrix óperum illius.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

1. Cap 7.

FRatres. De virgínibus præcéptũ Dómini non hábeo: consílium autem do: tanquàm misericórdiam consecútus à Dómino, vt sim fidélis. Exístimo enim hoc bonum esse propter instántem necessitátem, quóniam bonum est hómini sic esse. Alligátus es vxôri? noli quærere solutiónem. Solûtus es ab vxôre? noli quærere vxôrem. Si autem accéperis vxôrem: non peccâsti. Et si núpserit virgo: non peccáuit. Tribulatiónem tamen carnis habébũt huiúsmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itáque dico fratres, tempus breue est: Reliquum est, vt & qui habent vxôres, tanquã non habéntes sint: & qui flent, tanquàm non flentes: & qui gaudent, tanquàm non gaudéntes: & qui emunt, tanquàm non possidéntes: & qui vtúntur hoc mũdo, tanquàm nõ vtántur. Præterit enim figûra huius mundi. Volo autem vos sine solicitúdine esse. Qui sine vxôre est: solícitus est quæ Dómini sunt, quómodo pláceat Deo. Qui autem cum vxôre est, solícitus est quæ sunt mundi, quómodo pláceat vxôri: & diuísus est. Et múlier innúpta, & virgo cógitat quæ Dómini sunt: vt sit sancta & córpore & spíritu. In Christo Iesu Dómino nostro.

Gradualc. Dilexísti iustítiam, & odísti iniquitátem. Ver. Proptérea vnxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ. Psa. 44.

Grad. Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in æternũ. Ver. Propter veritátem & mansuetúdinem, & iustítiam: & dedûcet te mirabíliter déxtera tua. Psa. 44.

Grad. Spécie tua, & pulchritúdine tua: inténde, prósperè procéde, & regna. Ver. Propter veritátem & mansuetúdinem, & iustítiam: & dedûcet te mirabí- Psa. 44.

liter déxtera tua.

Psa. 45. Grad. A diuuábit eam Deus vultu ſuo: Deus in médio eius nõ commouébitur. Ver. F lúminis ímpetus lætíficat ciuitátem Dei: ſanctificáuit tabernáculum ſuum altíſsimus.

Psa. 44. Grad. A udi filia,& vide, & inclína aurem tuam: quia concupíuit rex ſpéciem tuam. Ver. S pécie tua & pulchritúdine tua:inténde,próſperè procéde,& regna.

Psa. 44. Grad. P ropter veritátem, & manſuetúdinem,& iuſtítiam: & dedúcet te mirabíliter déxtera tua. Ver. A udi filia, & vide, & inclína aurem tuam: quia concupíuit rex ſpéciem tuam.

2. Cor 11. A lleluia. Ver. Æ mulor enim vos Dei æmulatióne: deſpóndi vos vni viro,vírginem caſtam exhibêre Chriſto.

Psa. 44. A lleluia. Ver. Spécie tua, & pulchritúdine tua: inténde, próſperè procéde, & regna.

Mat 25. A lleluia. Ver. H æc eſt virgo ſápiens, quam Dóminus vigilántem inuénit.

Psa. 44. A lleluia. Ver. D iffûſa eſt grátia in lábiis tuis:proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Psa. 44. A lleluia Ver. V eni eléćta mea, & ponam in te thronum meum: quia concupíuit rex ſpéciem tuam.

Psa. 44. Allelúia. Ver. A dducéntur regi vírgines poſt eam: próximæ eius afferéntur tibi in lætítia.

A lleluia. Ver. E grégia ſponſa Chriſti, implóra pro nobis Dñm Ieſum Chriſtũ.

Psa. 44. Tractus. A udi filia, & vide, & inclína aurem tuam; quia concupíuit rex ſpéciem tuam. Ver. V ultum tuum deprecabúntur omnes díuites plebis: filiæ regũ in honôre tuo. Ver. A dducéntur regi vírgines poſt eam: próximæ eius afferéntur tibi. Ver. A fferẽtur in lætítia & exultatióne:adducẽtur in templũ regis.

Proſa.

EXúltent filiæ Sion in rege ſuo, neſciéntes thorum delícti crímine ſordidâtum.

Quarum Christe iponſus vírginum vírginis es filius.

Cuius grátia mira ópera in ſanctis tuis ſunt édita.

Vt das cérnere hac in vírgine,cuius hęc feſta ſunt hódie.

Quæ fragíli ſexu fœmíneo,viríliter carnis iure dómito,

Angélicam hîc vitam dúxerat in carne, dum præter carnem víxerat.

Hoc mirátur ſerpens antíquus, calcáneum eius obſeruábat cállidus.

Quod nocêre dum machinátur: ſub pédibus fœminæ caput eius téritur.

Inſídias hoſtis hanc Chriſte docuîſti virginẽ víncere, in prima congreſsióne.

Dum non conſentîret, ſed illi reſíſteret, víncere qui ſolet, tentátus ſi non repúgnet.

Quem hæc virgo reſíſtens à ſe fecit fúgere.

Quo fugáto appropinquábat tibi Dñe.

Nunc inter vírgines addúćta poſt eam quæ mater eſt intácta: vírginum vírginis Maríæ digna eſt pedíſſequa.

Te agnum ſine mácula iam ſéquitur ſtola cándida filium vírginis,quocúnq; vírginum flos íerit.

Cuius interceſsióne tu nos tuêre.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis parábolam hanc. Símile eſt regnum cælôrum decem virgínibus:quæ accipiéntes lámpades ſuas, exiérunt óbuiam ſponſo & ſponſæ. Quinq; autem ex eis erant fátuæ, & quinq; prudéntes. Sed quinque fá- Cap 25.

Cap 13.

tuæ,

tuæ, accéptis lampádibus, non ſumpſêrunt óleum ſecum. Prudéntes verò accepêrunt óleum in vaſis ſuis cũ lampádibus. Moram autem faciénte ſponſo, dormitauêrunt omnes, & dormiêrunt. Média autem nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit: exîte óbuiam ei. Tunc ſurrexêrunt omnes vírgines illæ, & ornauêrunt lámpades ſuas. Fatuæ autem ſapiéntibus dixêrunt. Date nobis de óleo veſtro: quia lámpades noſtræ extinguúntur. Reſpondêrunt prudéntes, dicéntes. Ne fortè non ſuffíciat nobis & vobis, ite pótius ad vendéntes, & émite vobis. Dum autem irent émere, venit ſponſus: & quæ parátæ erant, intrauêrunt cum eo ad núptias: & clauſa eſt iánua. Nouíſsimè verò venêrunt & réliquæ vírgines, dicéntes. Dómine, dómine, áperi nobis. At ille reſpóndens ait. Amen dico vobis, néſcio vos. Vigiláte ítaque, quia néſcitis diem neque horam.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Matthæum.

Cap 13. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis parábolam hanc. Símile eſt regnum cælôrum theſáuro abſcóndito in agro: quem qui ínuenit homo, abſcóndit, & præ gáudio illíus vadit, & vendit vniuérſa quæ habet, & emit agrum illum. Iterùm, ſímile eſt regnum cælôrum hómini negotiatôri, quærénti bonas margarîtas. Inuénta autẽ vna pretióſa margarîta, ábiit, & véndidit ómnia quæ hábuit, & emit eam. Iterùm, símile eſt regnum cælôrum ſagénæ miſſæ in mare, & ex omni génere píſcium congregánti. Quam, cùm impléta eſſet, educéntes, & ſecus litus ſedéntes, elegêrũt bonos in vaſa, malos autem foras miſêrunt. Sic erit in conſumma tióne ſéculi. Exíbunt ángeli, & ſeparábunt malos de médio iuſtôrum, & mittent eos in camínum ignis. Ibi erit fletus, & ſtridor déntium. Intellexíſtis hæc ómnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis. Ideò, omnis ſcriba doctus in regno cælôrum, símilis eſt hómini patrifamílias, qui profert de theſáuro ſuo noua & vétera.

Offertorium. Afferéntur regi vírgines: próximæ eius afferéntur tibi, in lætítia & exultatióne: adducéntur in templum regi Dómino. Pſa. 44.

Offert. Fílię regum in honôre tuo, ásti tit regína à dextris tuis in veſtítu deaurâto, circumdáta varietâte. Pſa. 44.

Offert. Diffúſa eſt grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, & in ſéculum ſéculi. Pſa. 44.

Communio. Símile eſt regnum cælôrum hómini negotiatôri, quæréntibonas margarítas: inuénta vna pretióſa margaríta, dedit ómnia bona ſua, & comparáuit eam. Mat 13.

Com. Diffúſa eſt grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnũ. Pſa. 44.

Com. Feci iudícium & iuſtítiam Dómine: non calumniéntur mihi ſupérbi: ad ómnia mandáta tua dirigébar: omnem viam iniquitátis ódio hábui: Pſa. 118.

Com. Quinq; prudéntes vírgines accepêrunt óleum in vaſis ſuis cum lampádibus: média autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exîte óbuiam Chriſto Dómino. Mat 25.

Com. Príncipes perſecúti ſunt me gratis, & à verbis tuis formidáuit cor meũ: lætábor ego ſuper elóquia tua, ſicut qui inuénit ſpólia multa: concupíuit ánima mea teſtimónia tua Dómine: & dilexit Pſa. 118.

ea veheménter.

Psa. 118. **Com.** Confundántur supérbi, quia iniúste iniquitátem fecêrunt in me: ego autem in mandátis tuis exercébor, in tuis iustificatiónibus: vt non confúndar.

44. Psa. **Com.** Dilexîsti iustítiam, & odîsti iniquitátem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus.

SEQVITVR DE QVOLIbet Sancto Prosa, siue Sequentia.

HIc sanctus, cuius hódie celebrántur solénnia.

Iam reueláta fácie regẽ cernit in glória.

Illic regína vírginum transcéndens culmen córdium.

Excúset apud Dóminum nostrôrũ sordes críminum.

Nos ad eándem glóriam per ipsius suffrágia,

Post præséntem miséria Christi perdúcat grátia. Si fuerit Sancta, dicatur Hæc Sancta. &c. vt suprà.

SEQVVNTVR MISSÆ VOTIVÆ:

Quæ licet pro Sacerdotis deuotione quacunque die per annum, quando non agitur festum aliquod celebre: & extra hebdomadam maiorem, dici possunt: id tamen passim, nisi rationabili de causa, fieri nõ debet, vt quòad fieri potest, Missa cum officio diei conueniat. Enimuerò neq; in die animarum aliæ Missæ, quàm pro Defunctis dici consueuerunt. Verũ de more in Ecclesia Warmieñ & per Diœcesim, solent quibusdam temporibus infra hebdomadam in feriis vacantibus principaliter dici certæ Missæ votiuæ, seu speciales: quæ suo cuique diei peculiariter assignatæ sunt, vt memoratur in Rubricis generalibus De Missis votiuis, & expressè notatur in Missali post primam Dominicam Aduentus, post Octauam Epiphaniæ, post Dominicã in Octaua Paschæ, post Octauã Corporis Christi. Specialiter verò in parochialibus Ecclesiis, ab Octaua Corporis Christi, vsq; ad Aduentum, Dominicis, festo, vel Octaua non impeditis, quando in officio noua historia non cantatur, solet pro Summa celebrari Missa de S. Trinitate, prout signatur in Rubricis generalibus de Dominica. Ac etiam tàm in Cathedrali, quàm in aliis ecclesiis per Diœcesim consueuit certis temporibus Feria ij. pro Defunctis: Feria iij. de Angelis: Feria iiij. pro peccatis: Feria v. de Spiritu Sancto, vel Corpore Christi: Feria vj. de S. Cruce: Sabbatho de B. Maria, Missa principaliter dici. Excepto Aduentu & tempore Paschali, quibus paulò aliter, (prout locis suis) ordinatur. Et prædictæ Missæ appellantur Votiuæ Feriales seu Hebdomadales. Si quando harum Missarum aliqua cadit in secundum aut tertiũ genus votiuarum, prout signatur in Rubricis generalibus De Missis votiuis: circa modum dicendi Orationes, Credo, & alia, seruetur ordo ibi expressus.

MISSA DE S. TRINITATE

In supraqualificatis Dominicis fit cum organo. Canitur Kyrie duplex, vel semiduplex, cũ Gloria in excelsis. Prima Oratio concluditur per se: secunda dicitur de Dominica; tertia, nisi memoria faciẽda sit de sanctis, dicitur A cunctis. Prosa. Benedicta. Credo. In fine dicitur euangelium Dominicæ occurrentis, Tractus: secundum Alleluia, & alia ad has Dominicas impertinentia simul hîc

assigna-

assignata sunt, propter deliberatã consimilem arbitrariam & extraordinariam Votiuam, vt tempori satisfiat. Quæ cautela etiam in sequentibus Missis intelligi debet. Introitus.

Tob 12. [illegible]enedícta sit Sancta Trínitas, atque indiuísa únitas: confitébimur ei, quia fecit nobíscũ misericórdiam suã. Psal. Benedícamus Patrem, & Fílium: cum Sancto Spíritu. Ver. Glória. Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus: qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fidei ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere: & in poténtia maiestátis adorâre vnitátem: quęsumus: vt eiúsdem fidei firmitáte ab ómnibus semper muniámur aduérsis. Per.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

2. Cap 13. FRatres. Gaudéte, perfécti estôte, exhortámini, idem sápite, pacem habéte, & Deus pacis & dilectiónis erit vobíscum. Grátia Dómini nostri Iesu Christi, & cháritas Dei, & communicátio sancti Spíritus sit cum ómnibus vobis. Amen.

Dan 3. Grad. Benedíctus es Dómine, qui intuêris abyssos, & sedes super Cherubin. Ver. Benedíctus es in throno regni tui, & laudábilis in sécula. Alleluia. Ver. Benedíctus es Adonai in firmaménto cæli: benedícant te omnes ángeli, & sancti tui. Alleluia. Tẽpore paschali omittitur Graduale, & post Allelúia, cũ suo Ver. dictum, additur secundũ Allelúia. Ver. In die resurrectiónis meæ, dicit Dóminus, præcédam vos in Galilæam. Allúia. Post Ascensionem secundum. Allelúia. Ver. Ascéndit Deus in iubilatione, & Dóminus in voce tubæ. In Pentecoste, si ita ratio & necessitas postulet secundum Allelúia. Ver. Veni Sãcte Spíritus, reple tuòrum corda fidélium, & tui amòris in eis ignem accénde.

Prosa.

BEnedícta semper Sancta sit Trínitas, déitas scílicet únitas, coæquâlis glória.

Pater, Filius, Sanctus Spíritus: tria sunt nómina, ómnia eádem subsstántia.

Deus génitor, Deus génitus, in vtroq; sacer Spíritus deitáte sócia.

Non tres tamen dii sunt, Deus verus vnus est: sic Pater Dóminus, Fílius, Spiritusque Sanctus.

Propríetas in persónis únitas est, & in essséntia:

Maiéstas par, & potéstas, decus, honor æquè per ómnia.

Sydera, mária cóntinens, árua simul, & vniuérsa cóndita.

Quem tremũt ímpia tártara, colit quoque quem & abyssus ínfima.

Nunc omnis vox atque lingua fateátur hunc laude débita.

Quem laudat Sol atque Luna, dígnitas adòrat angélica.

Et nos voce præcélsa omnes modulémur orgánica cãtica, dulci melódia.

Eia, & eia, nũc simul iubilémus altithrono Dómino, laudes in excélsis.

O adoránda Trínitas. O venerãda vnitas. Per te sumus creáti, vera ætérnitas. Per te sumus redémpti, summa tu cháritas. Pópulum cunctum tu próte-ge, salua, líbera, éripe, & emúnda. Te adorámus omnípotens, tibi cánimus: tibi laus & glória. Per infínita sécula seculòrum. Post Septuagesimam dicitur Tractus. Laudâte Dóminũ omnes gentes: & collaudáte eum omnes pópuli. Psa. 116.

Ver.

Ver. Quóniam cõfirmáta est super nos misericórdia eius : & véritas Dómini manet in ætérnum.

Sequéntia sancti euangélij secúndum Ioánnem.

Cap 15 & 16. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Cum vénerit paraclêtus, quem ego mittam vobis á patre, spíritum veritátis, qui à patre procédit; ille testimónium perhibébit de me. Et vos testimóniũ perhibébitis: quia ab inítio mecum estis. Hæc locûtus sum vobis, vt non scandalizémini. Absq; synagogis fácient vos. Sed venit hora, vt omnis qui intérficit vos, arbitrétur se obséquiũ præstâre Deo. Et hæc fácient vobis: quia non nouêrunt patrem, neque me. Sed hæc locûtus sum vobis: vt cùm vénerit hora, eôrum reminiscámini quia ego dixi vobis.

Offert. Benedîctus sit Deus Pater, vnigénitusque Dei Fílius, Sanctus quoque Spíritus: quia fecit nobíscum misericórdiam suam. Secreta.

SAnctífica, quæsumus Dómine Deus noster, per tui sancti nóminis inuocatiónem, huius oblatiónis hóstiam: & per eam nosmetípsos tibi pérfice munus ætérnum. Per Dó.

Præfatio. Qui cum vnigénito.

Iob 12. Communio. Benedícimus Deum cæli: & coram ómnibus viuéntibus confitébimur ei; quia fecit nobíscum misericórdiam suam. Complenda.

PRofíciat nobis ad salútem córporis & ánimæ, Dómine Deus, huius sacraménti percéptio: & sempitérnæ sanctæ Trinitátis eiusdémq; indiuíduæ vnitátis conféssio. Per.

¶ Tempore Paschali in fine Introitus, Offertorij, & Communionis tàm in superiori, quàm in sequentibus Missis, vbi nõ habetur, additur alleluia.

Pro gratiarum actione dicitur Missa de S. Trinitate additis sequentibus orationibus, Oratio.

DEus, cuius misericórdiæ non est númerus, & bonitátis infinitus est thesáurus, piíssimæ maiestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes: vt qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præmia futûra dispónas. Per Dóminum.

Secreta.

ODôrem, Dómine, sacrifícii huius cum gratiârum actiónibus súscipe suauitátis: & præsta: vt quos exaudîre, & incólumes seruâre dignátus es, ab omni in pósterum aduersitáte custódias: & in tuo seruítio, & amôre concréscant. Per Dóminum.

Complenda.

DEus, qui néminem in te sperántem, nímium affligi permíttis: sed pium précibus præstas auditum: pro postulatiónibus nostris, votisq; súscéptis grátias ágimus: te piíssime deprecántes: vt per hæc quæ súmpsimus, à cunctis éripi mereámur aduérsis. Per Dóminum.

Potest tamen etiam dici Missa de Spiritu Sancto, vel de S. Maria, cum eisdem orationibus.

MISSA DE ANGELIS

Fit infra hebdomadam feria iij. vacanti per Aduentum: post Octauam Epiphaniæ vsque ad Cinerum: post Octauã Paschæ, vsque ad Dominicam Rogationum: (nisi Dominicæ præcedentis, aut B. Mariæ officio impediatur) & post

Octa-

Psa. 96.

Cap 19.

Psa. 102.

Psa. 147.

Octauam Corporis Christi vsque ad Aduentum. In Aduentu & à Septuagesima vsque ad Cinerum ferialiter omnia. Ab Octaua Epiphaniæ vsque ad Septuagesimam,& post Octauam Corporis Christi vsque ad Aduentum Kyrie de Alternantibus. &c. Tempore Paschali,Kyrie Paschale, & alia omnia vt signantur in Missa. Credo, nullo tempore dicitur. Præfatio Paschalis,Sanctus &c. ix lect. Ite Missa,sicut Christeeleison.

Introitus.

Pſa. 96. Adorâte Deum omnes ángeli eius: audíuit, & lætâta est Sion:& exultauérũt filiæ Iudę. Psal. Dóminus regnáuit,exúltet terra, læténtur Insulæ multæ. Ver. Glória. Oratio.

PErpétuum nobis, Dómine, tuæ miseratiónis præsta subsídium: quibus & angélica præstitísti suffrágia non deesse. Per.

Léctio libri Apocalypsis beáti Ioánnis Apóstoli.

Cap 19. IN diébus illis. Dixit mihi ángelus. Scribe. Beáti,qui ad cœnam nuptiârum vocáti sunt. Et dixit mihi. Hæc verba Dei, vera sunt. Et cécidi ante pedes eius, vt adorârem eum. Et dixit mihi. Vide ne féceris. Consérvus tuus sum, & fratrum tuôrum habéntium testimónium Iesu;Deum adôra. Pſa. 102. Grad. Benedícite Dóminũ omnes ángeli eius, poténtes virtúte, qui fácitis verbum eius. Ver. Benedíc ánima mea Dóminum, & ómnia interióra mea nomen sanctum eius. Pſa. 147. Allelúia. Ver. Laudáte Deum omnes ángeli eius: laudáte Deũ omnes virtútes eius.Allelúia. Tempore Paschali omittitur Graduale,& additur secundũ Allelúia cum Ver. Angelus Dómini descéndit de cælo, & accédens reuóluit lápidem, & sedébat super eum. Allelúia. Prosa. Victimæ paschâli. Prosa.

OMnes sancti, Seraphin, Cherubin, Throni quoque,Dominationésq. Principátus,Potestátes,Virtútes. Arch ángeli, ángeli, vos decet laus & honôres. Ordines nouem Spirituum beatôrum. Quos in Dei láudibus firmáuit cháritas. Nos frágiles hómines firmáte précibus. Vt spiritâles prauitâtes vestro iuuámine vincéntes fórtiter, Nunc & in æuum, vestris simus digni solénniis interêsse sacris.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Pſa. 5. IN illo témpore. Ascéndit Iesus Ierosólymam. Est autem Ierosólymis in Probática, piscina,quæ cognominátur Hebráicè Bethsaida, quinq; pórticus habens. In his iacébat multitúdo magna languéntium, cœcôrum, claudórum, aridôrum, expectántium aquæ motum. Angelus autem Dómini, secúndùm tempus, descendébat in piscínam: & mouebátur aqua. Et qui prior descendísset in piscínam post motiônem aquæ: sanus fiébat, à quacunque detinebátur infirmitâte.

Pſa. 33. Offert. Immíttet ángelus Dómini in circúitu timéntium eum, & erípiet eos:gustâte & vidête, quóniã suauis est Dñus.

Secreta.

HOstias tibi, Dómine, laudis offérimus, supplíciter deprecántes: vt eásdem angélico pro nobis interueniénte suffrágio:& placâtus accípias:& ad salûtem nostram prouenîre concédas. Per.

Com-

Dan 3. Communio. Benedícite omnes ángeli Dómini Dóminum: hymnum dícite, & superexaltâte eum in sécula.

Complenda.

REfécti Dómine benedictióne cęléſti, ſupplíciter implorâmus: vt quod frágili celebrámus officio: ſanctôrum angelôrum atque archãgelôrum nobis prodéſſe ſentiámus auxílio. Per.

Alia Missa de Angelis habetur in festo S. Michaëlis & omnium Angelorum fol. præter Secretam & Complendam, quæ dicuntur vt in præcedenti officio de Angelis.

MISSA DE S. SPIRITV

Fit infra hebdomadam, feria v. vacanti: post Octauam Epiphaniæ vsque ad Cinerum: ab Octaua Paschæ, vsque ad Ascensionem: post Octauam Corporis Christi, vsque ad Aduentum: nisi Missa præcedentis Dominicæ, vel B. Mariæ in Aduentu dicenda fuerit feria v.

Sequens Officium dicitur extra tempus Paschale. Kyrie de Alternantibus. Sub Aduentu sine Glória in excélsis: quod extra Aduentum alioqui dicitur, sine tamẽ Prosa. Non dícitur Credo.

Introitus.

Eze. 36. Psa. 33. 

VM sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de vniuérsis terris: & effúndam super vos aquam mundam, & mundabímini ab ómnibus inquinaméntis vestris: & dabo vobis spíritũ nouum. Ver. Benedícam Dóminum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Ver. Glória.

Oratio.

DEus, cui omne cor patet, & omnis volúntas lóquitur: & quẽ nullum latet secrétum: purífica per infusiónem sancti spíritus cogitatiónes cordis nostri: vt te perfécte diligére: & dignè laudáre mereámur. Per. eiúsdem.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

1. Cap 12. FRatres. Vnicúique autem datur manifestátio spíritus, ad vtilitátem. Alii quidem per spíritum datur sermo sapiéntiæ. Alii autem sermo sciéntiæ, secúndùm eúndem spíritũ. Alteri fides, in eódem spíritu. Alii grátia sanitátum, in vno spíritu. Alii operátio virtûtum: álii prophétia: álii discrétio spirituum: álii génera linguârum: álii interpretátio sermónum. Hæc autem ómnia operâtur vnus, atque idem spíritus: diuidens síngulis, prout vult.

Grad. Psa. 32. Beáta gens, cuius est Dóminus Deus eôrum: pópulus, quem elégit Dóminus in hæreditátem sibi. Ver. Verbo Dómini cæli firmáti sunt: & spíritu oris eius omnis virtus eôrum. Allelúia. Ver. Veni sancte Spíritus, reple tuôrũ corda fidélium, & tui amôris in eis ignem accénde. Allelúia.

Tractus. Psa. 116. Laudâte Dóminum omnes gentes: & collaudâte eum omnes pópuli. Ver. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia eius: & véritas Dómini manet in ætérnum.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 14. INillo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Si dilígitis me: mandâta mea seruâte. Et ego rogâbo patrem, & álium Paraclêtum dabit vobis: vt

mánc-

máneat vobíscum in ætérnum, Spíritum veritâtis, quem mundus non potest accípere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscétis eum: quia apud vos manébit, & in vobis erit.

Offert. E mítte spíritum tuum & creabuntur, & renouábis fáciem terræ: sit glória Dómini in sécula, Psa. 103 Secreta.

HAec oblátio, quæsumus Dómine, cordis nostri máculas emúndet: vt sancti spíritus digna efficiâtur habitátio. Per. eiúsdem.

Præfatio. Qui ascendens super omnes cælos. Communio.

Spíritus vbi vult, spirat: & vocem eius audis, & nescis vnde véniat, aut quò vadat. Complenda.

Concéde, quæsumus omnipotẽs Deus, sanctum nos spíritum votis promeréri sédulis: quátenus eius grátia ab ómnibus liberêmur tentatiónibus: & peccatôrum nostrôrum indulgéntiam percípere mereâmur. Per. eiúsdem.

Ad postulandam gratiã Spiritus sancti, dicitur Missa Cùm sanctificatus fuero. vt suprà.

¶ Solet etiam feria v. sub Aduentu, & aliâs quandoque dici Missa Votiua de SS. Sacramento, quæ habetur in eius festo, fol. 264. eodem modo quo suprà signatum est, de Sancto Spiritu.

Alia Missa de Spiritu Sancto tempore Paschali, & aliâs quandocunque in Missa Votiua de Spiritu Sancto extra tempus Septuagesimæ fit officium. In Votiua feriali tempore Paschali dicitur Kyrie Paschale. Introitus.

Sap 1. SPíritus Dómini repléuit orbem terrârũ, allelúia: & hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia, allelúia, allelúia. Psal. Cõfirma hoc Deus quod operâtus es in nobis: à templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem. Ver. Glória. Kyrie pro tempore & qualitate officii. Glória in excélsis. Psa. 67. Oratio.

DEus qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem spíritu recta sápere: & de eius semper consolatióne gaudére. Per Dóminum. eiúsdem.

Léctio Actuum Apostolôrum.

IN diébus illis. Cùm audíssent Apóstoli, qui erant Ierosólymis, quia recepisset Samária verbum Dei: misérunt ad eos Petrum & Ioánnem. Qui cùm venissent, orauérunt pro ipsis: vt accíperent spíritum sanctum. Nõdum enim in quenquam illôrum vénerat, sed baptizáti tantùm erant in nómine Dómini Iesu. Tunc imponébat manus super illos, & accipiébant Spíritum Sanctum. Graduale & Alleluia vt suprà.

¶ Tempore Paschali vsque ad Pentecosten omittitur Graduale, & additur secundum Allelúia. Ver. In die resurrectiónis meæ, dicit Dóminus, præcédam vos in Galilæam. Mat 28.

¶ Infra Octauam Pentecostes, omisso Graduali, dicuntur duo Alleluia cum suis Ver. vt in ipsa feria eiusdem hebdomadæ, seu Octaua Pentecostes. Prosa. Veni sancte Spíritus, & alia omnia dicuntur sicut in die Pentecostes: exceptis Communicántes, &, Hãc ígitur. quę infra actionem non dicuntur.

MISSA DE S. CRVCE

Fit infra hebdomadam feria vj. vacanti per Aduentum: ab Octaua Epiphaniæ,

vsque ad Cinerum: ab Octaua Paschæ, vsque ad Ascensionem: post Octauam Corporis Christi, vsque ad Aduentum: nisi Missa præcedentis Dominicæ in hac feria explenda vel repetenda fuerit. Extra tempus Paschale omnia fiant feriaIiter cum Præfatione speciali. Tempore Paschali Kyrie Paschale. Oratio peculiaris, cum sua Secreta & Complenda. Reliqua sicut in ordine Missæ. Præfatio &c. ix. lect. Ite missa est, sicut Christee.

Introitus.

Gal. 6. NOs autem gloriâri opórtet in Cruce Dómini nostri Iesu Christi; in quo est salus, vita, & resurréctio nostra: per quẽ saluáti, & liberáti sumus. Psal. Deus mi Psa. 66. sereâtur nostri & benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos & misereâtur nostri. Ver. Glória. Oratio.

DEus, qui vnigéniti filii tui Dómini nostri Iesu Christi pretióso sánguine viuíficæ Crucis vexillum sanctificâre voluísti: concéde quæsumus: eos qui eiúsdem sanctæ Crucis gaudent honôre: tua quoque vbíq; protectióne gaudêre. Per eúndẽ Dó.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Philippénses.

Cap 2. FRatres. Christus factus est pro nobis obédiens vsque ad mortẽ: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltáuit illum: & donáuit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nómine Iesu omne genu flectâtur, cæléstium, terréstrium, & infernôrum. Et omnis lingua confiteâtur: quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei patris.

Grad. Christus factus est pro nobis Phi 2. obédiens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltáuit illum: & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Alleluia. Ver. Dulce lignũ, dulces clauos, dúlcia ferens póndera: quæ sola fuísti digna sustinêre regem cælórum, & Dóminum. Allelúia. Tempore Paschali secundum Allelúia. Ver. Surréxit Dóminus de sepúlchro, qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúia. Prosa.

O Crux, lignum triumphále: mundi vera salus vale: inter ligna nullum tale, fronde, flore, gérmine.

Medicína Christiána, salua sanos, ęgros sana: quod non valet vis humána, fit in tuo nómine.

Assisténtes crucis laudi, consecrátor crucis audi: atque seruos tuæ crucis, post hanc vitam veræ lucis transfer ad palátia.

Quos torménto vis seruîre, fac tormén ta nõ sentîre: sed cùm dies venit iræ, nobis confer & largîre sempitérna gáudia.

Sequéntia sancti euangélij secúndùm Matthæum.

Cap 20. IN illo témpore. Ascéndens Iesus Ierosólymam, assúmpsit duódecim discípulos suos secretò, & ait illis. Ecce ascéndimus Ierosólymam, & filius hóminis tradêtur princípibus sacerdótum & scribis: & condemnábunt eum morte, & tradent eum géntibus ad illudéndum, & flagellándum, & crucifigéndum: & tértia die resúrget.

Offert. Prótege Dómine plebem tuam per signum sanctæ Crucis, ab ómnibus insídiis inimicôrum ómnium: vt tibi gratam exhibeâmus seruitútem, & acceptábile tibi fiat sacrifícium nostrum.

Secreta.

HAec oblátio, quæsumus Dómine, ab ómnibus nos purget offénsis: quæ in ara crucis immolâta: étiam totíus mundi tulit offénsam: Iesus Christus filius tuus Dóminus noster. Qui tecum.

Præfatio. Qui salútẽ humáni géneris.

Communio. NOs autẽ gloriâri opórtet in cruce Dómini nostri Iesu Christi.

Com. Per signum crucis de inimícis nostris líbera nos Deus noster. dicantur alternis hebdomadis. Tempore Paschali, Com. Per lignum serui facti sumus, & per sanctam crucem liberâti sumus: fructus ádoris sedúxit nos: filius Dei redémit nos. Allelúia.

Complenda.

ADésto nobis, Dómine Deus noster: & quos sanctæ crucis lætâri facis honóre: eius quoque perpétuis defénde subsídiis. Per. Tempore Paschali de sancta Cruce. Oratio.

DEus, qui pro nobis filium tuum crucis patíbulum subíre voluísti: vt inimíci à nobis expélleres potestátem: concéde nobis fámulis tuis: vt resurrectiónis ipsius grátiam consequâmur. Per eúndem.

Secreta.

HAec oblátio, quæsumus Dómine, ab ómnibus nos purget offénsis: quæ in ara crucis immolâta: étiam totíus mundi tulit offénsam. Iesus Christus filius tuus Dóminus noster. Qui tecum. Complenda.

LArgîre sénsibus nostris omnípotens Deus: vt per temporálem filii tui mortem quam hæc mystéria veneránda testántur: vitam nobis dedísse perpétuam confidâmus. Per. eúndem.

MISSA
DE PASSIONE
Domini nostri Iesu Christi.



Introitus.

VMiliáuit semetípsum Dóminus noster Iesus Christus vsq; ad mortẽ, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donáuit illi nomen, quod est super omne nomen. Phi. 2

Psal. MIsericórdias Dómini, in ætérnũ cantábo. Ver. Glória. Psa. 88. Oratio.

DOmine Iesu Christe fili Dei vi-ui: qui de cælis ad terram de sinu patris descendísti: & in ligno crucis sánguinem tuum pretiósum in remissiônem peccatôrum nostrôrum fudísti: te humíliter deprecâmur: vt in die iudícii ad déxteram tuam audîre mereâmur: venîte benedícti. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitáte.

Léctio Zacháriæ Prophétæ.

HAec dicit Dóminus. Effúndam super domum Dauid, & super habitatôres Ierúsalem, spíritum grátiæ & miseratiónis. Et aspícient ad me, quem confixérunt: & plangent c. 12.

eum planctu quasi super vnigénitũ: & dolébunt super eum, vt dolêre solet in morte primogéniti. In illa die erit planctus magnus in Ierúsalem: & dicêtur ei. Quid sunt plagæ istæ in médio mánuum tuârũ? Et dicet. His plagátus sum in domo eôrum, qui diligébant me. Frámea suscitâre super pastôrem meum, & super virum cohæréntem mihi, dicit Dóminus exercítuum: Pércute pastôrem, & dispergéntur oues. Ait Dóminus omnípotens. Cap 13.

Gradu. Impropérium expectáuit cor meum, & misériam: & sustínui, qui simul mecum contristarétur, & non fuit: consolántẽ me quæsíui, & non inuéni. Ver. Et dedêrunt in escam meam fel, & in siti mea potauêrunt me acéto. Allelúia. Ver. Aue rex noster: tu solus nostros es miserátus errôres, patri obédiens, ductus es vt agnus mansuétus ad crucem, vt ouis ad occisiónem: tibi glória, hosánna: tibi triúmphus, & victória: tibi honor, & corónæ glória. Allelúia. Psa. 68.

Tempore Paschali, omisso Graduali, dicitur secúndũ Alleluia. Ver. Dícite in géntibus quia Dóminus regnáuit à ligno. Allelúia.

Prosa.

AVe Iesu Christe, qui pro humána salúte de María vírgine nasci voluîsti.

Aue Iesu Christe, qui à Iudæis reprobâri, & à Iuda ósculo tradi voluîsti.

Aue Iesu Christe, qui vínculis alligâri, & vt agnus ínnocens ad víctimam duci voluîsti.

Aue Iesu Christe, qui in conspéctu Piláti præsentâri, falsísque téstibus accusâri voluîsti.

Aue Iesu Christe, qui flagéllis & oppróbriis molestâri, cónspui, spinisque coronâri voluîsti.

Aue Iesu Christe, qui in cruce leuâri, & inter latrónes condemnâri, clauorumque acúleis perforâri voluîsti.

Aue Iesu Christe, qui felle & acéto potári, & láncea vulnerári propter nos voluîsti.

Aue Iesu Christe, qui pro redemptióne mundi flébili morte in cruce mori voluîsti. Supplicámus ergo Dómine IEsu Christe, cónditor géneris humáni, & fili vírginis Maríæ. Da nobis míseris peccatóribus te perfectè dilígere, & te verè crédere, & fine bono decédere. Da nobis te lumen in lúmine æternáliter, & te in præmium æternum posidere. Da nobis tecum cõregnâre, & te in regno tuo sine fine laudâre, benedícere, & glorificáre. Amẽ.

Post LXX. Tract. Verè languôres nostros ipse tulit, & dolôres nostros ipse portáuit. Ver. Et nos putáuimus eum quasi leprôsum, & percússum à Deo, & humiliátum. Ver. Ipse autẽ vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra. Ver. Disciplína pacis nostræ super eum: & liuôre eius sanáti sumus. Isa. 53. Psa. 21.

Sequéntia sancti euangélij secúndum Ioánnem.

IN illo témpore. Sciens Iesus quia iam ómnia consummáta sunt, vt consummarêtur scriptûra, dicit. Sítio. Vas ergo pósitum erat acéto plenum. Illi autem spóngiam acéto plenam, hyssopo circumponéntes, obtulérunt ori eius. Cùm ergo accepísset Iesus acétum, dixit. Consummátum est. Et inclináto cápite trádidit, spíritum. Iudæi ergo (quóniam parascéue erat) vt non remanêrent in cruce córpora Sábbatho (erat enim magnus dies ille Sábbathi) rogauêrunt Cap 19.

Pilâ-

Pilátum, vt frangeréntur eôrum crura, & tolleréntur. Venêrunt ergo mílites: & primi quidem fregérunt crura: & alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venîssent, vt vidérunt eum iám mórtuum, non fregérunt eius crura, sed vnus mílitum láncea latus eius apéruit, & contínuò exíuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit: & verum est testimónium eius.

Offert. Insurrexêrũt in me viri iníqui: absque misericórdia quæsiêrunt me interfícere: & non pepercêrunt in fáciem meam spúere: lánceis vulnerauêrunt me, & concússa sunt ómnia ossa mea.

Secreta.

OBlàtum tibi, Dómine, sacrifícium: intercedénte vnigéniti filii tui passióne: viuificet nos semper & múniat. Qui tecum viuit:

Præfatio. Qui salútẽ humáni géneris.

Comm. Fodêrunt manus meas, & pedes meos: dinumerauérunt omnia ossa mea. Psa. 21.

Complenda.

DOmine Iesu Christe filii Dei viui: qui hora sexta, pro redemptióne mundi, crucis patíbulum ascendîsti: & sánguinem tuum pretiósum in remissiônem peccatôrum nostrôrum fudîsti: te humíliter deprecâmur: vt post óbitum nostrum, paradysi iánuam gaudénter introîre mereâmur. Qui viuis & regnas.

MISSA DE FACIE DOMINI.

Introitus.

NOs autem gloriâri. per totũ vt in officio præcedenti, De S. Cruce.



Oratio.

DEus, qui nobis lúmine vultus tui signátis: memoriále tuũ ad instántiam beátę Verónicæ imáginẽ tuã sudário impressam relínquere voluîsti: per passiónem & crucem tuam, tríbue nobis quæsumus: vt ita te nunc in terris per spéculum & in ænígmate venerâri & adorâre possimus: vt tunc fácie ad fáciem te iúdicem super nos veniéntem secúri & læti videámus. Qui viuis & regnas.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

FRatres. Recogitáte Dóminum Iesum Christum, qui talem sustínuit à peccatôribus aduérsus semetípsum contradictiônem: vt non fatigémini, ánimis vestris deficiéntes. Nondum enim vsque ad sánguinem restitîstis, aduérsus peccátum repugnántes: & oblíti estis cõsolatiónis, qui vobis tanquam fíliis lóquitur, dicens. Fili mi, noli neglígere disciplínam Dómini? neque fatígeris, dum ab eo argúeris. Quem enim díligit Dóminus, castígat: flagéllat autem omnem filium, quem récipit. Indísci Cap. 12.

plína perſeueráte. Tanquàm filiis, vobis offert ſe Deus. Quis enim filius, quem non córripit pater? Quòd ſi extra diſciplínam eſtis, cuius partícipes facti ſunt omnes: ergo adúlteri, & non filii eſtis. Deinde patres quidē carnis noſtræ, eruditiôres habúimus, & reuerebámur eos. Num multò magis obtemperábimus patri ſpirituū, & viuémus?

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Lucam.

Cap 21. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis. Atténdite vobis, ne fortè grauéntur corda veſtra in crápula & ebrietáte, & curis huius vitę: & ſuperuéniat in vos repentína dies illa. Tanquàm láqueus enim ſuperuéniet in omnes, qui ſedent ſuper fáciem omnis terræ. Vigiláte itaque, omni tempore oránte: vt digni habeámini fúgere hæc ómnia, quæ futûra ſunt: & ſtare ante filium hóminis.

Secreta.

DEus, qui pro mundi redemptióne naſci & circumcídi voluîſti: & à Iudæis reprobâri: & Iuda ósculo tradi: vínculis alligári: & vt agnus ínnocens ad víctimam duci: & in conſpéctu Piláti offêrri: falſis quoque téſtibus accusâri: flagéllis & opróbriis moleſtâri: ſputo cónſpui, cólaphis cædi, ſpinis coronâri, in cruce leuâri, atque inter latrónes deputâri: clauis & acúleis perforâri: felle & acéto potâri, & láncea vulnerâri: tu Dómine Ieſu Chriſte, per has ſanctíſſimas pænas tuas nos ab inférni pænis ſalua, & per ſanctam crucem tuam cuſtódi: & illuc perduc nos míſeros peccatôres, quò perduxîſti latrónem tecum crucifixum tibi confitén tem. Qui cum Deo patre & ſpíritu ſancto viuis.

Complenda.

AVxiliéntur nobis, quęſumus Dómine, omnes paſsiónes tuæ, & defendant nos ab omni luctu & miſéria: ab omni impugnatióne córporis & ánimæ, ſcimus enim quòd in quacúnque die eârum memóriā habuêrimus: in illa die ſalui érimus: & ídeò de tua imménſa pietáte confîſi: per has ſanctíſſimas paſsiónes tuas te deprecâmur: vt nos fámulos tuos cæléſti prótegas auxílio: & contínua protectióne conſérues. Qui cum Deo patre & ſpíritu ſancto viuis.

MISSAE DE B. MARIA per Annum.

MAtura Miſſa de S. Maria communiter fit per annum cum Kyrieeleiſon vno ex duobus de Domina. Dominica quidem die, feria ij. iiij. & vj. canitur primum Kyrie. Feria verò iij. v, & Sabbatho ſecundum. In totoduplici feſto dicitur duplex. Per totum tempus Paſchale Kyrie Paſchale. Gloria in excelſis, dicitur quocunque tempore per annum, præterquam in Septuageſima, & deinceps vſque ad Paſcha, quando officium diei ſeu principalis Miſſa fit de tempore. Proſa vt ſuo loco ſignatur. Credo, non prætermittitur Dominicis & illis diebus, quibus in Miſſa maiori dicitur Sanctus & Agnus vnū aliquod de Domina. Quæ cum ſint plura & varia, diuidi poſſunt per ferias. Ite miſſa eſt canitur ſub nota primi Kyrieeleiſō: ſed tempore Paſchali, ſicut Chriſteeleiſon. Quandocunque Ite miſſa eſt non dicitur; ſed eius loco Benedicámus Domino:

Iſa: 45.

mino : canitur illud sicut consueuit ad Completorium de B. Maria. Quod in omnibus communibus missis B. Mariæ per annum ita seruatur.

MISSA DE B. MARIA in Aduentu.



Consueuit prima & vltima Matura Missa in Aduentu dici solenniter, cum Kyrie Coronato, Sanctus & Agnus Angelico.

Fit etiam Missa maior de S. Maria infra hebdomadas Aduentus. In feria ij. vacãti minus solenniter, id est sine Gloria in excelsis, sine Prosa, & Ite missa est. Et in Sabbatho vacanti solenniter. Quòd si prædictæ duæ feriæ impeditæ fuerint: omissis communibus officiis, seu votiuis ferialibus, feria iij. vj. aut v. expleatur in eisdem Missa B. MAriæ, & dicatur ad minus semel in hebdomada, idque solenniter. Duo Kyrieel. de Domina dicantur alternatim. Sic etiam Sanctus & Agnus competenter varientur per hebdomadas.

Introitus.

Isa: 45. ROrâte cæli desúper, & nubes pluant iustum: aperiátur terra, & gérminet Saluatôrẽ. Psal. Et iustítia oriátur simul: ego Dóminus creáui eum. Ver. Gloria.

Oratio.

DEus, qui de beátæ Maríæ vírginis vtero verbum tuum ángelo nunciánte carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis: vt qui verè eam Dei genitricem crédimus: eius apud te intercessiónibus adiuuêmur: Per eúndem.

Léctio Isaíæ Prophétæ.

IN diébus illis. Locútus est Dóminns ad Achaz dicens: Pete tibi signum à Dómino Deo tuo in profúndum inférni, siue in excélsum suprà. Et dixit Achaz. Non petam: & non tentábo Dóminum. Et dixit. Audîte ergo domus Dauid. Nunquid parũ vobis est, moléstos esse homínibus: quia molésti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce, virgo concípiet, & páriet filium, & vocábitur nomen eius Emmánuel. Butyrum & mel cómedet, vt sciat reprobâre malum, & elígere bonum. Cap 7.

Grad. Tóllite portas príncipes vestras, & eleuámini portæ æternáles, & introîbit rex glóriæ. Ver. Quis ascéndet in montem Dómini, aut quis stabit in loco sancto eius? ínnocens mánibus, & mundo corde. Allelúia. Ver. Prophétæ sancti prædicauêrunt, nasci Saluatôrem de vírgine matre, sancta María. Allelúia. Allelúia. Ver. Spíritus sanctus superuéniet in te: & virtus altíssimi obumbrábit tibi. Allelúia. Hæc duo Alleluia, alternis diebus dici possunt, sicut suprà de Alleluia notatur.

Prosa.

MIttit ad vírginem non quemùis ángelum, sed fortitúdinem suam archángelum, amâtor hóminis.

Fortem expédiat pro nobis núncium: natûræ fáciat vt præludícium, in partu vírginis.

Natûram súperat natus, rex glóriæ, regnat & ímperat, & Zimascóriæ tollit de médio.

Superbiéntium terat fastígia, colla sublímium calcet vi própria, potens in prælio.

Foras eiíciat mundánum príncipem, matremque fáciat secum partícipem patris impérii.

Exi qui mitteris, hæc dona disere: reuéla véteris velámen líteræ virtûte núncii.

Accéde, núncia, dic, Aue comínus: dic, plena grátia: dic, tecum Dóminus: & dic, ne tímeas.

Virgo suscípias Dei depósitum, in quo perfícias castum propósitum, & votum téneas.

Audit, & súscipit puélla núncium: credit & cóncipit, & parit filium, sed admirábilem.

Consiliárium humáni géneris, & Deum fórtium, & patrem pósteris in fine stábilem.

Qui nobis tríbuat peccáti véniam, reátus díluat, & donet pátriam in arce syderum. Amen.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Lucam.

Cap 1. IN illo témpore. Missus est ángelus Gábriel à Deo in ciuitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad vírginem desponsâtam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen vírginis María. Et ingréssus ángelus ad eam, dixit: Aue grátia plena, Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Quæ cùm audîsset, turbáta est in sermóne eius, & cogitábat qualis esset ista salutátio. Et ait ángelus ei. Ne tímeas María, inuenîsti enim grátiam apud Deum. Ecce, concípies in útero, & páries filium: & vocábis nomen eius Iesum. Hic erit magnus: & filius altíssimi vocábitur. Et dabit illi Dóminus Deus sedē Dauid patris eius: & regnábit in domo Iacob in ætérnum: & regni eius non erit finis. Dixit autem María ad ángelum. Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respō dens ángelus, dixit ei. Spíritus sanctus superuéniet in te, & virtus altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque & quod nascêtur ex te sanctum, vocábitur filius Dei. Et ecce Elízabeth cognáta tua, & ipsa concépit filium in senectûte sua: & hic mensis, est sextus illi quæ vocatur stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María. Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndùm verbum tuum.

Offert. Aue María grátia plena, Dóminus tecum, benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui. Luc 1.

Secreta.

IN méntibus nostris, quæsumus Dómine, veræ fidei sacraménta confírma: vt qui concéptum de vírgine Deum verum & hóminem confitémur: per eiúsdem salutíferæ resurrectiónis poténtiam, ad ætérnam mereâmur peruenîre lætítiam. Qui tecū.

Præfatio. Et te in veneratióne.

Communio. Ecce, virgo concípiet, & páriet filium: & vocábitur nomem eius Emmánuel.

Complenda.

GRátiam tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infúnde: vt qui ángelo nunciánte Christi

filii

filii tui incarnatiónem cognóuimus: per passiónem eius & crucem ad resurrectiónis glóriam perducâmur. Per eúndem.

In Aduentu de omnibus sanctis Oratio.

COnsciéntias nostras, quæsumꝰ Dómine, visitándo purifica: vt véniens Iesus Christus filius tuus Dóminus noster cum ómnibus sanctis: parátam sibi in nobis inuéniat mansiónem. Qui tecum viuit.

Secreta.

SAcrifícium tibi, Dómine, celebrándum inténde: quod & nos à vítiis nostræ conditiónis emúndet: ac nómini tuo reddat accéptos. Per Dóminum.

Complenda.

ANimæ nostræ, quæsumus Dómine, hoc potiántur desidério: vt tuo spíritu inflammentur: & sicut lámpades diuíno múnere satiáti: ante conspéctum veniéntis filii tui: velut clara luminária fulgeámus. Per eúndem. in vnitáte eiúsdem.

IN NATIVITATE Christi, & inde vsque ad Purificationem incluſiuè.

Introitus.



SAlue sancta parens, enixa puérpera regem: qui cælum terramque regit in sécula seculôrũ. Psal. Post partum virgo inuioláta permansísti: Dei genítrix intercéde pro nobis. Ver. Glória. Oratio.

DEus, qui salútis ætérnæ beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda humáno géneri præmia præstitísti: tríbue quæsumus: vt ipsam pro nobis intercédere sentiâmus: per quam meruimus authorẽ vitæ susćipere: Dóminum nostrum. In Septuagesima ante Purificationem omittitur Gloria in excelsis, nisi ratione Missæ diei dicendũ fuerit in Matura.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Galatas.

FRatres. Quanto témpore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit Dóminus ómnium: sed sub tutóribus & actóribus est, vsque ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos, cùm essémus páruuli, sub eleméntis huius mundi erámus seruiéntes. At vbi venit plenitúdo témporis, misit Deus filium suum, factum ex muliére, factum sub lege: vt eos, qui sub lege erant, redímeret: vt adoptiônem filiôrum reciperémus. Cap 4.

Grad. Benedícta & venerábilis es virgo María: quæ sine tactu pudôris inuénta es mater saluatôris. Ver. Virgo Dei genítrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit víscera, factus homo. Allelúia. Ver. Post partum virgo inuiolâta permansísti: Dei genítrix intercéde pro nobis. Allelúia.

In Matura vsque ad Circumcisionem excluſiuè Prosa.

GRates nunc omnes reddámus Dómino Deo, qui sua natiuitáte nos liberáuit de diabólica potestâte. Huic opórtet vt canámus cum ángelis semper, gloria in excélsis. Et dicitur eodem modo, quo in Missis Natalis Domini. Deinceps Prosa:

GAude Dei genítrix, quam circumstant obstétricum vice: concinéntes ángeli glóriam Deo.

Christe patris vnice; qui humánam nostri causa formam assumpsísti, re-

ue súpplices tuos.

Et quorum partícipem te fore dignátus es Iesu, dignánter eôrum súscipe preces.

Vt ipsos diuinitátis tuæ partícipes Deus fácere dignéris; vnice Dei.

In Summa Sabbathis vacantibus ab Octaua Epiphaniæ Prosa Lætabundus: quæ etiam dicitur in solenni commemoratione, vt in festo Purificationis fol.

In Septuagesima, & deinceps, Tractus Gaude Maria virgo, vt in sequenti Missa, cum Benedicamus, sicut ad Completorium de beata Maria.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Lucam.

Cap. 2. IN illo témpore. Erát Ioseph & Maria mater Iesu, mirántes super his, quæ dicebántur de illo. Et benedíxit illis Simeon, & dixit ad Maríam matrem eius. Ecce pósitus est hic in ruínam: & in resurrectiónem multôrũ in Israël: & in signum, cui contradicétur: & tuam ipsius ánimam pertransíbit gládius: vt reueléntur ex multis córdibus cogitatiónes.

Offert. Felix namq; es sacra virgo María, & omni laude digníssima: quia ex te ortus est Sol iustítiæ, Christus Deus noster. Secreta.

MVnéribus nostris, quæsumus Dómine, precibusque suscéptis: & intercedénte gloriósa Dei genitríce María: & cęléstibus nos mũda mystériis: & cleménter exáudi. Per eúndem. Præfatio à festo Natiuitatis vsq; ad Purificationis, Quia per incarnati. Communio.

Beáta víscera Maríæ vírginis, quæ portauêrunt ætérni patris filium. Compl.

HAec nos commúnio, Dómine, purget à crímine: & intercedén te pro nobis beáta Dei genitríce María: cæléstis remédii fáciat esse consórtes. Per eúndem.

A PVRIFICATIONE vsque ad Pascha.

Salue sancta parens. In Septuagesima & deinceps non dicitur Gloria in excelsis, nec Ite missa est. nisi vt in præcedenti Missa canetur. Oratio. Conce de nos, vt infra in Missa à Trinitate vsque ad Aduentũ. Epistola. Ab initio & ante secula. ibidem. Grad. Benedícta & venerábilis es. Allelúia. Virga Iesse. In Septuagesima & deinceps Tractus. Gaude María virgo cunctas hæreses sola interemísti. Ver. Quæ Gabriélis archángeli dictis credidísti. Ver. Dum virgo Deum & hóminem genuísti: & post partum virgo inuioláta permansísti. Ver. Dei genítrix intercéde pro nobis. Euangel. Loquente Iesu ad turbas. Offerto. Dominica, feria ij. iiij. & vj. Felix namque. Offer. Feria iij. v. & Sabbatho. Recordâre virgo mater. Præfatio Et te in veneratióne. Com. Dominica, feria ij. iiij. & vj. Aue regina. Com. feria iij. v. & Sabbatho Beáta víscera. vt infra à Trinitate vsque ad Aduentum.

IN PASCHA, ET INDE vsque ad Ascensionem.



Alue sancta parens, enixa puérpera regem: qui cælũ, terrámque regit, in sécula seculôrum, allelúia. Ver. Séntiãt omnes tuum leuámen: quicúnque célebrant tuam commemoratiónem. Ver. Gloria. Kyrie Paschale.

Oratio.

Oratio.

PRosit nobis semper omnipotens pater; & præcipuè inter hæc Paschália filii tui solénnia: continuáta Dei genitrícis & vírginis Maríæ memória: quæ ástitit vulneráta charitáte in cruce pendénti: & nunc astat à dextris in cælo regína regnánti: éidem filio tuo Dómino nostro Iesu Christo. Qui tecum viuit & regnat.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Eccl 24. AB initio & ante sécula creâta sum: & vsque ad futûrum séculum non désinam: & in habitatióne sancta coram ipso ministrâui. Et sic in Sion firmáta sum; & in ciuitáte sanctificáta símiliter requiêui: & in Ierúsalem potéstas mea. Et radicáui in pópulo honorificáto: & in partes Dei mei hæréditas illíus: & in plenitúdine sanctôrum deténtio mea.

In die Paschæ & per eius hebdomadam vsque ad Sabbathũ excluſiuè Graduale Hæc dies quam fecit Dóminus: exultémus, & lætêmur in ea. Allelúia. Ver. Virga Iesse vt infra. Sabbatho in Albis Allelúia. Ver. Hæc dies quam fecit Dóminus: exultémus, & lætêmur in ea.

Prosa.

VIctimæ Pascháli laudes ímmolant Christiáni.

Agnus redémit oues, Christus ínnocens patri reconciliáuit peccatôres:

Mors & vita, duéllo conflixêre miránndo: dux vitæ, mórtuus regnat viuus.

Dic nobis María, quid vidísti in via? sepúlchrum Christi viuéntis, & glóriam vidi resurgéntis.

Angélicos testes, sudárium, & vestes: surréxit Christus spes mea: præcédet suos in Galilæam.

Credéndum est magis soli Maríæ verâci, quàm Iudæôrum turbæ falláci.

Scimus Christum surrexîsse ex mórtuis verè: tu nobis victor rex miserêre.

Et dicitur per totam hebdomadam, & in Dominicis, quibus dicitur officium Resurrexi. Ab Octaua verò Paschæ in Missa beatæ Mariæ dicitur primum Alleluia. Ver. Virga Iesse flóruit: virgo Deum & hóminem génuit: pacem Deus réddidit: in se reconcílians ima summis. Secundum Allelúia. Ver. Angelus Dómini descéndit de cælo: & accédens reuóluit lápidem, & sedébat super eum. Ver. Respóndens autem ángelus, dixit muliéribus: quem quæritis? illæ autem dixêrunt, Iesum Nazarénum. Allelúia.

Prosa.

VIrgini Maríę laudes íntonent Christiáni.

O Beáta María, tua per suffrágia, reconciliéntur peccatôres.

Per te fiant líberi à ferménto véteri, víctimæ Paschalis perceptôres.

Da nobis María, virgo clemens & pia, aspéctu Christi viuéntis, & glória frui resurgéntis.

Tu prece nos pia Christo reconcília, quæ sola mater intácta, genítrix es verbi Dei facta.

Credéndum est ex te Deum & hóminẽ natum, resurrexîsse glorificátum.

Scimus Christum processîsse ex María verè: conférua mater nos, & tuêre.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Ioánnem.

Cap 19. IN illo témpore. Stabant iuxta crucem Iesu, María mater eius: & soror matris eius María Cleóphe: & María Magdaléne. Cùm vidísset ergo Iesus matrem, & discípulum stantem quem diligébat, dicit matri suæ. Múlier, ecce filius tuus. Deinde dicit

discí-

discípulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua.

Offertor. Dominica, feria ij. iiij. & vj.

Beáta es virgo María, quæ Dóminum portásti creatórem mundi: genuísti eũ qui te fecit, & in ætérnum pérmanes virgo, allelúia.

Offertorium. Feria iij. v. & Sabbatho.

Recordáre virgo mater, dum stéteris in conspéctu Dei, vt loquáris pro nobis bona; & vt auértat indignatiónem suam à nobis, allelúia.

Secreta.

PRopitiáre nobis, Dómine, illíus agni paschális oblatióne acceptíssima: cum beátæ semper vírginis Maríæ pia interuentióne: quem ipsa génuit perpétua virginitáte conseruáta. Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum.

Præfatio. Et te in veneratióne.

Commu. Dominica, feria ij. iiij. & vj.

Aue regína cælórum, mater regis angelórum: ô María flos vírginum: velut rosa vel lílium: funde preces ad filium, pro salúte fidélium, allelúia.

Communio. Feria iij. v. & Sabbatho.

Beáta víscera Maríæ vírginis, quæ portauêrunt ætérni patris filium, allelúia.

Complenda.

PEr hęc sacraménta paschália nos tibi clementíssime pater: beátæ semper vírginis Maríæ orátio sancta concíliet: quæ nobis panem angelórum & cæléstem alimóniam generáuit. Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum.

DOMINICA IN OCTAVA PASCHAE,

Et sequentibus Dominicis vsque ad Ascensionem cõsueuit dici pro prima Missa officium Resurrexi: nisi propter incidens festum dicenda fuerit de Dominica. Secunda oratio dicitur de B. Maria. Quod regula est per annum in Matura, quando non de B. Maria fit Missa: præterquàm in die animarum. Primum Alleluia Pascha nostrum, sine Ver. Epulemur. Secundum Alleluia de Dominica occurrente. Præfatio, Sanctus, & Agnus Paschaliter. Consueuit autem in parochialibus prima Missa dici de Dominica, & è contrà maior de Resurrectione, nisi festum impediat: vt notatur in proprio temporis ante Dominicam in Octaua Paschæ.

Ab Octaua verò Paschæ vsque ad Ascensionem, Sabbatho vacanti dicitur principalis Missa de S. Maria cum duobus Alleluia, Ver. vt suprà.

Prosa.

MAnè prima Sábbathi surgẽs Dei filius, nostra spes & glória.

Victo rege scéleris, rédiit ab ínferis cũ summa victória.

Cuius resurréctio omni plena gáudio, consolátur ómnia.

Resurgéntis itáque María Magdaléne facta est prænúncia,

Ferens Christi fratribus eius mortem tristibus, expectáta gáudia.

O beáti óculi, quibus regem séculi mortе iam depósita prima est intúita.

Hæc est illa fœmina, cuius cuncta crímina ad Christi vestígia eius lauit grátia.

Quæ dum plorat, & mens orat, facto clamat, quod cor amat Iesum super ómnia.

Non ignórat quem adórat, quid precétur: nam delêtur quod mens timet cónscia.

O María stella maris, pia mater appellàris, óperum per mérita.

Matri Christi coæquáta, dum fuîsti sic vocáta, sed honôre súbdita.

Illa mundi imperátrix, ista beáta peccátrix, lætítiæ primórdia fuérunt in eccléſia.

Illa enim fuit porta, per quam ſalus exórta: hæc reſurgéntis prænúntia mundum replet lætítia.

O María Magdaléna, audi vota laude plena, apud Chriſtum chorum iſtum libénter concília.

Vt fons ſummæ pietátis, qui te lauit à peccátis, ſeruos ſuos atque tuos mũdet data venia. Amen dicant ómnia.

Hæc Proſa, & Proſa Virgini Maríæ laudes ſicut & Offertorium, & Communio, alternis Sabbathis dicuntur.

IN ASCENSIONE Domini, & inde vſque ad Pentecoſten excluſiuè.

Omnia vt ſuprà ab Octaua Paſchæ vſq; ad Aſcenſionẽ præter infraſcripta.

Oratio.



Eus qui per Aſcenſiónem filii tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti famíliam tuã lætificâre dignátus es: præſta quæſumus, vt per eius genitrícem vírginem Maríam, perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúndem. Secundum Allelúia. Ver Aſcéndit Deus in iubilatiône: & Dóminus in voce tubæ. Allelúia.

Proſa.

VEni virgo vírginum, veni lumen lúminum: veni vena véniæ.

Veni ſalus hóminum, veni ſplédor órdinum cæléſtis milítiæ.

Conſolátrix ínclyta veni, vide, víſita errántes in área.

Nos foue, nos éxcita, nos rege, nos ſúſcita de lacu miſériæ.

Veni Ieſſe vírgula, veni roſa prímula, roſa carens crímine.

Peccatôrum víncula, rumpe prece ſédula, præſéntis famíliæ.

Interuéntrix óptima, reple cordis íntima, cæléſti tempérie.

Magna maior máxima, eſto nobis próxima, rogans regem glóriæ.

Vt nos iungat ſúperis, dans nobis in déxteris, poſt ſpem frui ſpécie.

Tu regína díceris: miſerêre míſeris, virgo mater grátiæ.

Secreta.

HOſtia, quæſumus Dómine, quã pro glorióſa aſcenſióne filii tui offérimus: intercedénte beáta María ſemper vírgine: deuotióni noſtræ proficiat, & ſalûti. Per eúndem.

Complenda.

MVnera diuína quę ſúmpſimus, Dómine, aſcénſio filii tui Dómini noſtri in nobis dignánter cómpleat: & compléndo beátæ Maríæ précibus nos in mélius dedúcat. Per eúndem.

IN DIE PENTECOSTES & per totam eius hebdomadam.

Omnia vt ſuprà præter infraſcripta.

Oratio. Concéde nos fámulos, vt inſequẽti Miſſa. Secũdũ Allelúia. Ver. Veni Sancte Spíritus, reple tuôrũ corda fidéliũ, & tui amôris in eis ignẽ accénde. Allelúia. Proſa. Veni virgo vírginum. vt ſuprà. Euangel. Loquénte Ieſu. Secre. Tua Dómine. Complen. Sumptis Dómine. vt in ſequenti Miſſa.

IN DIE S. TRINITATIS & deinceps vsq; ad Aduentum Dómini. Introitus.



SAlue sancta parens, enixa puérpera regem: qui cælũ terramque regit in sécula seculôrũ. Psal. Séntiant omnes tuũ leuâmen: quicúnque célebrant tuam commemoratiónem. Ver. Glória.

Oratio.

COncéde nos fámulos tuos, quę sumus Dómine Deus: perpétua mentis & córporis salûte gaudêre: & gloriôsa beátæ Maríæ semper vírginis intercessiône: à præsénti liberâri tristítia: & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Ecc 24. AB inítio & ante sécula creâta sũ: & vsque ad futûrum séculum non désinam: & in habitatióne sancta coram ipso ministràui. Et sic in Sion firmáta sum: & in ciuitáte sanctificâta símiliter requiéui: & in Ierúsalem potéstas mea. Et radicáui in pópulo honorificáto: & in partes Dei mei hæréditas illíus: & in plenitúdine sanctôrum deténtio mea.

Grad. Benedícta & venerábilis es virgo María, quæ sine tactu pudôris inuénta es mater Saluatôris. Ver. Virgo Dei genítrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit víscera factus homo.

Dominica die, feria ij. & v. Allelú. Ver. Virga Iesse flóruit: virgo Deum & hóminem génuit: pacem Deus réddidit: in se reconcílians ima summis. Allelúia. Prosa.

VErbum bonum & suaue, personémus illud aue, per quod Christi fit concláue, virgo mater filia.

Per quod aue salutâta, mox concépit fœcundâta virgo Dauid stirpe nata, inter spinas lília.

Aue veri Salomónis mater, vellus Gedeônis, cuius magi tribus donis laudant puerpérium.

Aue solem genuîsti, aue prolem protulîsti, mundo lapso contulîsti vitam & impérium.

Aue sponsa verbi summi, maris portus, signum dumi, arómatum virga fumi, angelôrum Dómina.

Supplicámus nos emménda, emendátos nos commênda tuo Nato, ad habênda sempitérna gáudia.

Feria ij. & vj. Allelúia. Ver. Felix es sacra virgo María, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est Sol iustítiæ. Allelúia. Prosa.

GAude mater lúminis, quam diuíni núminis visitáuit grátia María.

Salue virga régia, flore fructu cándida, diuína poténtia, María.

Tu virtûtum spéculum, perlustrâsti séculum luce claritátis, María.

Plena Dei múnere, meruísti gígnere prolem sanctitátis, María.

Te honórant súperi matrem omnis grátiæ, María.

Ad te clamant míseri, de valle misériæ, María.

Audi voces, terge fletus, nos commênda filio, ô María.

Vt nos suo prece tua cóllocet in solio ô María.

Feria iiij. Allelúia. Ver. María Dei genítrix, & virgo perénnis, intercéde pro nobis. Allelúia. Prosa.

GAude María, templum summæ maiestátis.

Gaude María, spéculum diuinitátis.

Gaude María, lex testaménti grátiæ.
Gaude María, lux ornaménti glóriæ.
Gaude María, vera spes veri gáudii.
Gáudium nobis sit tui vultus filii.
Salua nos, & serua in séculum séculi,
Vbi te sanctórum contemplántur óculi.
Aue mater glorióſa, casti candor lílij:
aue mitis odor rosæ, summi spes solátii.
In procínctu viæ stamus, lapsis manum pórrige: tua prece ne cadámus, gressus nostros dírige, virgo María.

Feria v. Prosa vt suprà. Vel Prosa:

AVe María, grátia plena: Dóminus tecum, virgo seréna.
Benedícta tu in muliéribus: quæ peperísti pacem homínibus, & ángelis glóriam.
Et benedíctus fructus ventris tui: qui cohærédes vt essémus sui, nos fecit per grátiam.
Per hoc autem aue mundo tam suaue, contra carnis iura,
Genuísti prolem, noua stella solem, noua genitúra.
Tu parui & magni leónis, & agni Saluatóris Christi templum extitísti: sed virgo intácta.
Tu floris & roris panis, & pastóris vírginum regína, rosa sine spina, genítrix es facta.
Tu cíuitas regis iustítiæ: tu mater es misericórdię, de lacu fæcis & misérię Theophilum refórmans gratiæ.
Te colláudat cæléstis cúria, quæ mater es regis & filia: per te reis donátur vénia, per te iustis confértur grátia.
Ergo maris stella, verbi Dei cella, & solis aurôra.
Paradysi porta, per quam lux est orta: Natum tuum ora.
Vt nos soluat à peccátis, & in regno claritátis, quo lux lucet sédula, cóllocet per sécula.

Sabbatho. Allelúia. O consolátrix páuperum María, tuis précibus auge tuôrũ númerum, in charitáte Christi: quos tu de mortis mánibus per filium humílium mater eripuísti. Allelúia. Prosa.

HOdiérnæ lux díei célebris, in matris Dei ágitur memória.
Decantémus in hac die, semper vírginis Maríæ, laudes & præcónia.
Omnis homo, omni hora hanc adôra, & implóra eius patrócinia.
Psalle, psalle nisu toto cordis, oris voce, voto: aue plena grátia.
Aue dómina cælôrum, inexpérta viri torum, parens paris néscia.
Fœcundâta sine viro, genuísti more miro genitôrem filia.
Florens hortus austro flante, porta clausa post & ante, via viris ínuia.
Fusa cæli rore tellus, fusum Gedeônis vellus, deitátis plúuia.
Salue decus firmaménti: tu caliginósæ menti desuper irrádia.
Placa mare maris stella, ne inuóluat nos procélla, & tempéstas válida.

Sabbatho insolenni commemoratione inter Purificationem & Septuagesimam, post Octauam Corporis Christi & ante Aduentum Allelúia. O consolatrix. vt suprà. Prosa.

AVe præclâra maris stella, in lucẽ géntium María, diuínitus orta.
Euge Dei porta, quæ non apérta, veritátis lumen ipsum solem iustítiæ, indútum carne ducis in orbem.
Virgo decus mundi, regína cæli prælécta vt sol, pulchra lunâris vt fulgor: agnósce omnes te diligéntes.
Te plenam fide virgam almæ stirpis Iesse, nascitûram priôres desideraué-

runt patres, & prophétæ

Te lignum vitæ, sancto roránte pnéuma te, paritûram diuíni floris amígdalũ, signáuit Gábriel.

Tu agnum regem terræ dominatôrem, Moabítici de petra deſérti: ad montem filiæ Sion traduxîſti.

Tuque furéntem Leuíathan ſerpéntem tortuoſumque, & vectem collídens, damnóſo crímine mundum exemîſti.

Hinc géntium nos relíquiæ, tuæ ſub cultu memóriæ, mirum in modum quem es cníxa propitiatiónis agnum, regnántem cælo æternáliter, reuocámus ad aram mactándum myſteriáliter.

Hinc manna verum Iſraëlitis veris, veri Abrahæ fíliis admirántibus quondã Moyſi, quod typus figurâbat, iam nũc abdúcto velo datur pérſpicí: ora Virgo, nos illo pane cæli dignos effici.

Fac fontem dulcem, quem in deſérto petra præmonſtráuit, deguſtâre cum ſyncéra fide, reneſque conſtríngi lotos in mari, anguem æneum in cruce ſpeculári.

Audi nos: nam te filius nihil negans honórat.

Salua nos Ieſu, pro quibus virgo mater te orat.

Da fontem boni viſere, da puros mentis óculos in te defígere.

Quo hauſto ſapientíæ, ſapórem vitæ váleat mens intellígere.

Chriſtianíſſimi fidem opéribus redímere, beatoque fine ex huius incolátu ſeculi author ad te transîre.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Lucam.

Cap. II.

IN illo témpore. Loquénte Ieſu ad turbas, extóllens vocem quædam mulier de turba, dixit illi. Beátus venter qui te portáuit, & úbera quæ ſuxíſti. At ille dixit. Quin immò: beáti qui áudiunt verbum Dei, & cuſtódiunt illud.

Offertor. Die Dominica, feria ij. & v.

Felix namque es ſacra virgo María, & omni laude digníſsima; quia ex te ortus eſt ſol iuſtítiæ, Chriſtus Deus noſter.

Offert. Feria iij. & Sabbatho. Recordâre virgo mater, dum ſtéteris in conſpéctu Dei, vt loquâris pro nobis bona: & vt auértat indignatiónem ſuã à nobis

Offer. Feria iiij. &. vj. Beáta es virgo María, quæ Dóminum portáſti creatórem mundi: genuîſti eum qui te fecit, & in ætérnum pérmanes virgo.

Secreta.

TVa, Dómine, propitiatióne: & beátæ Maríæ ſemper vírginis interceſsióne: ad perpétuam atque præſéntem hæc oblátio nobis proficiat proſperitátem & pacem. Per.

Præfatio. Et te in veneratione.

Comm. Die Dominica, feria ij. iiij. & vj.

Aue regína cælôrum, mater regis angelôrum: ô María flos vírginum: velut roſa vel lílium: funde preces ad filium pro ſalûte fidélium.

Communio. Feria iij. v. & Sabbatho.

Beáta víſcera Maríæ vírginis, quæ portauêrunt ætérni patris filium.

Complenda.

SVmptis, Dómine, ſalútis noſtræ ſubsídiis: da quæſumus: beátæ Mariæ sẽper vírginis patrocíniis nos vbíque prótegi: in cuius veneratióne hæc tuæ obtúlimus maieſtáti. Per.

¶ Nota, quòd in Miſſa Maiori Sabbatho ante Septuageſimam ſi vacauerit: alioqui poſt Octauam Epiphaniæ proximè vacanti. Item Sabbatho poſt Octauam Corporis Chriſti, & Sabbatho ante Ad-

te Aduentum Domini (vt præmittitur) proximè vacantibus dicitur solenne officium de B. Maria. Post Octauam Epiphaniæ si veniat ante Purificationem, dicitur Alleluia Ver. Post partũ. Prosa, Lætabundus. Aliis temporibus supradictis dicitur Alleluia. O consolatrix. Prosa, Aue præclara. Et in omnibus tribus solennibus commemorationibus dicitur Credo.

Votiuæ Missæ de S. Maria cuiuscunq; generis fuerint pro tempore & officii qualitate, poterunt dici per annum prædicto modo: ita tamen, vt Sacerdos ad præscriptum dicendorum Alleluia, Prosæ, Offertorii, Communionis (si nolit) non obligetur: sed vnum aliquod ex singulis ad libitum sibi deligere possit, quod dicat: dummodo tempori, & suæ cuiq; Missæ assignatæ se accommodet.

ALIÆ MISSÆ VOTIVÆ pro diuersis quacunq. die dicendæ, nisi fuerit Dominica, vel officium duplex.

Quæ tamen passim non dicantur nisi vrgenti de causa, vt supra dictum est de aliis Missis votiuis.

MISSA PRO QVACVNQ. necessitate. Introitus.



Salus pópuli ego sũ, dicit Dóminus: de quacúnque tribulatióne clamáuerint ad me, exáudiã eos: & ero illôrum Dóminus in perpétuum. Psal. Atténdite pópule meus legem meam: inclinâte aurem vestram in verba oris mei. Ver. Gloria.

Oratio.

INeffábilem misericórdiam tuam Dómine nobis cleménter osténde: vt simul nos & à peccátis ómnibus éxuas, & à pœnis, quas pro his merêmur, erípias. Per Dóminum.

Léctio Ieremíæ Prophétæ.

SI iniquitátes nostræ conténderint contra nos: Dómine fac propter nomen tuum: quóniam multæ sunt auersiónes nostræ. Tibi peccáuimus, expectátio Israël, saluátor eius in tẽpore tribulatiónis. Tu autem in nobis es Dómine, & nomen tuum inuocátum est super nos: ne derelínquas nos, Dómine Deus noster.

Grad. Liberâsti nos Dómine ex affligẽtibus nos: & eos qui nos odêrunt, confudísti. Ver. In Deo laudábimur tota die, & nómini tuo confitébimur in sécula. Allelúia, allelúia. Ver. Propítius esto Dómine peccátis nostris: ne quando dicant gentes, vbi est Deus eôrum? Alle.

Tempore Paschali Graduale omittitur, & additur sequens Ver. Exultábo & lætâbor in misericórdia tua: quóniam respexísti humilitátem meam: saluásti de necessitátibus ánimã meã. Allelúia

Post Septuagesimam, Tractus.

De necessitátibus meis éripe me Dómine: vide humilitátem meam, & labôrem meum: & dimítte ómnia peccáta mea. Ver. Ad te Dómine leuáui ánimã meam: Deus meus in te confído, non erubéscam: neque irrídeant me inimíci mei: Ver. Etenim vniuérsi qui te expéctant, non confundéntur: confundántur omnes faciéntes vana.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Marcum.

IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Habéte fidem Dei. Amen Cap. 11.

dico vobis, quia quicúnque díxerit huic monti. Tóllere,& míttere in mare: & non hæsitáuerit in corde suo, sed credíderit quia quodcúnque díxerit, fiat: fiet ei. Proptérea dico vobis: ómnia quæcúnque oántes pétitis, crédite quia accipiétis,& euéniet vobis.

Offert. Si ambuláuero in médio tribulatiónis, viuificábis me Dómine. & super iram inimicôrum meôrum exténdes manum tuam,& saluum me fecit déxtera tua.

Secreta.

PVríficet nos Dómine, quæsumus,múneris prę́séntis oblátio: & dignos sacra participatióne perficiat. Per.

Commu. Meménto verbi tui seruo tuo Dómine, in quo mihi spem dedísti: hæc me consoláta est in humilitáte mea.

Complenda.

PRæsta, quæsumns Dómine: vt terrénis affé́ctibus expiáti,ad supérni plenitúdinem sacraménti, cuius libáuimus sanćta, tendámus. Per Dóminum.

PRO QVACVNQVE necessitate, & re obtinenda.

Oratio.

DEus, refúgium nostrum & virtus, adésto piis eccléśiæ tuæ précibus author ipse pietátis, & præsta: vt, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequâmur. Per Dñm no.

Secreta,

DA miséricors Deus: vt hæc salutáris oblátio,&à própriis nos reátibus indesinénter expédiat, & ab ómnibus tueâtur aduérsis. Per Dñm.

Complenda.

SVmpsimus Dómine sacri dona mystérii, humíliter deprecántes: vt,quæ in tui commemoratióne nos fácere præcepísti, in nostræ proficiant infirmitátis auxílium. Qui viuis & regnas cum Deo patre.

MISSA CONTRA PAGANOS.

Introitus.



xúrge: quare obdórmis Dómine? exúrge, & ne repéllas in finem: quare fáciem tuam auértis? obliuíscéris tribulatiónem nostram? adhæsit in terra venter noster: exúrge Dómine, adiúua nos, & líbera nos. Psal. Deus áuribus nostris audíuimus: patres nostri annunciauêrunt nobis. Ver. Gloria. Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, in cuius manu sunt ómnium potestátes, & ómnium iura regnôrū, réspice in auxílium Christianôrum: vt gentes paganôrum quæ in sua feritáte confídunt, déxteræ tuæ potén tia conterántur. Per.

Epist. In diébus illis: Orauit Mardochæus ad Dóminum dicens. vt in feria iiij. post Dñicā ij. Quadragesimæ, fol. 73.

Grad. Sciant gentes, quóniam nomen tibi Deus: tu solus altíssimus super omnem terram. Ver. Deus meus pone illos vt rotam,& sicut stípulam ante fáciem venti. Allelúia Allelú. Ver. Excita Dñe poténtiam tuam,& veni: vt saluos fácias nos, Allelúia. Tempore Paschali Graduale omittitur, & dicitur sequens Ver. Deus virtûtum conuértere, réspice de cælo, & vide,& vísita víneam istã: & pérfice eam, quam plantáuit déxtera tua, Allelúia. Post Septuagesimam Tractus. Adiúua nos Deus salutâris noster,

ſter, & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos: & propítius eſto peccátis noſtris propter nomen tuum. Ver. Ne fortè dicánt in géntibus, vbi eſt Deus eôrum? & innotéſcant coram óculis noſtris. Ver. Vltio ſánguinis ſeruôrũ tuôrum, qui effúſus eſt, intret in conſpéctu tuo gémitus compeditôrum. Euange. Quis veſtrûm habébit amícum. vt in Rogationibus. fol. 240.

Offertorium. Pópulum húmilem ſaluum fácies, & óculos ſuperbôrum humiliábis: quóniam quis Deus præter te Dómine? Secreta.

SAcrifícium Dómine, quod immolámus, intende: vt, propugnatôres tuos ab omni éruas paganôrum nequítia, & in tuæ protectiónis ſecuritáte conſtítuas. Per.

Commun. In ſalutári tuo ánima mea, & in verbum tuum ſperáui: quando fácies de perſequéntibus me iudícium? iníqui perſecúti ſunt me: adiúua me Dómine Deus meus. Complenda.

PRotéctor noſter áſpice Deus, & propugnatôres tuos à paganôrum defénde periculis: vt ab ómnibus perturbatiónibus ſemôti, líberis tibi méntibus ſéruiant. Per.

MISSA TEMPORE BELLI

Introitus.



Eminíſcere miſerati ônum tuârum Dómine, & miſericórdię tuę, quę à ſéculo ſunt: ne vnquã dominéntur nobis inimíci noſtri, líbera nos Deus Iſraël ex ómnibus angúſtiis noſtris. Pſal. Ad te Dómine leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído non erubéſcã. Ver. Gloria.

Oratio.

DEus, qui cónteris bella, & impugnatôres in te ſperántium poténtia tuæ defenſiónis expúgnas: auxiliâre fámulis tuis implorántibus miſericórdiam tuam: vt ómnium inimicôrum feritáte depréſsa, inceſsábili te gratiârum actióne laudémus. Per Dóminum.

Léctio Ieremíæ Prophétæ.

IN diébus illis. Acceſsérunt omnes príncipes bellatôrum: dixeruntq; ad Ieremíam Prophétam. Ora pro nobis ad dóminum Deum tuum. Et factum eſt verbum Dómini ad Ieremíam. Vocáuitq; Iohánan filium Careæ, & omnes príncipes bellatôrum, & vniuérſum pópulum à mínimo vſque ad magnum. Et dixit ad eos. Hęc dicit Dóminus Deus Iſraël, ad quem miſiſtis me, vt proſtérnerem preces veſtras in conſpéctu eius. Si quieſcéntes manſéritis in terra hac, ædificábo vos, & non déſtruam: plantábo, & non euéllam. Iam enim placátus ſum ſuper malo, quod feci vobis. Nolíte timêre à fácie regis Babylónis, quem vos páuidi formidâtis. Nolíte metuêre eum, dicit Dóminus: quia vobíſcum ſum ego, vt ſaluos vos fáciam, & éruam de manu eius. Et dabo vobis miſericórdias, & miſerêbor veſtri: & habitâre vos fáciam in terra veſtra: dicit Dñus omnípotens. Gradu. Tues Deus, qui facis mirabília ſolus, notam in géntibus virtûtem tuam. Ver. Liberâſti in bráchio tuo pópulum tuum: filios Iſraël & Ioſeph. Allelúia. allelúia. Ver. Eripe me de inimícis meis Deus meus: & ab inſurgéntibus in me líbera me, Allelúia.

Tempore Paschali Graduale omittitur, & dicitur sequens Ver. Ego autem cãtábo fortitúdinem tuam : & exaltábo manè misericórdiam tuam, Allelúia.

Post Septuagesimam. Tractus. Dómine non secúndùm peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndùm iniquitátes nostras retríbuas nobis. Ver. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrârũ antiquârum, citò antícipent nos miséricórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. Ver. Adiúua nos Deus salutâris noster: & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos, & propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Matthæum.

IN illo témpore. Accessérunt ad Iesum discípuli secrétò dicéntes. Dic nobis: quando hæc erunt? & quod signum aduéntus tui, & consummatiônis séculi? Et respóndens Iesus, dixit illis. Vidéte ne quis vos sedûcat. Multi enim vénient in nómine meo, dicéntes, ego sum Christus: & multos sedûcent. Auditûri enim estis prælia, & opiniónes prœliôrum. Vidéte ne conturbémini. Opórtet enim hæc fieri: sed nondum est finis. Consúrget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestiléntiæ, & fames, & terræmótus per loca. Hæc autem ómnia, inítia sunt dolôrum.

Offert. Pópulum húmilem saluum fácies Dómine, & óculos superbòrum humiliábis: quóniam quis Deus præter te Dómine? Secreta.

SAcrifícium Dñe, quod immolámus, inténde placátus: vt ab ómnibus nos éruat bellôrum nequítiis, & in tuæ protectiónis securitáte constítuat. Per Dóminum.

Comm. Inclína Dómine aurem tuam: accélera, vt éruas nos. Complenda.

DEus regnôrum ómniũ regumq; dominátor: qui nos & percutiéndo sanas, & ignoscéndo conséruas: præténde nobis misericórdiam tuam: vt tranquillitâte pacis tua potestâte seruáta, ad remédia correctiônis vtâmur. Per Dóminum.

MISSA PRO PECCATIS.

Introitus.



OMnia quæ fecísti nobis Dómine, in vero iudício fecísti: quia peccáuimus tibi, & mandátis tuis non obedíuimus: sed da glóriam nómini tuo: & fac nobíscũ secúndùm multitúdinem misericórdię tuę. Dan 3. Psal. Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dñi. Ver. Gloria Omnia ferialiter. Oratio. Psa. 118.

EXaudi, quæsumus Dómine, súpplicum preces: & confiténtium tibi parce peccátis: vt páriter nobis indulgéntiam tríbuas benignus & pacem. Per Dóminum.

Léctio Ieremíæ Prophétæ.

SI iniquitátes nostræ conténderint contra nos: Dómine fac propter nomen tuum: quóniam multæ sunt auersiónes nostræ. Tibi peccáuimꝰ, expectátio Israël, saluátor noster in témpore tribulatiónis. Tu autem in nobis es Dómine, & nomen sanctum tuum inuocátum est super nos: ne derelínquas nos Dómine Deus noster. Cap 14.

Grad. Propítius esto Dómine peccátis nostris: ne quando dicant gentes, vbi est Psa. 87.

Deus

Psa. 84. Cap 11. Psa 38.

Deus eôrum? Ver. Adiuúa nos Deus salutâris noster: & propter honórem nóminis tui Dómine líbera nos. Allelúia.
Psa. 84. Ver. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam: & salutáre tuum da nobis. Allelúia. Post Septuagesimam Tractus. De profúndis clamáui ad te Dómine, Dómine exáudi vocem meam. Ver. Fiant aures tuæ intendéntes in oratiónem serui tui. Ver. Si iniquitátes obseruáueris Dómine, Dómine quis sustinébit?

Sequéntia sancti euangélii secúndum Marcum.

Cap 11. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Habéte fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicúnque díxerit huic monti, Tóllere, & míttere in mare: & non hæsitáuerit in corde suo, sed credíderit quia quodcúnque díxerit, fiat: fiet ei. Proptérea dico vobis: Omnia quæcúnque orántes pétitis, crédite quia accipiétis, & euénient vobis. Et cùm stábitis ad orándum, dimíttite si quid habétis aduérsus áliquem: vt & pater vester qui in cælis est, dimíttat vobis peccáta vestra. Quòd si vos non dimiséritis: nec pater vester qui in cælis est dimíttet vobis peccáta vestra.

Psa. Offert. Sperent in te omnes, qui nouêrunt nomen tuum Dómine: quóniam non derelínquis quæréntes te: psállite Dómino qui hábitat in Sion, quóniam non est óblitus oratiónem páuperum.

Secreta.

HOstias tibi, Dómine, placatiónis & laudis offérimus: vt & delícta nostra miserâtus absóluas: & nutántia corda tu dírigas. Per.

Psa. 36. Communio. Inclina Dómine aurem tuam: accélera, vt éruas nos.

Complenda.

PRæsta nobis ætérne Saluátor: vt percipiéntes hoc múnere veniam peccatôrum: deínceps peccáta vitémus. Per.

Alia pro peccatis. Oratio.

PArce Dómine, parce peccátis nostris: & quamuis incessánter delinquéntibus contínua pæna debeâtur: præsta quæsumus: vt quod ad perpétuum merémur exítium: transeat ad nostræ correctiónis auxílium. Per.

Secreté.

SAcrifícia tibi, Dómine, cum eccléſiæ tuæ précibus immolánda corda nostra purificent: quæ & indulgéntiæ tuæ nobis dona concilient: &, de aduérsis próspera sentíre perfíciant. Per.

Complenda.

VItia cordis humáni hæc, quæsumus Dómine, medicína compéscat: quæ mortalitátis nostræ venit curâre languôres. Per Dóminum.

Alia pro peccatis. Oratio.

INeffábilem misericórdiam tuã nobis, Dómine, cleménter osténde: vt simul nos à peccátis ómnibus éxuas: & à pœnis quas pro his merémur erípias. Per.

Secreta.

PVrificet nos, quæsumus Dómine, múneris præséntis oblátio: & dignos sacra participatióne perfíciat. Per.

Complenda.

PRæsta, quæsumus Dómine: vt terrénis affectibus expiáti: ad supérni plenitúdinem sacraménti: cuius libáuimus sancta, tendámus. Per.

PRO FAMILIARIBVS & benefactoribus.

Pſa. 54. EXáudi Deus oratiónem meam,& ne despéxeris deprecatiónem meã : intènde in me,& exáudi me. Psal. Contristátus sum in exercitatióne mea : & conturbátus sum à voce inimíci, & à tribulatióne peccatôris. Ver. Gloria. Oratio.

DEus, qui charitátis dona per grátiam sancti spíritus tuôrum córdibus fidélium infúndis: da fámulis & famulábus tuis, pro quibus tuã deprecámur cleméntiam : salútem mentis & córporis : vt te tota virtúte díligant : & quæ tibi plácita sunt tota dilectióne perficiant.Per.eiúsdẽ.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Colossenses.

C P 1. FRatres,Non cessámus pro vobis oránte & postulántes,vt impleámini agnitióne voluntátis Dei, in omni sapiéntia & intelléctu spiritáli: vt ambulétis dignè,Deo per ómnia placéntes : in omni ópere bono fructificántes, & crescéntes in sciéntia Dei: in omni virtúte confortáti secundùm poténtiam claritátis eius : in omni patiéntia & longanimitâte cum gáudio. In Christo Iesu Dómino nostro.

Pſa. 89. Grad. Conuértere Dómine aliquántulum, & deprecâre super seruos tuos. Ver. Dómine refúgiũ factus es nobis, à generatióne in generatiónem. Allelúia. Ver. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam : & salutáre tuum da nobis. Allelúia. Post Septuagesimam Tractus. Dómine non secúndùm peccáta nostra. Vide in Missa sequenti.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 17. IN illo témpore. Sublenátis Iesus óculis in cælum, dixit. Pater, quos dedísti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum:vt vídeant claritátem meam, quam dedísti mihi: quia dilexîsti me ante constitutiónem mundi. Pater iuste,mundus te non cognóuit: ego autem cognóui te : & hi cognouêrunt,quia tu me misísti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum fáciam: vt diléctio qua dilexísti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

Pſa. 129 Offert. De profúndis clamáui ad te Dómine : Dómine, exáudi oratiónem meam. Secreta.

MIserère, quæsumus Dómine, fámulis & famulábus tuis,pro quibus hoc sacrifícium laudis tuæ offérimus maiestáti : vt per hæc sancta supérnæ benedictiónis grátiam obtíneant: & glóriam ætérnæ beatitúdinis acquîrant. Per.

Pſa. 18. Communio. Ab occúltis meis munda me Dómine: & ab alíenis parce seruo tuo. Complenda.

DIuína libántes mystéria,quæsumus Dómine : vt hæc salutária sacraménta illis prosíciant ad prospéritátem & pacem: pro quorum quarúmque dilectióne hæc tuæ obtúlimus maiestâti. Per.

Pro benefactoribus. Oratio.

DEus, qui post baptísmi sacraméntum secúndam ablutiónẽ peccatôrum eleemósynis indidîsti: réspice propítius super fámulos & fámulas tuas: pro quorum opéribus tibi grátiæ referúntur : fac eos, quæsumus, præmio beátos quos fecísti pietáte deuôtos:vt recípiant pro par

uis

uis magna: pro terrénis cæléstia: pro temporálibus sempitérna. Per.

Secreta.

HOstias nostras, quæsumus Dómine, pro ómnibus nobis bona faciéntibus propítius súscipe: eorum q; peccáta plácatus indúlge. Per.

Complenda.

SVméntes, Dómine, tua sancta mystéria, pétimus cleméntiam tuam: vt nobis prosíciant ad medélam: & benefactóribus nostris ad salûtem prouéniant mentis & córporis. Per Dóminum.

PRO TRIBVLATIONE.

Pſa 77. SAlus pópuli ego sum, dicit Dóminus: de qua cúnq; tribulatióne clamáuerint ad me, exáudiam eos: & ero illôrum Dóminus in perpétuum. Psal Atténdite pópule meus legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei. Ver. Gloria. Oratio.

Pſa 18.

OMnípotens sempitérne Deus, mœstôrum consolátio: laborántium fortitúdo: peruéniant ad te preces de quacunq; tribulatióne clamántium: vt omnes sibi in necessitátibus suis misericórdiam tuam gáudeant affuísse. Per.

Léctio Daniélis Prophétæ.

Cap 9. IN diébus illis. Oráuit Daniel ad Dóminum, & dixit. Obsecro Dómine Deus magne, & terríbilis: custódiens pactum & misericórdiam diligéntibus te, & custodiéntibus mandáta tua. Peccáuimus, iniquitátem fécimus, ímpiè égimus, & recéssimus: & declináuimus à mandâtis tuis ac iudíciis. Non obedíuimus seruis tuis prophétis, qui locúti sunt in nómine tuo régibus nostris, princípibus nostris, pátribus nostris, omniq; pópulo terræ. Tibi Dómine iustítia: nobis autem confúsio faciéi, sicut est hódie viro Iuda, & habitatóribus Ierúsalem, & omni Israël: his qui propè sunt, & his qui procul in vniuérsis terris: ad quos eiecísti eos, propter iniquitâtes eôrum: in quibus peccauêrunt in te Dómine. Nobis confúsio faciéi, régibus nostris, princípibus nostris, & pátribus nostris qui peccauêrunt. Tibi autem Dómino Deo nostro misericórdia & propiciátio: quia recéssimus à te, & non audíuimus vocem Dómini Dei nostri: vt ambularémus in lege eius, quam pósuit nobis per seruos suos prophétas, Dóminus Deus noster.

Grad. Liberâsti nos Dómine ex affligéntibus nos: & eos qui nos odêrunt, confudísti. Ver. In Deo laudábimur tota die, & nómini tuo confitébimur tibi in sécula. Allelúia. Ver. Propítius esto Dómine peccátis nostris: ne quando dicant gentes, vbi est Deus eôrum? Allel. Post Septuagesimam, Tractus. Dómine non secúndùm peccáta nostra fácias nobis, neque secúndùm iniquitátes nostras retríbuas nobis. Ver. Dómine ne memíneris iniquitâtum nostrârum antiquârum: citò antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. Ver. Adiuua nos Deus salutáris noster, & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos, & propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

Pſa. 43. Pſa. 78

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Lucam.

Cap 18. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis parábolam hanc. Quón am

opor-

pórtet semper orâre;& non defícere, dicéntes. Iudex quidam erat in quadam ciuitáte, qui Deum non timébat, & hóminem non reuerebátur. Vidua autem quædam erat in ciuitáte illa: & venit ad eum,dicens. Víndica me de aduersário meo. Et nolébat per multum témporis. Post hæc autem dixit intra se. Et si Deum non tímeo,nec hóminem reuéreor: tamẽ quia molésta est mihi hæc vídua,vindicábo illam; ne in nouíssimo véniens sugíllet me. Ait autem Dóminus. Audîte quid iudex iniquitátis dicit. Deus autem non fáciet vindíctam electôrum suôrum,clamántium ad se die ac nocte: & patiéntiam habébit in illis? Dico vobis quia citò fáciet vindíctam illôrum.

Offert. Si ambuláuero in médio tribulatiónis, viuificábis me Dómine: & super iram inimicôrum meôrum exténdes manum tuam: & saluum me fecit déxtera tua. Psa. 137. Secreta.

DEus,sub cuius óculis omne cor trépidat & omnes consciéntiæ pauéscunt: propitiâre per has sacras oblatiónes ómnium dolóribus geméntium: & cunctôrum medêre languóribus; vt sicut nemo nostrûm liber est à culpa: ita nemo sit aliênus à vénia. Per.

Communio. Meménto verbi tui seruo tuo Dómine, in quo mihi spem dedîsti: hæc me consoláta est in humilitáte mea. Psa. 118. Complenda.

DEus, refúgium páuperum,spes humílium, salusque miserôrũ: supplicatiónes ómnium afflictôrum per hæc sancta quæ súmpsimus cleménter exáudi: vt quos iustítia vérberum fecit afflíctos:abundántia rediôrum fáciat consolátos. Per.

Pro quacunque tribulatione.

Oratio.

NE despícias omnípotens Deus pópulum tuum in afflictióne clamántem: sed propter glóriam nóminis tui, tribulátis succúrre placátus. Per Dóminum. Secreta.

SVscipe Dómine propítius hóstias, quibus & te placâri voluîsti, & nobis salútem poténti pietáte restítui. Per Dóminum. Complen.

TRibulatiônem nostram,quæsumus Dómine, propítius réspice: & iram tuæ indignatiónis, quam iustè merêmur,auérte. Per Dñm.

MISSA PRO PACE.



APacem, Dómine, sustinéntibus te, vt prophétæ tui fidéles inueniántur: exáudi preces serui tui, & plebis tuæ Israel Eccl. 36.

Psal. LÆtátus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. Psa. 121. Ver. Gloria. Oratio:

DEus, à quo sancta desidéria,recta consília, & iusta sunt ópera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem: vt corda nostra mandátis tuis dédita: & hóstium subláta formídine:témpora sint tua protectióne tranquílla. Per Dóminum.

Léctio libri Machabæôrum.

IN diébus illis. Oratiónem faciébant sacerdótes, dum offérrent sacrifícium pro pópulo Israël: Iónatha inchoánte, cæteris autem respondéntibus, & dicéntibus. Benefáciat vobis Deus: & memínerit testaménti 2. Cap. 1.

sui,

sui, quod ad Abraham, Isaác, & Iacob locútus est, seruôrum suôrum fidélium: & det vobis cor ómnibus, vt colátis eum, & faciátis eius voluntátem. Adapériat cor vestrum in lege sua, & in præcéptis suis: & fáciat pacem. Exáudiat oratiónes vestras, & reconciliêtur vobis: nec vos déserat in témpore malo: Dóminus Deus noster.

Grad. Lętátus sum in his, quæ dicta sũt mihi, in domum Dómini íbimus. Ver. Fiat pax in virtûte tua: & abundántia in túrribus tuis. Allelúia: Ver. Qui pósuit fines tuos pacem: & ádipe fruménti sátiat te. Allelúia. Post Septuagesimam, Tractus. Dómine non secúndũ peccáta nostra. Vide suprà fol. 56. in Missa præcedenti.

Pſa. 121.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

Cap 14. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Paraclêtus autem Spíritus Sanctus, quem mittet pater in nómine meo, ille vos docébit ómnia: & súggeret vobis ómnia, quæcúnque díxero vobis. Pacem relínquo vobis: pacem meam do vobis. Non quómodo mundus dat, ego do vobis. Nõ turbétur cor vestrum, neque formídet. Audístis, quia ego dixi vobis, Vado, & vénio ad vos. Si diligerêtis me, gauderêtis vtíque, quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis, priusquàm fiat: vt cùm factum fúerit, credátis. Iam nõ multa loquar vobíscum: venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed vt cognóscat mundus, quia díligo patrem. Et sicut mandátũ dedit mihi pater, sic fácio.

Offert. Sicut in holocáustum aríetum & taurôrum, & sicut in míllibus agnôrũ pínguium: sic fiat sacrifícium nostrum in conspéctu tuo hódie, vt pláceat tibi: quia non est confúsio confidéntibus in te Dómine.

Dan 3.

Secreta.

DEus, qui credéntes in te pópulos nullis finis cóncuti terróribus: dignâre preces & hóstias dicátæ tibi plebis suscípere: vt pax pietáte tua concéssa: Christianôrum fines ab omni hoste fácias esse secûros. Per

Commu. Tu mandâsti mandáta tua custodîri nimis: útinam dirigántur viæ meæ, ad custodiéndas iustificatiónes tuas.

Pſa. 118.

Complenda.

DEus, author pacis & amátor: quem nosse víuere: cui seruîre regnâre est: prótege ab ómnibus impugnatiónibus súpplices tuos: vt qui in defensióne tua confídimus: nullíus hostilitâtis arma timeámus. Per Dóminum.

PRO ITER AGENTIBVS.



ASto mihi in Deum protectôrem, & in locum refúgii, vt saluum me fácias, quóniam firmaméntũ meum, & refúgium meum es tu: & propter nomen tuũ dux mihi eris, & enútries me. Psal. In te Dómine speráui, non confúndar in ætérnum: in iustítia tua líbera me. Ver. Gloria.

Pſa. 30.

Oratio.

ADesto, Dómine, supplicatiónibus nostris: & viam famulôrũ tuôrum in salútis tuæ prosperitâte dispóne: vt inter omnes viæ & vitæ huius varietâtes: tuo semper protegántur auxílio. Per Dóminum.

Léctio libri Genesis.

Cap 46. IN diébus illis. Proféctus Israël cũ ómnibus quæ habébat, venit ad púteum iuraménti. Et mactátis ibi víctimis Deo patris sui Isaac, audíuit eum per visiónem nocte vocántem se, & dicéntem sibi. Iacob, Iacob. Cui respóndit. Ecce adsum. Ait illi Deus. Ego sum fortíssimus Deus patris tui: noli timêre, sed descénde in Aegyptũ: quia in gentem magnam fáciam te ibi. Ego descéndam tecum illuc: & ego inde addûcam te reuerténtem.

Psa. 90. **Grad.** Angelis suis mandáuit de te: vt custódiant te in ómnibus viis tuis. **Ver.** In mánibus portábunt te: ne vnquam offéndas ad lápidem pedem tuum. **Al**-

Psa. 121. lelúia. **Ver.** Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. **Ver.** Stantes erant pedes nostri, in átriis tuis Ierúsalem. Allelúia.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Matthæum.

Ca 10. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Eúntes prædicáte, dicéntes: quia appropinquáuit regnum cælôrum. In quamcúnq; ciuitátem aut castéllum intrauéritis: interrogáte, quis in ea dignus sit: & ibi manête, donec exeâtis. Intrántes autem in domum, salutáte eam, dicéntes. Pax huic dómui. Et si quidem fúerit domus illa digna: véniet pax vestra super eam. Si autem non fúerit digna: pax vestra reuertétur ad vos Et quicúnq; non recéperit vos, neq; audíerit sermónes vestros: exeúntes foras de domo vel ciuitâte, excútite púluerem de pédibus vestris. Amen dico vobis: tolerabílius erit terræ Sodomôrum & Gomorrhęôrũ in die iudícij, quàm illi ciuitáti.

Offert. Pérfice gressus meos in sémitis tuis, vt non moueántur vestígia mea: inclína aurem tuam, & exáudi verba mea: mirífica misericórdias tuas, qui saluos facis sperántes in te Dómine. Psa. 16.

Secreta.

PRopitiâre, Dómine, supplicatiónibus nostris: & has oblatiónes quas tibi offérimus pro fámulis tuis benígnus assúme: vt viam illôrum & præcedénte grátia tua dírigas: & sub sequénte comitâri dignéris: vt de actu atq; incolumitâte eôrum, secúndùm misericórdię tuæ præsídia gaudeámus. Per Dóminum.

Communio. Amen dico vobis, quicquid orántes pétitis: crédite quia accipiétis, & fiet vobis.

Complenda.

TVa, Dómine, fámulos tuos sperántes in te, quæ súmpsimus sacraménta custódiant: & contra omnes aduérsos tueántur incúrsus. Per Dóminum.

PRO INFIRMIS.



E necessitátibus meis éripe me Dñe: vide humilitátem meam, & labôrem meum: & dimítte ómnia peccáta mea. Psa. 24. **Pſ.** Ad te Dómine leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído non erubéscã. **Ver.** Gloria.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, salus ætérna credéntium: exáudi nos pro infírmo fámulo tuo N. pro quo misericórdiæ tuæ implorámus auxílium: vt réddita sibi sanitâte, gratiârum tibi in ecclésia tua réferat actiónes. Per.

Léctio Epístolæ beáti Iacóbi Apóstoli.

Cap 5. FRatres. Tristátur áliquis vestrũ? oret. Aequo ánimo est? psallat. Infirmâtur quis in vobis? indûcat presbyteros eccléſiæ, & orent ſuper eũ, úngentes eum óleo in nómine Dómini. Et orátio fidei ſaluábit infírmum, & alleuiábit eum Dóminus: & ſi in peccátis ſit, dimitténtur ei. Confitémini ergo alterûtrũ peccáta veſtra: & oráte pro ínuicem, vt ſaluémini.

Pſa. 24. Grad. Tribulatiónes cordis mei dilatátæ ſunt: de neceſsitátibus meis éripe me Dómine.

Pſa. 30. Ver. Vide humilitátem meam, & labórem meum: & dimítte ómnia peccáta mea. Allelúia. Ver. In te Dómine ſperáui, non confúndar in æternum: in iuſtítia tua líbera me, & éripe me: inclína aurem tuam: accélera, vt éruas me. Allelúia. Poſt Septuageſimam, Tractus. Dómine non ſecúndum peccáta noſtra. vide ſuprà, fo. 56.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Lucam.

Cap 4. IN illo témpore. Surgens Ieſus de ſynagóga, introîuit in domum Simônis. Socrus autem Simônis tenebátur magnis fébribus: & rogauêrũt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam, imperáuit febri: & dimísit illam. Et continùo ſurgens, miniſtrábat illis. Cùm Sol autem occidîſſet, omnes qui habébant infírmos váriis languóribus, ducébant illos ad eum. At ille ſíngulis manus impónens, curábat eos. Exîbant autem dæmónia à multis, clamántia & dicéntia: Quia tu es filius Dei. Et íncrepans, non finébat ea loqui, quia ſciébant ipſum eſſe Chriſtum. Facta autem die, egréſſus ibat in deſértum locum: & turbæ requirébant eum, & venêrunt vſque ad ipſum: & detinébant illum, ne diſcéderet ab eis. Quibus ille ait. Quia & áliis ciuitátibus opórtet me euangelizâre verbum Dei: quia ídeo miſſus ſum. Et erat prædicans in ſynagógis Galilææ.

Offert. De profúndis clamáui ad te Dómine: Dómine exáudi oratiónem meam. Pſa. 129.

Secreta.

DEus, ſub cuius nútibus vitæ noſtræ moménta decúrrunt: ſúſcipe preces & hóſtias fámuli tui N. pro quo ægrotánte miſericórdiam tuam implorámus: vt de cuius períeulo metúimus: de eius ſalûte lætémur. Per.

Commu. Inclína Dómine aurem tuã: accélera, vt éruas nos. Pſa. 30. Complenda.

DEus, infirmitátis humánæ ſingulâre præſídium: auxílii tui ſuper infírmum fámulum tuum N. oſténde virtútem: vt ope miſericórdiæ tuæ adiútus: eccléſiæ tuæ ſanctæ incólumis repræſentâri mereátur. Per.

Prædictę orationes poſſunt etiam pro pluribus dici in plurali,

PRO PLVVIA.



RESpice Dómine in teſtamẽtum tuum, & ánimas páuperũ tuórum ne derelínquas in finem: exúrge Dómine, & iúdica cauſam meam: & ne obliuiſcâris voces quæréntium te. Pſa 74. Pſal. Vt quid Deus repulîſti in finem: irâtus eſt furor tuus ſuper oues páſcuæ tuę. Ver. Gloria. Oratio.

DEus, in quo víuimus, mouémur & ſumus: plúuiam nobis trí-

bue congruéntem : vt præséntibus subsídiis sufficiénter adiúti : sempitérna fiduciáliter appetámus. Per.

Léctio Ieremíæ Prophétæ.

Cap 14. IN diébus illis. Locútus est Ieremías ad Dóminum, dicens. Nunquid proiíciens abiecísti Iudam, aut Sion abomináta est ánima tua? Quare ergo percussísti nos ita, vt nulla sit sánitas? Expectáuimus pacem,& non est bonum:& tempus curatiónis,& ecce turbátio. Cognóuimus Dómine impietátes nostras, iniquitátes patrum nostrôrum; quia peccáuimus tibi. Ne des nos in oppróbrium propter nomen tuum, neq; fácias nobis contuméliam sólij glóriæ tuæ. Recordâre : ne irrítum fácias fœdus tuum nobíscum. Nunquid sunt in sculptílibus géntium qui pluant? aut cæli possunt dare imbres? Nonné tu es Dóminus Deus noster, quem expectáuimus? Tu enim fecísti ómnia hæc: Dómine Deus noster.

Gradua. Conuértere Dómine aliquántulum, & deprecâre super seruos tuos. P 89. Ver. Dómine refúgium factus es nobis, à generatióne in generatiónem. Allelúia. Pſa 129 Ver. De profúndis clamáui ad te Dómine, Dómine exáudi vocem meam. Allelúia.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Matthæum.

Cap 15. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis. Miséreor turbæ : quia iam tríduo perséuerant mecum, & non habent quod mãdúcent. Et dimíttere eos ieiúnos nolo : ne defíciant in via. Et dicunt ei discípuli. Vnde ergo nobis in desérto panes tantos, vt saturémus turbam tantam? Et ait illis Iesus. Quot habétis panes? At illi dixêrunt. Septem,& paucos piscículos. Et præcépit turbæ, vt discúmberent super terram. Et accípiens septem panes,& pisces : & grátias agens, fregit: & dedit discípulis suis: & discípuli dedêrunt pópulo. Et comedêrunt omnes, & saturáti sunt. Et quod supérfuit de fragmêntis, tulêrunt septẽ sportas plenas. Erant autem qui manducauêrunt, quatuor míllia hóminum, extra páruulos & mulíeres. Et dimíssa turba, ascéndit in nauículam, & discípuli eius cum eo.

Aliud euangelium. Dixit Iesus discípulis suis. Habéte fidem Dei. Require in officio pro peccatis, fol. 57.

Offert. Sicut in holocáustum aríetum & taurôrum, & sicut in míllibus agnôrũ pínguium : sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, vt pláceat tibi : quia non est confúsio confidéntibus in te Dómine. Dan 3.

Secreta.

OBlátis, quæsumus Dómine, placâre munéribus : & opportúnum tríbue nobis plúuiæ sufficiéntis auxílium. Per.

Communio. Pétite, & accipiétis: quærite, & inueniétis : pulsáte, & aperiétur vobis : omnis enim qui petit, áccipit: & quí quærit, ínuenit : & pulsánti aperiétur. Luc 11.

Complenda.

DElícta fragilitâtis nostræ, quæsumus Dómine, miserátus absólue: & aquârum subsídia præbe cæléstium : quibus terrénna condítio vegetáta subsístit. Per.

PRO SERENITATE.

MIserêris ómnium Dómine, & nihil odísti eôrum quæ fecísti: dissímulans peccáta hóminum propter pœnitẽtiam, Sap 11.

tiam, & parcens illis: quia tu es Dóminus Deus noster. Psal Miserêre mei Deus, miserêre mei: quóniam in te confídit ánima mea. Ver. Gloria. Psa. 56.

Oratio.

AD te, Dómine, nos clamántes exáudi: & aëris serenitátem tríbue supplicántibus: vt qui iustè pro peccátis nostris afflígimur: misericórdia tua pręueniénte cleméntiam sentiámus. Per.

Léctio Ieremíæ Prophétæ. Th. 2 & 3.

IN diébus illis. Locútus est Ieremías, dicens. Consúrge, lauda in nocte in princípio vigiliârum. Effúnde sicut aquam cor tuum ante conspéctum Dómini. Leua ad eum manus tuas pro ánima paruulôrũ tuôrum: qui defecêrunt fame in cápite ómnium compitôrum. Vide Dómine, & considera quem vindemiáueris ita. Ergoné cómedent mulíeres fructũ suum, páruulos ad mensûram palmæ? Lapsa est in lacum vita mea, & posuêrunt lápidem super me. Inundauêrunt aquæ super caput meum: dixi, Perij. Inuocâui nomen tuum, Dómine, de lacu nouíssimo. Vocem meam audîsti: ne auértas aurem tuam à singúltu meo, & clamóribus. Appropinquâsti in die quando inuocâui te: dixísti, Ne tímeas. Iudicâsti causam ánimæ meæ, redémptor vitæ meæ: Dómine Deus meus.

Grad. Propítius esto, Dómine, peccatis nostris: ne quando dicant gentes, vbi est Deus eôrum? Ver. Adiúua nos Deus salutâris noster: & propter honôrem nóminis tui Dómine líbera nos. Allelúia. Ver. De profúndis clamáui ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meam. Allelúia. Psa. 78. Psa. 129

Sequéntia sancti euangélii secúndum Lucam.

IN illo témpore. Ascéndit Iesus in nauículam, & discípuli eius: & ait ad illos. Transfretémus transstagnũ. Et ascendêrunt. Et nauigántibus illis, obdormíuit: & descéndit procélla venti in stagnum. Et compellabántur: & periclitabántur. Accedéntes autem suscitauêrunt eum, dicéntes. Præcéptor, perîmus. At ille surgens, increpáuit ventum, & tempestátem áquæ: & cessáuit, & facta est tránquíllitas. Dixit autem illis. Vbi est fides vestra? Qui timéntes, mirâti sunt ad ínuicem, dicéntes. Quis putas hic est, quia & ventis & mari ímperat: & obédiunt ei. Cap 8.

Offert. Sperent in te omnes, qui nouêrunt nomen tuum Dómine: quóniam non derelínquis quæréntes te: psállite Dómino qui hábitat in Sion, quóniam non est oblítus oratiónem páuperum. Psa. 9.

Secreta.

QVæsumus cleméntiam tuam omnípotens Deus: vt per hæc mysteria inundántiam coërceas ímbrium: & hilaritátem vultus tui nobis impartîri dignêris. Per.

Communio. Tu mandâsti mandâta tua custodîri nimis: útinam dirigántur viæ meæ, ad custodiéndas iustificatiónes tuas. Psa. 118.

Complenda.

PLebs tua, Dómine, cápiat sacræ benedictiónis augméntum: & sanctôrum tuôrum précibus adiúta: copiósis beneficiôrum tuôrum subleuéntur auxílijs. Per Dóminum.

CONTRA TEMPESTATES

Oratio.

ADomo tua, quæsumus Dómine, spiritâles nequítiæ repellántur:

tur: & aereârum diſcédat malígnitas tempeſtátum. Per Dóminum.

Secreta.

Offérimus tibi, Dómine, laudes & múnera, pro conceſsis beneficiis grátias referéntes: & pro concedéndis ſemper ſupplíciter deprecántes. Per.

Complenda:

OMnípotens ſempitérne Deus: qui nos & caſtigándo ſanas & ignoſcéndo conſéruas: præſta ſupplícibus tuis: vt & tranquillitátibus optátæ conſolatiónis lætémur: & dono tuæ pietátis ſemper vtâmur. Per Dóminum.

SACERDOS PRO ſemetipſo. Introitus.

Psa. 99.



EUs in adiutórium meum inténde, Dómine ad adiuuándū me feſtína: confundántur, & reuereántur inimíci mei, qui quærunt animam meā. Pſal. Auertántur retrórſum, & erubéſcant qui volunt mihi mala. Ver. Gloria. Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus: qui me peccatôrem ſacris altáribus aſtâre voluîſti: & ſancti nóminis tui laudâre poténtiam: concéde quæſo, per huius ſacraménti myſtérium: meôrum mihi véniam peccatôrum: vt tuæ maieſtâti dignè miniſtrâre mérear. Per.

Léctio libri Eſdræ.

Nec 1. & 9

DEus meus confûndor, & erubéſco leuâre fáciem meam ad te: quóniam iniquitátes noſtræ multiplicâtæ ſunt ſuper caput noſtrum, & delícta noſtra creuérunt vſque ad cælum: a diébus patrum noſtrôrū. Sed & nos ipſi peccáuimus gráuiter vſq; ad diem hanc: & in iniquitátibus noſtris tráditi ſumus ipſi, & reges noſtri, & ſacerdótes noſtri in manum regū terrârum, & in gládium, in captiuitátem, & rapínam, & confuſiónem vultus, ſicut & die hac.

Grad. Miſerêre mihi Dómine, quóniã infírmus ſum: ſana me Dómine. Ver. Conturbâta ſunt ómnia oſſa mea: & ánima mea turbâta eſt valdè. Allelúia. Ver. Eripe me de inimícis meis Deus meus: & ab inſurgéntibus in me líbera me. Allelúia. Poſt Septuageſimam, Tractus. Dómine non ſecúndùm peccáta noſtra. Vide ſuprà, fol. 60.

Psa. 6.

Pſal. 58.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Marcum.

Cap 1.

IN illo témpore. Venit ad Ieſum leprósus, déprecans eum: & genuflécto, dicit ei. Si vis, potes me mundâre. Ieſus autem miſértus eius, exténdit manum ſuam: & tangens eum, ait illi. Volo: mundâre. Et cùm dixíſſet, ſtatim diſcéſsit ab eo lepra: & mundâtus eſt. Et comminâtus eſt ei, ſtatimque eiécit illum: & dicit ei. Vide, némini díxeris: ſed vade, oſténde te príncipi ſacerdótum, & offer pro emundatióne tua, quæ præcépit Moyſes, in teſtimónium illis.

Offert. Miſerêre mihi Dómine, ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam: dele omnem iniquitátem meam.

Psa. 50.

Secreta,

DA quæſo clementíſsime pater: per huius ſacraménti myſtériū: meôrum mihi véniam peccatôrum: vt non ad iudícium: ſed ad indulgéntiam huius presbyterátus ordo, mihi proficiat ſempitérnam. Per.

Commu. Ab occúltis meis munda me

Psa. 18.

Dómine:

Dómine: & ab aliénis parce ſeruo tuo.

Complenda.

HVius, Dómine, percéptio ſacraménti peccatôrum meôrum máculas tergat: & ad peragéndum iniúnctum officium me idóneũ reddat. Per.

Pro ſemetipſo alia Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus: cuæ gratiæ pietátem húmili deuotióne depóſco: vt ómnium malôrum meôrum víncula ſoluas: cunctíſque meis crimínibus & peccátis cleménter ignóſcas: & quia me indígnum ad miniſtérium tuum vocâre dignátus es: fac me idóneum tibi miníſtrum effícias: vt ſacrificium de mánibus meis plácidè ac benígnè ſuſcípias: electorũq; ſacerdótum me partícipem fácias: & de præcéptis tuis in nullo aberrâre permíttas. Per.

Secreta.

DEus, qui te præcipis à peccatóribus honorâri: tibíque ſacrifícium contríti cordis offérri: hoc ſacrifícium quod indígnis meis mánibus óffero acceptâre dignâre: vt ipſe tibi & hóſtia & ſacrifícium eſſe mérear miſerátus concéde: quo per myſtérii huius exhibitiónem ómnium percípiam remiſsiónem peccatôrum Per.

Complenda.

DEus, qui viuôrum es ſaluâtor ómnium: qui non vis mortem peccatôrum, nec lætâris in perditióne moriéntium: te ſupplíciter déprecor: vt per hæc ſancta quæ ſumpſi concédas mihi véniam peccatôrum meôrum: vt admíſſa défleã, & pòſtmodum non admíttam: vt cùm mihi extréma dies finíſque vitæ meæ adúenerit: emundátum delíctis ómnibus: me ángeli ſanctitátis ſuſcípiant. Per Dóminum.

MISSA PRO VITANDA mortalitate. Introitus.



Ecordâre Dómine teſtaméntitui, & dic ángelo percutiénti, ceſſet iã manus tua, vt non deſolétur terra, & ne perdas omnem ánimam viuéntem. Pſal. Qui regis Iſraël inténde: qui dedûcis, velut ouem, Ioſeph. Ver. Gloria. Oratio. 2 Re 24. Pſa. 79.

DEus, qui non mortem ſed pœniténtiam deſíderas peccatôrũ: pópulum tuum ad te reuerténtem propítius réſpice: vt dum tibi deuótus exíſtit: iracúndiæ tuæ flagélla ab eo amóueas. Per.

Léctio libri Regum.

IN diébus illis. Immiſit Dóminus peſtiléntiam in Iſraël, de manè vſq; ad tempus conſtitûtum: & mórtui ſunt ex pópulo, à Dan vſque Berſábee, ſeptuagínta míllia virôrũ. Cúmque extendíſſet manum ſuam ángelus Dómini ſuper Ierúſalem, vt diſpérderet eam: miſértus eſt Dóminus ſuper afflictiónem, & ait ángelo percutiénti pópulum. Súfficit nunc. Cóntine manum tuam. Erat autem ángelus Dómini iuxta áream Areuna Iebuſæi. Dixitque Dauid ad Dóminũ: cùm vidíſſet ángelum cædéntem pópulum. Ego ſum qui peccáui: & ego, qui iníquè egi. Iſti qui oues ſunt, quid fecêrunt? Vertátur óbſecro manus tua contra me: & contra domum patris mei. Venit autem Gad prophéta ad Dauid in die illa, & dixit ei. Aſcénde, & cõſtítue altâre Dómino in área 2. c. 24.

Areuna Iebusæi. Et ascéndit Dauid, iuxta sermónem Gad, quem præcéperat ei Dóminus. Et propitiátus est Dóminus terræ: & cohíbita est plaga ab Israël.

Psa. 106. Grad. Misit Dóminus verbum suum, & sanáuit eos: & erípuit eos de intéritu eórum. Ver. Confiteántur Dómino misericórdiæ eius, & mirabília eius filiis hóminum. Allelúia. Ver. Saluábo pópulum meum in médio Ierúsalem. & ero illis in Deum in veritáte, & in iustítia. Allelúia. Post Septuagesimam, Tractus. Dómine non secúndùm peccáta nostra. Vide suprà, fol. 56. Euange. Surgẽs Iesus de synagóga. Require in Missa pro infirmis fol. 63.

Zac 8. Offert. Stetit Póntifex inter mórtuos & viuéntes, habens thuríbulum áureum in manu sua, & ófferens incénsi sacrifícium: placáuit Deum, & cessáuit plaga à Dómino. Secreta.

EXáudi nos, Deus salutáris noster: & intercedénte Dei genitríce semperque vírgine María: pópulum tuum ab iracúndiæ tuæ terróribus líbera: & misericórdiæ tuæ fac largitáte secûrum. Per eúndem.

Communio. Multitúdo languéntium, & qui vexabántur à spirítibus immúndis, veniébant ad eum: quia virtus de illo exîbat, & sanâbat omnes.

Complenda.

SVbuéniat nobis, Dómine, sacrifícii percépti operátio: quæ nos ab erróribus vniuérsis poténter absóluat: & à totíus erípiat perditiónis incúrsu. Per Dóminum.

Pro Papa Oratio.

DEus, ómnium fidélium pastor & rector: fámulum tuum N. quem eccléſiæ tuæ præésse voluísti propítius réspice: da ei, quæsumus, verbo & exémplo quibus præest proficere: vt ad vitam vnà cum grege sibi crédito peruéniat sempitérnam. Per Dóminum, Secreta.

OBlátis, quæsumus Dómine, placâre munéribus: & fámulum tuũ N. quem pastôrem eccléſiæ tuæ præésse voluísti: assídua protectióne gubérna. Per. Complenda.

HAec nos, quæsumus Dómine, diuíni sacramẽti percéptio prótegat, & fámulum tuum N. quem pastôrem eccléſiæ tuæ præésse voluísti: vnà cum commísso sibi grege saluet semper & múniat. Per Dñm.

Pro Prælatis Oratio.

OMnípotens sempitêrne Deus: qui facis mirabília magna solus: prætende super fámulos tuos, & super cõgregatiónes illis commíssas spíritum grátiæ salutâris: & vt in veritáte tibi pláceant: perpétuum eis rorem tuæ benedictiónis infúnde. Per. eiúsdem. Secreta.

HOstias, Dómine, famulôrum tuôrum placátus inténde: & quas in honôrem tui nóminis deuóta mente pro eis celebrámus: proficere sibi séntiant ad medélam. Per.

Complenda.

QVOS cæléſti récreas múnere: perpétuo Dómine comitâre præsídio: & quos fouêre non désinas dignos fieri sempitérna redemptióne concéde. Per Dóminum.

Pro Rege Oratio.

QVæsumus omnípotens Deus: vt fámulus tuus N. Rex noster, qui tua miseratióne suscépit regni gubernácula, virtútum etiam ómnium percípiat increménta: quibus

decénter ornâtus, & vitiôrum monstra deuitâre, & hostes superâre, & ad te, qui via, véritas, & vita es, gratiósus váleat peruenîre. Per Dóminum.

Secreta.

MVnera, quæsumus Dómine, obláta sanctífica, vt, & nobis vnigéniti tui corpus & sanguis fiant: & Regi nostro ad obtinéndam ánimæ corporisque salûtem, & ad peragéndum iniúnctum officium, te largiénte, vsquequâque proficiant. Per eúndem Dóminum.

Complenda.

HAec Dómine oblátio salutâris fámulum tuum N. Regem nostrum ab ómnibus tueâtur aduérsis: quátenus ecclesiásticæ pacis obtíneat tranquillitátem: & post istíus témporis decúrsum, ad ætérnam peruéniat hæreditátem. Per Dóminum.

Pro amico Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, miserêre fámulo tuo N. & dírige eum secúndùm cleméntiam tuam in viam salútis ætérnæ: vt te donánte tibi plácita cúpiat: & tota virtúte perficiat. Per.

Secreta.

PRoficiat, Dómine quæsumus, ad salútem fámuli N. hæc oblátio, quam tuæ súpplices offérimus maiestàti: vt prouidéntia tua, eius inter aduérsa vbiq; dirigâtur & próspera. Per:

Complenda.

SVméntes perpétuæ salútis sacraménta: tuam deprecámur cleméntiam: vt per ea fámulum tuum N. ab omni aduersitáte custódias. Per.

Pro salute viuorum Oratio.

PRæténde Dómine fidélibus tuis déxteram cæléstis auxílii: vt te toto corde perquîrant: & quæ digné póstulant, cónsequi mereántur. Per.

Secreta.

PRopitiâre Dómine supplicatióni bus nostris: & has oblatiónes, quas tibi pro incolumitâte fidélium tuôrum offérimus, benígnus assûme: & vt nullíus sit írritum votum: nullíus vácua postulátio: præsta quæsumus: vt quod fidéliter pétimus: efficáciter consequâmur. Per.

Complenda.

DA fidélibus tuis, quæsumus Dómine, in tua fide & sinceritáte constántiam: vt in charitáte diuina firmáti: nullis tentatiónibus ab eius integritáte vellántur. Per Dóminum.

Ad póstulandam continentiam.

VRe igne Sancti Spíritus renes nostros & cor nostrum, Dómine: vt tibi casto córpore seruiámus: & mundo corde placeámus. Per. eiúsdem.

Secreta.

DIrúmpe, Dómine, víncula peccatôrum nostrôrum: & vt sacrificáre tibi hóstiam laudis absoluta libertáte possímus: retríbue quæ antè tribuîsti: & salua nos per indulgéntiam: quos dignátus es saluâre per grátiam. Per.

Complenda.

SAncti Spíritus grátia, quæsumus Dómine, corda nostra cleménter expúrget: & per huius sacraménti virtútem: carnálium in nobis delectatiónum flammas poténter extínguat. Per. eiúsdem.

Pro petitione lachrymarum Oratio.

OMnípotens & mitíssime Deus: qui sitiénti pópulo fontem viuéntis aquæ de petra produxîsti: educ de cordis nostri durítia compũctiónis láchrymas: vt peccáta nostra plángere valeámus: teque miseránte

seránte remissiónem peccatôrũ mereâmur accípere. Per. Secreta.

HAnc oblatiónem, quæsumus Dómine Deus, quam tuæ maiestáti pro peccátis nostris offérimus, réspice propítius: & produc de óculis nostris lachrymârum flúmina: quibus débita flammârum incéndia váleant extíngui. Per. Complenda.

GRAtiam Spíritus sancti, Dómine Deus, corpóribus nostris cleménter infúnde: quæ nos gemítibus lachrymârum efficiat máculas nostrôrum dilúere peccatôrum: atque optátæ nobis te largiénte indulgéntiæ præstet effectum. Per. eiúsdẽ.

Pro sapientia postulanda Oratio.

DEus, qui coëtérnam tibi sapiéntiam hóminem cùm non esset condidísti: perditumque misericórditer reformâsti: præsta quæsumus: vt eádem péctora nostra inspiránte te tota mente amémus: & ad te toto corde currámus. Per eúndem

Secreta.

SAnctificétur, quæsumus Dómine, huius nostræ oblatiónis munus tua cooperánte sapiéntia: vt tibi placêre possit ad laudem: & nobis proficere ad salútem. Per eúndem.

Complenda.

INfúnde, quæsumus Dómine, per hæc sancta quæ súmpsimus córdibus nostris tuæ lumen sapiéntiæ: vt te veráciter agnoscámus, & fidéliter diligámus: Per.

Ad postulandam charitatem Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: qui iustítiam tuæ legis in córdibus credéntium dígito tuo scribis: da nobis fidei, spei, & charitátis augméntum: & vt mereâmur ássequi quod promíttis: fac nos amâre quod præcipis. Per. Secreta.

MItte, Dómine quæsumus, spíritum, qui & præséntia múnera tuum nobis efficiat sacraméntum: & ad percipiéndum corda nostra purificet. Per. eiúsdem. Complenda.

DEus, qui es vita fidélium, glória humílium, beatitúdo iustôrũ: propítius áccipe súpplicum preces: vt ánimæ quæ promissiónes tuas sitiunt: de tuæ semper charitátis abundántia repleántur. Per.

Alia Oratio.

DEus, qui diligéntibus te facis cuncta prodésse: da córdibus nostris inuiolábilem tuæ charitátis affectum: vt desidéria de tua inspiratióne concépta: nulla possint tentatióne mutári. Per Dóminum.

Secreta.

DEus, qui nos ad imáginem tuam, sacraméntis rénouas & præcéptis: pérfice gressus nostros in sémitis tuis: vt charitátis donum quod fecísti à nobis sperári: per hæc quæ offérimus sacrificia fácias apprehéndi. Per. Complen.

SAncti Spíritus grátia, quæsumus Dómine, corda nostra illúminet: & perfectæ charitátis dulcédine abundánter refíciat. Per Dóminum. in vnitate eiúsdem.

Pro omni gradu Ecclesiæ Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: cuius spíritu totum corpus ecclésiæ sanctificátur & régitur: exáudi nos pro vniuérsis ordínibus suppli cántes: vt grátiæ tuæ múnere ab ómnibus tibi grádibus fidéliter seruiatur. Per. eiúsdem.

Secreta.

DA fámulis tuis Dómine, indulgéntiam peccatôrum, consolatiónem vitæ, gubernatiónem perpétuam: vt tibi seruiéntes, ad tuam iúgiter misericórdiam peruenîre mereántur. Per Dóminum. Complenda.

LIbera, quæsumus Dómine, per hæc sancta quæ súmpsimus, à peccátis & hóstibus fámulos tibi supplicántes: vt in sancta conuersatióne viuéntes: nullis afficiántur aduérsis. Per.

Contra persecutores Ecclesiæ

ECclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, preces placátus admítte: vt destrúctis aduersitátibus & erróribus vniuérsis: secûra tibi séruiat libertáte. Per. Secreta.

PRótege nos, Dómine, tuis mystériis seruiéntes: vt diuínis rebus inhæréntes: & córpore tibi famulêmur & mente. Per. Complenda.

QVæsumus Dómine Deus noster: vt quos diuína tríbuis participatióne gaudêre: humánis non sinas subiacêre periculis. Per.

Tempore famis & pestis Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine, piæ supplicatiónis effectum: & pestiléntiam, famemque propitiátus auérte: vt mortálium corda cognóscant, & te indignánte tália flagélla prodîre, & te miseránte cessare. Per Dóminum. Secreta.

DEus, qui humáni géneris vtrãque substántiam, præséntium mûnerum & aliménta végetas, & rénouas sacraménto; tríbue quæsumus vt eôrum & corpóribus nostris subsídium non desit, & méntibus. Per Dóminum.

Complenda.

GVbérna, quæsumus Dómine, temporálibus aliméntis, quos dignâris ætérnis informáre mystériis. Per Dóminum.

Pro nauigantibus Oratio.

DEus, qui transtulísti patres nostros per mare rubrum: & trãsuexîsti eos per aquam nímiam, laudẽ tui nóminis decantántes: súpplices te rogámus: vt nauigántes fámulos tuos repúlsis aduersitátibus: portu semper optábili cursúque tranquíllo tueâris. Per. Secreta.

SVscipe, quæsumus Dómine, preces famulôrum tuórum cum oblatiónibus hostiârum: & tua mystéria celebrántes: ab ómnibus defénde perículis. Per. Complenda.

SAnctificáto diuíno mystério, maiestátem tuam Dómine súpplices deprecámur & pétimus: vt quos donis cæléstibus facis interésse: per signum sanctæ crucis & à peccátis ómnibus ábstrahas: & à periculis cũctis miserátus eripias. Per.

S. Augustini generalis Oratio.

ACunctis nos, quæsumus Dómine, mentis & córporis defénde perículis: & intercedénte beáta & gloriósa semperque vírgine Dei genitríce María: cum beátis Apóstolis tuis Petro & Paulo atque Andréa & ómnibus sanctis: salútem nobis tríbue benígnus & pacem: vt destrúctis aduersitátibus & erróribus vniuérsis: eccléſia tua secûra tibi séruiat libertáte. Per eúndem. Secreta.

EXáudi nos Deus salutáris noster: vt per huius sacraménti virtútem à cunctis nos mentis & córporis hóstibus tueâris: grátiam tríbuens

in præsénti,& glóriam in futûro.Per.

Complenda.

MVndet & múniat nos, quæsumus Dñe,diuíni sacramẽti munus oblátum : & intercedénte beáta vírgine Dei genitríce María:cũ beátis Apóstolis tuis Petro & Paulo atq; Andréa & ómnibus sanctis: à cũctis nos reddat & peruersitátibus expiátos, & aduersitátibus expedítos. Per eúndẽ.

Alia generalis.

COncéde, quæsumus omnípotẽs Deus: vt intercéssio sanctæ Deigenitrícis & vírginis Maríæ,sanctarumque ómnium cæléstium virtûtum: & beatôrum Patriarchârum, Prophetârum, Apostolôrum, Mártyrum, Confessôrum, Virgínum, & ómnium electôrum tuôrum : nos vbíque lætíficet & adiúuet: vt dum eô rum mérita recólimus : patrocínia sentiámus. Per eúndem. **Secreta.**

OBlátis Dómine placáre munéribus: & intercedéntibus ómnibus sanctis tuis : â cunctis nos defénde periculis. Per Dóminum.

Complenda.

SVmpsimus, Dómine,sanctæ Dei genitrícis & vírginis Maríæ omniumque sanctôrum tuôrum mérita recoléntes, sacraménta cæléstia : præsta quæsumus : vt quod temporáliter gérimus : ætérnis gáudiis consequámur. Per Dóminum.

Pro viuis & defunctis.

OMnípotens sempitérne Deus ; qui viuôrum dominâris simul & mortuôrum: omniumque miserêris quos tuos fide & ópere futûros esse prænóscis : te supplíciter exorâmus, vt pro quibus effúndere preces decréuimus : quosque vel præsens sé culum adhuc in carne rétinet: vel futûrum iam exútos córpore suscépit : intercedéntibus ómnibus sanctis tuis : pietátis tuæ cleméntia ómnium delictôrum suôrum véniam consequántur. Per Dóminum. **Secreta.**

DEus, cui soli cógnitus est número electôrum in supérna felicitáte locándus : tríbue quæsumus : vt intercedéntibus ómnibus sanctis tuis vniuersôrum quos in oratióne commendátos suscépimus : & nómina ómnium fidéliũ beátæ prædestinatiônis liber adscripta retíneat. Per. **Complenda.**

PVrificent nos, quæsumus omnípotens & misericors Deus, sacraménta quæ súmpsimus : & intercedéntibus ómnibus sanctis tuis præsta : vt hoc tuum sacraméntum non sit nobis reátus ad pœnam : sed intercéssio salutâris ad véniam : sit ablútio scélerum:sit fortitûdo fragílium: sit contra ómnia mundi perícula firmaméntum : sit viuôrum atq; mortuôrum fidélium remíssio ómnium delictôrum. Per.

Alia generalis Oratio.

PIetáte tua, quæsumus Dómine, nostrôrum solue víncula delictôrum:& intercedénte beáta & gloriósa semperque vírgine Dei genitríce María,cum ómnibus sanctis tuis : dom[illegible]n Apostólicum, Epíscopos, reges,& príncipes nostros,& omnem congregatiônem illis commíssam : vnà cum omni gradu ecclesiástico, in sanctitâte & religiône custódi : omnesque consanguinitáte ac familiaritáte nobis iunctos, & cunctum pópulum christiánum:à vítiis purga: virtútibus illûstra : pacem & salûtem

nobis tríbue: hostes visíbiles & inuisíbiles remóue: carnália desidéria repélle: aërem salúbrem indúlge: fructus terræ concéde: inimícis nostris & nobis veram charitátem largíre: incrédulos conuérte: errántes córrige: infírmis sanitátem restítue: nauigántibus portum salútis tríbue: peregrinántibus réditum cum próspera sanitáte concéde: benefactóribusq. nostris sempitérna bona retríbue: & ómnibus fidélibus viuis ac defúnctis in terra viuéntium vitam páriter & réquiem ætérnam concéde. Per eúndem.

Secreta.

DEus, qui singulâri córporis tui hóstia totíus mundi soluísti débita: hac oblatióne placátus máculas scélerum nostrórum abstérge: & intercedénte gloriósa vírgine María: cum ómnibus sanctis tuis: domnum apostólicum, epíscopos, reges, & príncipes nostros, cum ómnibus illis cómíssis: & omnem gradum ecclesiásticum in sanctitâte custódi: aëris tempériem, & fructus terræ, cum pacis tranquillitáte largíre: & ómnium fidélium viuórum & defunctórũ peccáta dimítte: nobisq; cum ipsis præmia vitæ ætérnæ concéde. Qui viuis & regnas.

Complenda.

SVmpta, quæsumus Dómine, sacraménta cæléstia, crímina nostra detérgant: & intercedénte gloriósa vírgine Dei genitríce María cũ ómnibus sanctis tuis: domnum apostólicum, epíscopos, reges, & príncipes nostros, cum ómnibus illis commíssis: & omnem gradum ecclesiásticum in sanctitâte custódiant: aëris tempériem & fructus terræ cum pacis tranquillitáte nobis obtíneant: omnem prauitátem & infirmitátem, hósticam rábiem, ac subitáneã mortem, cunctaque pericula à nobis procul repéllant: & ómnibus fidélibus viuis & defúnctis prosint ad véniam: pro quórum tibi sunt oblâta salúte. Per eúndem.

Pro confitentibus. Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: confiténtibus tibi fidélibus tuis pro tua pietâte peccâta reláxa: vt non plus eis consciéntiæ reátus nóceat ad pœnam: quàm indulgéntia tuæ pietátis prosit ad véniam. Per.

Secreta.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt salutâris oblátio fidéles tuos à própriis reátibus indesínenter expédiat: & ab ómnibus tueâtur aduérsis. Per.

Complenda.

OMnípotens & miséricors Deus: qui omnem pœniténtem & confiténtem ánimam magis vis emendâre quàm pérdere: réspice propítius fámulos & fámulas tuas: & per hæc sacraménta quę súmpsimus, auérte ab eis iram indignatiónis tuæ: & eis ómnia peccâta dimítte. Per.

Pro febricitantibus. Oratio.

OMnípotens & miséricors Deus, qui súbuenis in perículis laborántibus: & témperas flagélla dũ vérberas: inclína tuas benígnus aures ad nostræ humilitátis preces: & hunc fámulum tuum N. qui quartána vel tertiána, seu quotidiána fébrium vexatióne fatigâtur: sanctæ Maríæ vírginis, & sancti mártyris tui Sigismúndi regis, omniumq; sanctórum intercessióne, ab omni ardóre fébrium liberâre dignéris. Per Dóminum.

Secreta.

OFférimus tibi, Dómine, múnera & vota in honôre sanctæ Maríæ vírginis, & eléćti mártyris tui Sigismúndi regis, omniumque sanctôrum tuôrum pro ægro fámulo tuo N. qui vim fébrium pátitur, supplíciter deprecántes; vt ab eo ómnium fébrium ardôres repéllas, & tuo semper auxílio múnias. Per Dóminum nostrum. Complenda.

PRæsta quęsumus omnípotens & miséricors Deus, vt per hæc sancta tua quæ súmpsimus; beátæ Dei genitrícis semper vírginis Maríæ, & eléćti mártyris tui Sigismúndi regis, omniumq; sanctôrum précibus, fámulus tuus N. fébribus oppréssus, ad pristínam reuocêtur sanitátem. Per eúndem Dóminum.

Pro eo qui proximus morti est Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, conseruátor animârum: qui quos díligis córripis: & quos récipis piè ad emendatiónẽ coërces: te inuocámus Dómine: vt medélam tuam conférre dignéris in ánimam fámuli tui N. qui in córpore pátitur membrôrum debilitátem, vim labóris, stímulos infirmitátis: da ei Dómine grátiam & misericórdiam tuam: vt ánima illíus in hora éxitus de córpore, absque peccáti mácula tibi creatôri suo: per manus sanctôrum angelôrum repræsentâri mereâtur. Per Dóminum. Secreta.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris: & súscipe hóstiam quam tibi offérimus pro fámulo tuo iacénte in grabáto: salútẽ non solum córporis sed & ánimæ suæ peténti: præsta ei omnípotens Deus indulgéntiam ómnium iniquitátum suârum: per imménsam cleméntiam tuam: & per intercessiónem ómnium sanctôrum tuôrum: vt per hoc quod sústinet flagéllum, á sanctis ángelis tuis susćeptus, peruenîre mereâtur ad glóriæ tuæ regnum. Per. Complenda.

GRátias ágimus tibi Dómine pro multiplícibus largitátibus tuis: ex quibus ánimas in te sperántium consolâri consueuísti: & confísi de tua pietáte precámur: vt miseréri dignéris fámulo tuo: ne præuáleat aduérsus eum aduersárius in hora éxitus illíus de córpore: sed tránsitum mereátur habére ad vitam perpétuam. Per Dóminum.

Pro inimicis. Oratio.

DEus pacis, charitátisq; amátor & custos: da ómnibus inimícis nostris pacem charitatemq; veram: cunctorumq; eis remissiónem tríbue peccatôrum, nosq; ab eôrum insídiis poténter éripe. Per. Secreta.

OBlátis, quæsumus, Dómine, placâre munéribus: & nos ab inimícis nostris cleménter éripe: eisque indulgéntiam tríbue delictôrum. Per Dóminum. Complenda.

HAEc nos commúnio, Dómine, éruat à delíctis: & ab inimicôrum deféndat insídiis. Per Dóminũ.

Pro concordia.

DEus lárgitor pacis & amátor charitátis: da fámulis tuis veram cum tua volũtáte concórdiam: vt ab ómnibus quæ nos pulsant tentatiónibus liberémur. Per. Secreta

HIs sacrifíciis, Dómine, quæsumus, concéde placátus: vt qui própriis orámus absólui delíctis: non

grauêmur extérnis. Per Dominum.

Complenda.

SPíritum nobis, Domine, tuę charitátis infúnde: vt quos vno pane cæléſti ſatiâſti: tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum. in vnitáte eiúſdem. Pro captiuis.

DEus qui beátum Petrum à vinculis abſolùtum illæſum abîre fecíſti: fámuli tui N. in captiuitáte póſiti víncula ſolue: & eum ipsíus méritis illæſum abîre concéde. Per.

Secreta.

SVper has, quæſumus Dómine, hóſtias benedíctio copióſa deſcéndat: quæ captíui noſtri víncula ſoluat, & de eius liberatiône nos citò lætíficet. Per. Complenda.

PReces noſtras, quæſumus, Dómine, cleménter exáudi: & per hæc ſacraménta quæ ſúmpſimus: fámulum tuum à vínculis ſuæ captiuitátis abſólue. Per Dóminum.

De quinq; vulneribus Chriſti.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui humánum genus in quinque vulnéribus filii tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti redemîſti: da ſupplícibus tuis: vt qui eádem vúlnera veneámur: per pretióſum eius ſánguinem mortem ſubitáneam & ætérnam euádere mereámur. Per eúndem.

Secreta.

OMnípotens ſempitérne Deus: hanc hóſtiam tibi immolámus in honôre quinq; vúlnerum filii tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti: ſupplíciter deprecántes: vt quos pretióſo ipsíus ſánguine redímere dignátus es: hos à morte perpétua & ſubitánea dignéris liberâre. Per eúndem.

Complenda.

SVmptis ſacraméntis Deus omnípotens in honôre quinq; vúlnerũ filii tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti: miſericórdiam tuam humíliter implorámus: vt quos pretióſo eius ſánguine redemíſti: hos à morte ſubitánea dignêris & perpetua cuſtodîre. Per eúndem.

MISSA IN COMMEMORATIONE omnium fidelium defunctorum.

Introitus.



Equiem æternã dona eis Dómine & lux perpétua lúceat eis. Pſa. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddétur votũ in Ierúſalem: exáudi oratiónem meam, ad te omnis caro véniet. R équiẽ: Kyrie pro defunctis. Quod in omnibus Miſſis defunctorum canitur. Oratio.

FIdélium Deus ómnium cónditor & redémptor: animábus famulôrum famularumq; tuarum remiſsiónem cunctôrum tríbue peccatôrum: vt indulgéntiam quam ſemper optauêrunt, piis ſupplicatiónibus conſequántur. Qui viuis.

Léctio Epíſtolæ beáti Pauli apóſtoli ad Corinthios.

FRatres. Sicut portáuimus imáginem terréni, portémus & imáginem cæléſtis. Hoc autem dico fratres: quia caro & ſanguis regnũ Dei poſsidêre non poſſunt: neque corrúptio incorruptélam poſsidébit. Ecce, myſtérium vobis dico. Omnes qui-

dem resurgémus: sed non omnes immutábimur. In momẽto, in ictu óculi, in nouíssima tuba, (canet enim tuba) & mórtui resúrgent incorrúpti: & nos immutábimur. Opórtet enim corruptíbile hoc, indúere incorruptiónem, & mortále hoc, indúere immortalitátem. Cùm autem mortále hoc, indúerit immortalitátem: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absórpta est mors in victória. Vbi est mors victória tua? Vbi est mors stímulus tuus? Stímulus autẽ mortis, peccátum est, virtus verò peccáti, lex. Deo autem grátias, qui dedit nobis victóriam: per Iesum Christum Dóminum nostrum.

Grad. Réquiem ætérnã dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Ver. Animæ eôrum in bonis demoréntur, & semen eôrum hæréditet terram.

Tract. Absólue Dómine ánimas ómnium fidélium defunctôrum ab omni vínculo delictôrum. Ver. Et grátia tua illis succurrénte, mereántur euádere iudícium vltiónis. Ver. Et lucis ætérnæ beatitúdine perfrui.

Prosa.

Dies iræ, dies illa,
Soluet seclum in fauílla,
Teste Dauid cum Sibylla.

Quantus tremor est futûrus,
Quando iudex est ventûrus.
Cuncta stricte discussûrus.

Tuba mirum spargens sonum,
Per sepúlchra regiónum,
Coget omnes ante thronum.

Mors stupébit & natûra,
Cùm resúrget creatúra,
Iudicánti responsûra.

Liber scriptus proferétur,
In quo totum continétur,
Vnde mundus iudicêtur.

Iudex ergo cùm sedébit,
Quicquid latet apparébit:
Nil inúltum remanébit.

Quid sum miser tunc dictûrus?
Quem patrónum rogatûrus?
Dum vix iustus sit secûrus.

Rex treméndæ maiestátis,
Qui saluándos saluas gratis,
Salua me fons pietátis.

Recordâre Iesu pie,
Quòd sum causa tuæ viæ,
Ne me perdas illa die.

Quærens me, sedísti lassus:
Redemísti crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.

Iuste iudex vltiónis,
Donum fac remissiónis,
Ante diem ratiónis.

Ingemísco, tanquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicánti parce Deus.

Qui Maríam absoluísti,
Et latrónem exaudîsti:
Mihi quoque spem dedísti.

Preces meæ non sunt dignæ:
Sed tu bonus fac benígnè:
Ne perénni cremer igne.

Inter oues locum præsta:
Et ab hædis me sequéstra,
Státuens in parte déxtra.

Confutátis maledíctis,
Flammis ácribus addíctis:
Voca me cum benedíctis.

Oro supplex & acclíuis:
Cor contrítum quasi cinis:
Gere curam mei finis.

Lachrymósa dies illa,
Qua resurget ex fauílla,
Iudicándus homo reus.

Huic ergo parce Deus,
Pie Iesu Dómine,
Dona eis réquiem, Amen.

Sequéntia sancti euangélii secúndum Ioánnem.

Cap. 5. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis, & turbis Iudæórum. Amen amen dico vobis: quia venit hora & nunc est, quando mórtui áudient vocem filii Dei: & qui audierint, viuẽt. Sicut enim pater habet vitã in semetípso: sic dedit & fílio vitam habêre in semetípso: & potestátem dedit ei iudícium fácere, quia fílius hóminis est. Nolîte mirári hoc, quia venit hora, in qua omnes qui in monuméntis sunt, áudient vocem filii Dei. Et procédent qui bona fecêrunt, in resurrectiónem vitæ: qui verò mala egêrunt, in resurrectiónem iudícii.

Offert. Dómine Iesu Christe rex glóriæ, líbera ánimas ómnium fidélium defunctórum de pœnis inférni, & de profúndo lacu: líbera eas de ore leónis, ne absórbeat eas tártarus, ne cadant in obscûrum: sed sígnifer sanctus Michaël repræséntet eas in lucem sanctam. Quã olim Abrahæ promisísti, & sémini eius. Ver. Hóstias & preces tibi Dómine, laudis offérimus: tu súscipe pro animábus illis quarum hodie memóriam fácimus: fac eas Dómine de morte transíre ad vitam. Quam olim.

Secreta.

HOstias, quæsumus Dómine, quas tibi pro animábus famulôrum famularumque tuarum offérimus, propitiátus inténde: quibus fídei christiánæ méritum contulísti: dones & præmium. Per Dominum.

Com: Lux ætérna lúceat eis Dómine. Cum sanctis tuis in ætérnum: quia pius es. Ver. Réquiem ętérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Cũ sanctis.

Complenda.

ANimábus, quæsumus Dómine, famulôrum famulárumq; tuarum, orátio proficiat supplicántium: vt eas & à peccátis ómnibus éxuas, & tuæ redemptiónis fácias esse partícipes. Qui viuis.

Dicto Dóminus vobíscum. dicitur Requiéscant in pace. Resp. Amen. & non datur benedíctio. Sed dicto secretè Placeat. &c. dicitur Euange: S. Ioann: In princípio erat verbum.

IN DIE OBITVS SEV DEPOSITIONIS defuncti.

Introitus.



REquiem ætérnã dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Psal. Te decet hymnus Deus in Sió, & tibi reddétur votũ in Ierúsalem: exáudi oratiónem meam, ad te omnis caro véniet. Réquiem.

Oratio.

DEus, cui próprium est miserêri semper & párcere: te súpplices exorámus pro ánima famuli tui N. quam de hoc século hódie migrare iussísti: vt non tradas eam in mánibus inimíci, neque obliuiscáris in finem: sed iúbeas eam à sanctis ángelis súscipi, & ad pátriam paradysi perdûci: vt quia in te speráuit & crédidit, non pœnas ætérnas sustíneat, sed gáudia sempitérna possídeat. Per D.

Léctio epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Thessalonicenses. 1. Cor. 4.

FRatres. Nólumus vos ignorâre de dormiéntibus, vt non contristémini, sicut & cæteri, qui spem non

habent. Si enim crédimus quód Iesus mórtuus est & resurréxit: ita & Deus eos qui dormiêrunt per Iesum, addúcet cum eo. Hoc enim vobis dícimus in verbo Dómini, quia nos qui víuimus, qui residui sumus in aduéntu Dómini non prœueniémus eos qui dormiêrunt. Quóniam ipse Dóminus in iussu & in voce archángeli, & in tuba Dei descéndet de cœlo: & mórtui qui in Christo sunt, resúrgent primi. Deinde nos qui víuimus, qui relínquimur: simul rapiémur cum illis in núbibus óbuiam Christo in aëra: & sic semper cum Dómino érimus. Itaque consolámini ínuicem in verbis istis.

Grad. Réquiem ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Ver. Animæ eórum in bonis demoréntur, & semen eórum hæréditet terram. Prosa.

Dies iræ, vt supra fol, 76

Sequéntia sancti Euangélii secúndum Ioánnem.

IN illo témpore. Dixit Martha ad Iesum. Dómine, si fuísses hic, frater meus non fuísset mórtuus. Sed & nũc scio, quia quæcúnque popóposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit ei Iesus. Resúrget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio quia resúrget in resurrectióne, in nouíssimo die. Dixit ei Iesus. Ego sum resurréctio & vita. Qui credit in me: etiamsi mórtuus fúerit, viuet. Et omnis qui viuit, & credit in me: non moriétur in ætérnũ. Credis hoc? Ait illi, Vtíque Dómine, ego crédidi quia tu es Christus fílius Dei viui, qui in hunc mũndum venísti.

Offer. Dómine Iesu Christe rex glóriæ, líbera ánimas ómniũ fidéliũ defunctôrũ de manu inférni, & de profúndo lacu: líbera eas de ore leónis, ne absórbeat eas tártarus, ne cadant in obscũrum: sed sígnifer sanctus Michaël repræséntet eas in lucem sanctam. Quam olim Abrahæ promisísti, & sémini eius. Ver. Hóstias & preces tibi, Dómine, laudis offérimus: tu súscipe pro animábus illis, quarum hódie memóriam fácimus: fac eas Dómine de morte transíre ad vitam. Quam olim.

Secreta.

PRopitiáre, quæsumus, Dómine, ánimæ fámuli tui N. pro quo tibi hóstiam laudis immolámus: maiestátem tuam supplíciter deprecántes: vt per hæc piæ placatiónis offícia: peruenîre mereátur ad réquiem sempitérnam. Per Dóminum.

Comm: Lux ætérna lúceat eis Dómine. Cum sanctis tuis in ætérnum: quia pius es. Ver. Réquiem ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Cum sanctis.

Complenda.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt ánimam fámuli tui N. quæ hodie de hoc século migráuit, his sacrificijs purgâta, & à peccátis expedîta: indulgéntiam páriter & vitam cápiat sempitérnam. Per Dó.

Alia in præsenti funere. Oratio.

INclína Dómine aurem tuam ad preces nostras: quibus misericórdiam tuam supplíciter deprecâmur: vt ánimam fámuli tui N. quam de hoc sæculo migrâre iussísti: in pacis ac lucis regióne constítuas: & sanctôrum tuôrum iúbeas esse consórtem. Per.

Secreta.

ANnue nobis, quæsumus Dómine: vt ánima fámuli tui N. remissiónem quam semper optáuit, meréatur accípere peccatôrum. Per.

Comple-

Complenda.

INclína Dómine précibus nostris aures tuæ pietátis: & ánimæ fámuli tui N. remissiónem ómnium tríbue peccatôrum: vt his sacraméntis purificáta consórtio mereátur pérfrui beatôrum. Per.

Alia pro famulo. Oratio.

QVæsumus Dómine, vt ánimæ fámuli tui N. cuius depositiónis diem ágimus: sanctôrum tuôrum largíri dignéris consórtium: & rorem misericórdiæ tuæ perrénnem infúnde. Per. Secreta.

ADésto Dómine supplicatiónib' nostris: & hanc oblatiónē quā ob diem depositiónis tibi pro ánima fámuli tui N. offérimus: placátus assúme. Per. Complenda.

OMnípotens sempitérne Deus: collocâre dignéris ánimam fámuli tui N. cuius depositiónis diem celebrámus: in sínibus Abrahæ, Isaac, & Iacob: vt cum dies agnitiónis tuæ aduénerit: inter sanctos & eléctos tuos eum resuscitâri præcípias. Per Dóminum.

Alia pro famula. Oratio.

QVæsumus Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuę N. & à contágijs mortalitátis exûtam: in ætérnæ saluatiónis partem restítue. Per. Secreta.

HÆc oblátio quæsumus omnípotens Deus: ánimam famulæ tuæ N. à vítijs humánæ conditiónis expúrget: vt perpétuam tuæ beatitúdinis misericórdiam consequátur. Per Dóminum. Complenda.

DA quæsumus Dómine: vt ánima fámulæ tuæ sacris mystéris expiáta: saluatiónis tuæ perpétuo múnere gloriétur. Per.

In die tertio, septimo, & trigesímo depositionis defuncti dicitur Missa vt suprà, exceptis orationibus quæ dicuntur vt infrà. Oratio.

QVæsumus Dómine: vt ánimæ fámuli tui, cuius depositiónis diem tértium, vel septimum, vel trigésimum, commemorámus: sanctôrum atque electôrum tuôrum largíri dignéris consórtium: & rorem misericórdiæ tuæ perrénnem infúndas. Per Dóminum nostrum. Secreta.

MVnera, quæsumus Dómine, quæ tibi pro ánima fámuli tui offérimus placátus inténde: vt remédiis purgâta cæléstibus: in tua pietáte requiéscat. Per. Complenda.

SVscipe, Dómine, preces nostras pro ánima fámuli tui: vt si quæ ei máculę de terrénnis contágiis adhæsérunt: remissiónis tuæ misericórdia deleántur. Per Dóminum.

IN COMMVNI ANNIVERSARIO defunctorum.

Omnia dicuntur vt suprà, in die depositionis defuncti, præter Orationes, Epistolam, & Euangelium: quæ dicuntur vt infrá ponuntur. Prosa non dicitur.

Introitus. Requiem ætérnam. Si pro pluribus fiat anniuersarium, sequentes Orationes dicantur in plurali numero. Oratio.

DEus indulgentiárum, Dómine, da ánimæ fámuli tui N. cuius anniuersárium óbitus diem commemorámus, refrigérij sedem, quietis beatitúdinem, lúminis claritátē. Per.

Lectio libri Machabæorum

IN diébus illis. Vir fortíssimus Iudas, collatióne facta, duódecim míllia drachmas argénti misit Ierosólymam offérri pro peccátis mortuôrum sacrifícium, iustè & religióse de resurrectióne cógitans. (Nisi enim eos qui cecíderant, resurrectûros sperâret, superfluum vidérétur & vanum orâre pro mórtuis.) Et quia cõsiderábat, quòd hi qui cum pietâte dormitiónem accéperant, optimã repósitam habérent gratiã. Sancta ergo & salûbris est cogitátio pro defúnctis exorâre: vt à peccátis soluántur.

Grad. Réquiem ætérnam.

Tract. Absolue.

Sequéntia sancti euangélii secúndùm Ioánnem.

IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis, & turbis Iudæôrum. Omne quod dat mihi pater, ad me véniet: & eum qui venit ad me, non eiíciam foras. Quia descéndi de cælo, non vt fáciam voluntátem meam, sed voluntátem eius qui misit me. Hæc est autẽ volúntas eius, qui misit me, patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: sed resúscitem illud in nouíssimo die. Hæc est autem volúntas patris mei qui misit me: vt omnis qui videt filium, & credit in eum: hábeat vitam ætérnam. Et ego resuscitábo eum in nouíssimo die.

Offer. Dómine Iesu Christe.

Secreta.

HOstias quas tibi, Dómine, offérimus placátus inténde: & præsta: vt ánima fámuli tui N. cuius anniuersáriũ óbitus diem cõmemorámus per hæc piæ placatiónis offícia tuam misericórdiam consequâtur. Per.

Commu. Lux ætérna.

Complenda

PRæsta, quæsumus Dómine, vt ánima fámuli tui N. cuius anniuersárium óbitus diem ágimus: his purgâta sacrifíciis: indulgéntiam páriter & réquiem cápiat sempitérnam. Per Dóminum.

IN SOLENNI ANNIVERSARIO defunctorum.

Omnia dicuntur vt supra in communi anniuersario, præter infrascripta.

Introitus.



I enim crédimus, quòd Iesus mórtuus est, & resurréxit: ita & Deus eos qui dormiêrunt per Iesum, addúcet cũ eo.

Psal. Et sicut in Adam omnes moriúntur: ita & in Christo omnes viuificabúntur. Réquiem ętérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Si enim.

Lectio epistólæ beáti Pauli apóstoli ad Corinthios.

FRatres. Si Christus prædicátur, quòd resurrexit à mórtuis: quomódo quidam dicunt in vobis, quóniam resurréctio mortuôrum non est? Si autem resurréctio mortuôrum non est: neque Christus resurréxit: Si autem Christus non resurréxit: inánis est prædicátio nostra, inánis est & fides vestra. Inuénimur autem & falsi testes Dei: quóniam testimónium díximus aduérsus Deum, quòd suscitáuerit Christum, quem non suscitâuit: si mórtui non resúrgunt. Nam si mórtui non resúrgunt, neq; Christus resurréxit. Quòd si Christus

non

non resurréxit, vana est fides vestra: adhuc enim estis in peccátis vestris. Ergo & qui dormiérunt in Christo: periérunt. Si in hac vita tantùm, in Christo sperántes sumus: miserabiliores sumus ómnibus homínibus. Nunc autem Christus resurréxit á mórtuis, primítię dormiéntium, quóniam quidem per hóminem mors: & per hóminem resurréctio mortuôrum. Et sicut in Adam omnes moriúntur: ita & in Christo omnes viuificabúntur. Vnusquisque autem in órdine suo: Primus Iesum Christum Dóminum nostrum.

Si præsens fuerit defunctus.

Grad. Si ámbulem in médio vmbræ mortis, non timébo mala: quóniam tu mecum es Dómine. Ver. Virga tua, & báculus tuus, ipsa me consoláta sunt.

Tract. Sicut ceruus desíderat ad fontes aquârum; ita desíderat ánima mea ad te Deus. Ver. Sitíuit ánima mea ad Deum viuum, quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei mei? Ver. Fuérũt mihi láchrymę meæ panes die ac nocte: dum dícitur mihi per síngulos dies, vbi est Deus tuus? Prosa dícitur ad libitum.

Sequéntia sancti Euangélii secúndum Ioánnem.

Cap 5. IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis, & turbis Iudæôrum. Sicut pater súscitat mórtuos, & viuíficat: sic & filius quos vult, viuíficat. Neq; enim pater iúdicat quenquam, sed iudícium omne dedit fílio: vt omnes honoríficent fílium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat fílium, non honorificat patrem qui misit illum. Amen amẽ dico vobis: quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me: habet vitam ætérnam. Et in iudícium non venit: sed transit à morte ad vitam.

IN MISSIS QVOTIDIANIS defunctorum.

Introitus.

Réquiem ætérnam. & alia ómnia dicuntur vt suprà in communi anniuersario, præter infrà scripta.

Pro defunctis Episcopis, & sacri ordinis ministris.

Oratio.

CONcéde quæsumus omnípotens Deus: animábus famulôrum tuôrum pontíficum, sacerdótũ, Leuitârum, omniumq; sacri órdinis ministrorum felicitátis ætérnæ consórtium: quibus donâsti sacri altáris tui cónsequi ministérium.

Pro defunctis eleemosynariis & benefactoribus Oratio.

DEus, cuius misericórdiæ non est númerus: súscipe propítius preces humilitátis nostræ: & animábus quæ nobis in oratiónem commendátæ sunt: & quârum vtimur eleemósynis, quibus tui nóminis dedísti confessiónem, remissiónem cunctôrum tríbue peccatôrum, Per.

Pro fidélibus defunctis. Oratio.

FIdélium Deus ómnium cónditor & redémptor: animábus ómnium fidélium defunctôrum remissiónem cunctôrum tríbue peccatôrũ: vt indulgéntiam quam semper optauérunt: piis supplicatiónibus consequántur. Qui viuis & regnas.

Lectio libri Apocálypsis beáti Ioánnis apóstoli. Cap 14.

IN diebus illis. Audíui vocem de cę-

lo, di-

lo,dicéntem mihi. Scribe,Beáti mórtui,qui in Dómino moriúntur.Amodò iam dicit ſpíritus, vt requiéſcant à labóribus ſuis. Opera enim illôrũ ſequúntur illos.

Sequéntia ſancti euangélii ſecúndùm Ioánnem.

Cap 6. IN illo témpore. Dixit Ieſus diſcípulis ſuis, & turbis Iudæôrum: Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcéndi. Si quis mãducáuerit ex hoc pane, viuet in ætérnum.Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Litigábant ergo Iudæi ad ínuicem, dicêntes.Quómodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducándũ? Dixit ergo eis Ieſus.Amen amen dico vobis: niſi manducauéritis carnem filii hóminis, & bibéritis eius ſánguinem, non habébitis vitam in vobis. Qui mandúcat meam carnem, & bibit meum ſánguinem, habet vitam ætérnam. Et ego reſuſcitábo eum in nouíſsimo die.

Pro Epiſcopis, & ſacri ordinis miniſtris. Secreta.

MVnera tibi, Dómine, dicánda ſanctífica: & ánimas famulôrum tuôrum pontíficum, ſacerdótũ, Leuitârum,omniumque ſacri órdinis miniſtrórum: ab omni labe conditiónis humánæ abſólue per hæc ſancta myſtéria: quibus totíus mundi diluíſti peccáta. Per.

Pro eleemoſynariis & benefactoribus. Secreta.

PRoſit quæſumus Dómine hæc ſancta præſéntis ſacrifícii oblátio: animábus quæ nobis in oratiónem commendátæ ſunt: & quarum vtimur eleemóſynis: vt per nomen ſanctum tuum à perpétuis cruciátibus eréptæ: in réquiem transíre mereántur ætérnam. Per.

Pro fidelibus defunctis. Secreta.

HOſtias, quæſumus Dómine, quas tibi pro animábus ómnium fidélium defunctôrũ offérimus propitiátus inténde: vt quibus fidei Chriſtiánæ méritum contulíſti; dones & præmium. Per.

Pro Epiſcopis & ſacri ordinis miniſtris. Complenda.

QVæſumus omnípotens Deus: vt ánimę famulôrum tuôrum pontíficum, ſacerdótum, Leuitârũ, omniumque ſacri órdinis miniſtrôrum: cæléſtis glóriæ præmia conſequántur:quibus ſpiritâlis grátiæ múnera contulíſti. Per Dóminum.

Pro eleemoſynáriis, & benefactoribus. Complenda.

PRofíciat,quæſumus Dómine,ad indulgéntiam animábus quę nobis in oratiónem commendátæ ſunt: & quarum vtimur eleemóſynis: diuíni celebrátio ſacraménti: vt à contágiis terrénæ conuerſatiónis emundátæ: ad cæléſtem peruenîre mereántur habitatiónem. Per.

Pro fidelibus defunctis. Complen.

ANimábus,quæſumus Dómine, ómnium fidélium defunctôrũ orátio proficiat ſupplicántium: vt eas & à peccátis ómnibus éxuas: & tuæ redemptiónis fácias eſſe partícipes. Qui viuis.

Epiſtolæ & Euangelia ſuperius poſita in vna Miſſa pro defunctis, poſſunt etiem dici ad libitum in alia Miſſa pro eiſdem defunctis,

ORA-

ORATIONES DIVERSAE PRO defunctis.

In die depositionis & anniuersario Summi Pontificis dicitur Missa vt suprà, sicut in die animarum fol. 75. præter Orationes, quæ dicuntur vt infrà.

Oratio.

DEus, qui inter summos sacerdótes fámulum tuum N. ineffábili tua dispositióne connumerâri voluîsti: præsta quęsumus: vt qui vnigéniti filii tui vices in terris gerébat; sanctôrum tuôrum pontíficum consórtio perpétuo aggregétur. Per eúndem Dóminum.

Secreta.

SVscipe, quæsumus, Dómine, pro ánima fámuli tui N. summi pontíficis quas offérimus hóstias: vt cui in hoc século pōtificále donâsti méritum: in cęléstí regno sanctôrum tuôrum iúbeas iungi consórtio. Per Dóminum.

Complenda.

PRosit, quæsumus, Dómine, ánimæ fámuli tui N. summi pontíficis misericórdiæ tuæ imploráta cleméntia: vt eius, in quo sperâuit & crédidit: ætérnum cápiat te miserán te consórtium. Per Dóminum,

Pro defuncto Episcopo.

Dicitur Missa vt suprà, præter Orationes, quæ dicuntur vt infrà.

Oratio.

DEus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum N. pontificáli dignitáte fecísti vigere: præsta quæsumus: vt quorum vicem ad horam gessit in terris: eôrum perpétuo consórtio lætêtur. Per.

Secreta.

HAEc oblátio, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui N. epíscopi ab ómnibus vítiis humánæ cōditiónis absóluat: quæ totíus mundi tulit immoláta peccá um. Per.

Complenda.

PRopitiâre, Dómine, supplicatiónibus nostris: & ánimam fámuli tui N. epíscopi in viuôrum regióne ætérnis gáudiis iúbeas sociâri. Per.

Pro sacerdote. Oratio.

PRæsta, quæsumus Dómine: vt ánima fámuli tui sacerdótis N. quem in hoc século commorántem sacris munéribus decorâsti: in cælésti sede gloriósa semper exúltet. Per.

Secreta.

MVnera tibi, Dómine, dicánda sanctífica: & ánimam fámuli tui N. sacerdótis ab omni labe humánæ conditiónis absólue: quibus totíus mundi diluísti peccáta. Per.

Complenda.

CORporis sacri & pretíosi sángui nis replétilibámine, quęsumus, omnípotens Deus: vt per hæc sancta mystéria ánima fámuli tui N. sacerdótis ætérnæ beatitúdinis glóriam consequátur. Per.

Pro vno defuncto.

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras: quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur: vt ánimam fámuli tui, quam de hoc século migráre iussísti: in pacis ac lucis regióne constítuas: & sánctorum tuôrum iubeas esse consortem. P Dóminum.

Secreta.

ANnue nobis, quæsumus Dómine, vt ánimę fámuli tui hæc pro sit oblátio; quam immolándo tótiús

mundi

mundi tribuísti relaxâri delícta. Per Dóminum. Complenda.

ABsólue, quæsumus Dómine, ánimam fámulitui ab omni vínculo delictôrum: vt in resurrectiónis glória inter sanctos & eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Dóminũ.

Pro vna defuncta.

QVæsumus Dómine, pro tua pietáte miserêre ánimæ fámulæ tuæ: & à contágiis mortalitátis exûtam; in ætérnæ saluatiónis partẽ restítue. Per. Secreta.

HIs sacrifíciis, quæsumus, Dómine, ánima fámulæ tuæ à peccátis ómnibus exuátur: sine quibus á culpa nemo liber éxtitit: vt per hæc piæ placatiónis offícia, perpétuam misericórdiam consequátur. Per.

Complenda.

INuéniat, quæsumus, Dómine, ánima fámulæ tuæ lucis ætérnæ consórtium: cuius perpétuæ misericórdiæ consecúta est sacraméntum. Per. Dóminum nostrum.

Pro amico. Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus: cui nunquam sine spe misericórdiæ supplicátur: propitiâre ánimæ fámuli tui N. vt qui de hac vita in tui nóminis confessióne decéssit: sanctôrum tuôrum número eum fácias aggregâri. Per. Secreta.

PRopitiâre, quæsumus Dómine, ánimæ fámuli tui N. pro quo tibi hóstias placatiónis offérimus, vt qui in hac luce in fide mansit cathólica: in futûra vita pia ei retribútio condonétur. Per. Complenda.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus: vt ánimam fámuli tui N. ab ángelis lucis susceptam: in paráta habitácula dedûci fácias beatórum. Per.

Pro patre & matre. Oratio.

DEus, qui nos patrem & matrẽ honoráre præcepísti: miserére cleménter animábus ómnium parén tum nostrórum: eorumque peccáta dimítte: nosque cum eis in ætérnæ claritátis gáudijs fac víuere. Per.

Secreta.

SVscipe sacrifíciũ, Dómine, quod tibi pro animábus ómnium paréntum nostrôrum offérimus: eisq; gáudium sempitérnum in regióne viuôrum concéde: nosque cum illis felicitáti sanctôrum coniúnge. Per.

Complenda.

CAelêstis participátio, Dómine, sacraménti: animábus ómnium paréntum nostrórum réquiem & lucem obtíneat perpétuam: nosq; cum illis grátia tua corónet ætérna. Per.

Pro Episcopis & sacri ordinis ministris.

Orationem cum sua Secr. & Comp. require suprà in Missis quotidianis f. 81.

Pro fratribus, sororibus, propinquis, & benefactoribus.

Oratio.

DEus véniæ largitor, & humánæ salútis amátor: quæsumus immén[sam] cleméntiam tuam: vt nostræ congregatiónis fratres & soróres, famíliáres, propínquos, & omnes benefactôres nostros, qui ex hoc século transiêrunt: beáta María semper vírgine intercedénte cum ómnibus sanctis tuis: ad perpétuæ beatitúdinis consórtium peruenîre concédas. Per.

Secreta.

Secreta.

DEus, [illegible]is misericórdiæ non est nũmerus: súscipe propítius preces humilitáti nostræ: & animábus fratrũ & sorórum, familiárium, propinquôrum: & ómnium benefactôrum nostrôrum, quibus tui nóminis dedísti confessiónem: per hæc sacraménta salútis nostræ: cunctôrum remissiónem tríbue peccatôrum. P.

Complenda.

PRæsta, quæsumus omnípotens, & misércors Deus: vt ánimę, pro quibus hoc sacrifícium laudis tuæ obtúlimus maiestáti: per huius virtûtem sacraménti: & per beátæ Maríæ semper vírginis, & ómnium sanctôrum tuôrum intercessiónẽ, à peccátis ómnibus expiátæ: lucis perpétuæ te miseránte recípiant beatitúdinem. Per.

Pro eleemosynariis & benefactoribus. Orationem cum sua Secreta & Cõplenda require suprà in Missis quotidianis. fo. 229.

Pro quiescentibus in cæmeterio.

Oratio.

DEus cuius miseratióne ánimæ fidéliũm requiéscunt: fámulis & famulâbus tuis ómnibus hic & vbiq; in Christo quiescéntibus da propítius véniam peccatôrum: vt à cunctis réatibus absolúti: te[illegible]um fine fine læténtur. Per eúndem.

Secreta.

PRo animábus famulôrũ famularumque tuârum, & ómnium catholicórum, hîc & vbiq; in Christo dormiéntium: hóstiam, Dómine, súscipe benígnus oblátam: vt hoc sacrifício singulâri vínculis horréndæ mortis exútæ: vitam mereántur habére ætèrnam. Per eúndem.

Complenda.

DEus, fidélium lumen animárũ: adésto supplicatiónibus nostris: & da fámulis & famulabus tuis, quorum córpora hic [illegible]ybique requiéscunt: refrigérii sedem: quiétis beatitúdinem, lúminis clarit[illegible]em. P[illegible] Dó[illegible]inum.

Pro fidelibus defunctis generalis Oratio.

FIdélium Deus ómnium cónditor & redémptor: animábus ómnium fidélium defunctôrum remissiónem cunctorum tríbue peccatórum: vt indulgéntiam quam semper optauérunt: piis supplicatiónibus consequantur. Qui viuis & regn.

Secreta.

HOstias, quæsumus Dómine, quas tibi pro animábus ómnium fidéliũ defunctôrum offérimus propitiâtus inténde: vt quibus fidei Christiánæ méritum contulísti dones & præmium. Per Dóminum.

Complenda.

ANimábus, quæsumus Dómine, ómnium fidélium defunctôrũ orátio profíciat supplicántium: vt eas & à peccátis ómnibus éxuas: & tuæ redemptiónis fácias esse partícipes. Qui viuis & regnas.

Notandum quòd Orationes quæ suprà signatæ sunt, pro vno defuncto, possunt etiam pro pluribus, cùm necesse sit dici.

Pro pluribus defunctis. Oratio.

DEus, cui próprium est miserêri semper & párcere: propitiâre animábus famulórum famularumq; tuârum [illegible] ómnia eôrum peccáta dimítte: vt mortalitátis vínculis absolútæ:

lutæ: tranſire mereãtur ad vitam. Per.

Secreta.

ANnue nobis Dómine: vt animá bus famulôrum famulárumq; tuârum, hæc proſit oblátio: quam immolándo, potíus mundi tribuíſti relaxâri delícta. Per Dóminum.

Complenda.

DEus, cui ſoli cómpetit medicínam præſtâre poſt mortẽ: præſta quæſumus: vt ánimæ famulôrum famulárumque tuàrum terrénis exútæ contágiis; in tuæ redemptiónis partẽ numeréntur. Qui viuis.

Alia pluralis vt ſuprà. Oratio.

ANimábus, quæſumus, Dómine, famulórum famulárumq; tuârum míſericórdiam concéde perpétuam: vt eís proficiat in ætérnum, quod in te ſperauêrunt & credidêrunt. Per.

Secreta.

HIs, Dómine, quæſumus, placátus intẽde munéribus: & quod ad laudem tui nóminis ſupplicántes offérimus: ad indulgéntiam proficiat defunctôrum. Per.

Complenda.

SVpplices, Dómine, pro animábus famulôrum famulárumque tuârũ preces effúndimus, obſecrántes: vt quicquid conuerſatióne contraxêrunt humána: & cleménter indúlgeas, & in tuôrum ſede lætántiũ conſtítuas redemptôrum. Per.

In anniuerſario plurium. Oratio.

DEus indulgentiârum Dómine; da animábus famulôrum famulárumque tuârum: quorum anniuerſárium depoſitiónis diem com-

memorámus; refrigérii ſedem: quiétis beatitúdinem: lumen claritátem. Per Dóminum.

Secreta.

HOſtias quas tibi, Dómine, offérimus placátus inténde: & præſta: vt ánimæ famulôrum famularumque tuârum quorum anniuerſárium óbitus diem commemorámus: per hæc piæ placatiónis offícia tuam miſericórdiam conſequántur. Per.

Complenda.

PRæſta, quæſumus Dómine: vt ánimæ famulôrum famularumq; tuârum, quorum anniuerſárium óbitus diem ágimus: his purgáta ſacrifíciis: indulgéntiam páriter & réquiem cápiant ſempitérnam. Per D.

Alia Oratio.

PRæſta, quæſumus omnípotens & miſéricors Deus: vt ánimæ fidélium tuôrum, quorum anniuerſárium depoſitiónis diẽ commemorámus: indulgéntiam páriter & réquiem cápiant ſempitérnam. Per.

Secreta.

PRopitiâre, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris pro ánimabus fidélium tuôrum: quorum hódie dies anniuerſárius ágitur: pro quibus tibi offérimus ſacrifícium laudis: vt eas ſanctôrum tuôrum conſórtio ſociâre dignéris. Per.

Complenda.

SVſcipe, Dómine, preces noſtras pro animábus fidélium tuôrum: vt ſi quæ eis máculæ de terrénis contágiis adhæſêrunt: remiſſiónis tuæ miſericórdia deleántur. Per.

FINIS.

Bibl. Jag.

P S M



C C

